



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Consolatio Desperantium, Seu Conciones De Magna Dei  
erga Peccatores serio poenitentes, comitate**

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1617**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56142](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56142)



Th. 3308.


H. I

18.

H

290





# CONSOLATIO DESPERANTIVM,

Seu

CONCIONES DE MAGNA  
Dei erga Peccatores serio pœni-  
tentes, comitate.

AUTORE F. PHILIPPO BOS-  
quero Cesarimontano, Franciscano Ob-  
seruantino Prou. Flandria.


*Ierem. 3.* Tu fornicata es cum amatoribus multis;  
tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego  
sulcipiam te.



COLONIÆ,

Apud Ioannem Crithium, sub signo Galli,

ANNO DOMINI M. D. CXVII.



ACADEMIÆ  
PECCATORVM  
PARS QVINTA,

Quæ  
CONSOLATIO DESPERANTIYM

Seu  
CONCIONES DE MAGNA  
Dei erga Peccatores seriò pœni-  
tentes, comitate.

AVTORE F. PHILIPPO BOS-  
quiero Cesarimontano, Franciscano Ob-  
servantino Prou. Flandria.



APPROBATIO.

**E**GO infra scriptus hunc V. P. F. Philippi Bosquieri librum, tamquam nihil Romana fidei, aut probis moribus contrarium continentem, sed magis erudita multa, & raram lectionem spirantia, digna Auctore suo, censeo dignissimum, qui ad plurimorum utilitatem in lucem prodeat. Datum Auesnis in Hannonia 30. Septembris 1614.

Fr. Petrus Carpin Prouincialis Flandriae.

CON.

Ther  
tiffices  
uerfita  
darum  
nos. Si  
polita  
verò in  
titerit.  
etiam  
tales e  
bis ber  
audias  
poterit  
etarijs  
Da



## CONCIO PRIMA.

Thema: Ἐτι δὲ αὐτῷ μακρὰν ἀπέχοντι, εἶδεν *Græc.*  
αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

*Cum autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius. vulgata.*

*Quumq; adhuc longè abesset, vidit eum Syriaca.*  
*Pater ipsius.*

### EXORDIVM GENERALE.

**A**MIERI Auditores, inter materiam circa quam versantur artifices; & Auditores coram quibus perorant, & quos docent Oratores ac Prædicatores, maximam proportionem & similitudinem deprehendo; vti etiam nos inter & Artifices magna intercedit affinitas: Nam, vti ipsi pro diversitate materiarum commodarum, aut incommodarum, felicia aut infelicia sortiuntur opera; ita & nos. Si enim materia apta, mollis, tractabilis, lenis, ac polica fuerit, opus pulchrum & perfectum exit; sin verò incommoda, dura, aspera, hispida ac nodosa exiterit, multum pulchritudini operis detrahitur: ita etiam, qualem populum & Auditores nanciscimur, tales etiam frequenter sunt nostræ conciones; si nobis beneuoli sunt & dociles, libenter, diligenter nos audiant, vix aliud nobis quàm felix concio accidere poterit; viceq; versa infortunatus erit sermo, si contrarijs dispositionibus præueniatur.

*Da mihi te placidum dederis in carmina vires,  
ingenium vultu, statq; caditq; tuo.*

A

*Ouid. l.  
Fastor.*

Excii-

*Excitat Auditor studium.*

Præterea, quemadmodum operarij libentius, alacriusque sese exercent circa materias aptas, vt in eis artis suę quasi signū constituunt, quā circa inidoneas & ineptas: verbi causa, Pictor libentius tabulā rasam, & bene politam, quam asperā ac nodosam depingit: Sculptor maiori effectu lapidē album, quam marmor sculpir: Cælator es rubeum chalibi & æri Cyprio præfert: Sartor sericum mauult, quam corium: sic & nos auditorio beneuolo, & tractabili, quam alteri concionatori malumus.

Iterum terra ad suum cultorem, & Auditores ad suum Oratorem collati paria propemodum sunt: Vt enim terræ petrosæ, spinosæ, & ingratae, quæ sæpius spem fallunt Agricolarum, faciunt ne in posterum colantur, sarculo fodiantur, à lolijs expurgentur, simo stercorentur, cum è contrario pingues illi, & gratiosi agri, vt famosi illi terræ Promissionis, aut Flandriæ, aut Siciliae, quæ olim Italiae totius Horreum dicebatur, & centesimum fructum proferebant, aut certè Babylonis, qui sæpius ducentesimum, imò & propriam fertilitatem superando, interdum trecentesimum fructum vsura admirabili pro vno grano restituebant: aut, vt hos nimium fecundos omittamus, illi qui sexagesimum, aut trigessimum præstant, agricolarum diligentia duplicant, & omnem laboris molestiam tollunt, ac messis tempore grauidas aristas in horrea remittentes, præteritarum defatigationum memoriam abstergunt, nõ aliter quā fecunda mulier, que non meminit pressuræ propter gaudiū, quia natus est homo in mundum. Eodem fere modo magna animi auersione & molestia illis populis concionamur, qui absque gratia vlla stant immoti, velut Marpesia cautes: libentes autem ac lubentes, seu ad choreas, alacriter accurrimus & aduolamus, vt coram illis peroramus, quos humanos, beneuolos, vt gratos suis Doctoribus & Magistris existere, aut didicimus experientia, aut aliorum relatione intelleximus. Sic & ego, qui non audio, sed & experientia superiore anno (et

*Matth. 13.*

*Ioan. 6.*

tem.

CONCIO PRIMA.

tempore quo hic, si non meliore quo volui, saltem  
 quo potui modo concionatus sum) didici, circa quā  
 commodam atque tractabilem materiam versarer,  
 quam mollis aptaq; omnibus formis recipiēdis fue-  
 rit, eodem quo cera modo in omnes figuras formabi-  
 lis: *Mollis, inquit, cera, & ad formandum facilis, etiamsi*  
*artificis ut plastā cessent manus; tamen virtute totum est,*  
 quod esse potest: quam fecunda, votoq; meo respondēs  
 fuerit terra, quam colo (populus inquam Malbodi-  
 ensis, quem instruo) Incredibile itaque gaudium ex  
 labore meo percepi, & totis meis viribus enisus fui  
 hunc mihi commissum agrum fertilem fodere, ster-  
 corare, & excolere, ut iuxta Prouerbiū: *Spartam hanc*  
*naūus, eam adornarem, & honorarem* Ministerium  
 meum, summa alacritate id quod vires meae ferebant  
 praestans, nullamq; in omnibus difficultatem exper-  
 tus, ita ut ne quidem ob ipsam tulum & importunum  
 Rhema, quae me octiduum totum circa festum Nati-  
 uitatis Dominice grauiissime, si meministis, affixerūt,  
 unam concionem omiserim, quamuis & caput mihi  
 rumperent, & guttur interius decorticarent; adeo ut  
 summo conatu vix proxime astantium aures ferire  
 possem: Et tamen euoluto quatuor Hebdommada-  
 rum Aduentuali spatio, pauci mihi dies, & nimiū exi-  
 guus eorum numerus, non aliter ac Patriarche Iacob  
 septem illi anni, quos Auunculo suo pro pulchra  
 Rachele seruierat, videbantur.

*Hieron:  
 Epist. ad  
 Paulis,*

*Videbantur illi pauci dies pro amoris magnitudine.*  
 Iucundę valedictiones, quas priuatim & publicē sub  
 meum diticellum dixi, fidem facere potuerunt, quam  
 mihi met ipsi in vestro seruitio satisfecerim, & à vobis  
 mihi satisfactum sit. Et ni quaeso non placeat diligen-  
 tia nobilium harum Dominarum Canonicarum, quę  
 tenerioris complexionis, & corpuscula quasi roscida  
 habētes, licet & matutinarum precum vigilijs fatiga-  
 ta, & Horarū ac Missarum continuatarū reuerēntiali  
 decantatione, & psalmodia exhaustę ad rauim vsque  
 essent: maximo tamen numero turmatim astiterunt,  
 nec vnquam, aut cātu, aut campanarū strepitu mihi

silentium imposuerunt, quamuis subinde vbertate materia, aut vehementiori spiritus impetu abreptus, præter votum meum prolixior essem? Cur non ardeat vestra Domini Decani, vestra Domini Pastores, alijque Sacerdotes penè quotidiana præsentia, quos me audire potius, quam docere oportuisset? Cui gratus non sit tantus reliquæ plebis concursus, quos ab ore meo pendentes, arrectis auribus, & hiant ore, horam integram concioni huic, aut astare, aut asidere video, licet eorum plurimi in diem viuant, nec vt præsentem Dominas, comis panis domi operiatur? Cui altum illud omnium in communi silentium acceptum non sit, aded vt nunquam, aut rarissimè (laus Deo) silentium postulare opus habuerim, aut hisce comicorum, & oratorum formulis vti: *Audis. Fauete linguis, Animum aduertite.* Absit, vt prisco Gallorum more in ipsorum comitijs & concionibus vsitato, monitore eos indiguerim, qui euaginato gladio silentium imperaret, ac importunè garrulis & obstreperis, præuia monitione particulam sagi amputaret, reliqua parte nullo ipsis amplius vsui futura. Certè nihil Oratore dignum didicissem, ac Marpesia caute dignior essem, si hi tanti fauores mihi non abundè satisfecissent, maximè dum publicam vestram, & priuatam, tam ergà me, quam conuentum meum præsentem liberalitatem, grato animo recolo.

Hanc itaque tam commodam, & omni forma idoneam materiam formare; hanc terram aded fecundam colere, hunc populum aded docilem erudire, maxima alacritate hoc anno denuò aggredior, à vobis expectans eandem facilitatem, similem vt ita dicam, docilitatem, parem fecunditatem: Deum interim Opt. Maximum, vt mihi sua gratia facundiam similem, aut maiorem largiatur, ac semen terræ tam bonæ, tam pingui, tam gratæ commodum suppeditet, rogo. Saltem idem, qui superiore anno artifex redeo, & fortè nonnihil melior, si ætas prouectior, & maius studium, quempiam in suo artificio peritior edere soleant; laus enim Deo, præteritum annum

non exegi otiosus, sed caput in libris, in manu calamus obtrahit; adeoque mirum esset, si nihil omninò profecissem. Si vos eidem Auditores estis æquè diligentes; æquè, ut præterito anno beneuoli, eundem me oratorem, si non meliorem, saltem nec peiorem experiemini, siue bene merendi studium & voluntatem, siue meam ipsius diligentiam consideretis. Denique euentus omnis in Dei manu est, & vestra potestate; vestra, inquam, si vos beneuolos Auditores præbueritis, nam

*Ingenium vultu statq; caditq; tuo.*

*Ouid. 2.*

Vt enim plebs bona bonos Dominos, discola autem Reges hypocritas meretur, iuxta illud Job 4. *Regna reficit Deus hominem hypocritam propter peccata populi,* ita etiam probi auditores bonos concionatores promerentur, quamuis sæpè etiam boni concionatores probos auditores efficiant; sicut diligentes coloni malignam terram fertilem reddunt. Certè magnus ille Gregorius super Ezechielem scribens, ait: *Propter bonos Auditores malis Doctoribus sermo datur, & propter malos Auditores bonis Doctoribus sermo subtrahitur.* Hæc penam Iudæis comminatus est Christus, Apostoli inflixerunt: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*

*Fast.*

*Matt. 21.*

*Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta: Dico autem vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.*

*Matt. 23.*

*Vobis oportebat primò loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad Gentes.*

*Act. 13.*

*Vbi auditus non est, non effundas sermonem.*

*Eccl. 12.*

*Nolite dare sanctum canibus, neque misistis margaritas vestras ante porcos, ne forè conculceat eas pedibus suis, & conuersi diripiant vos.*

*Matt. 7.*

*Bona & priuilegia abusu, & non usu amittuntur.*

Certè, certè amici mei, diuina iustitia gratis auditoribus, & de salute animarum suarum sollicitis, conuenientem refectionem præparat, & facit, ut nos parum facundi & disertis, multa ipsis bona & benè & di-

serre dicamus, iuxta id quod promiserat, *Beati qui iusti  
viunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur.* Ego  
etiam cum videam vos tam prompte sequaces, & be-  
nevole attentos, quod potero me, meaque vires ex-  
citare conabor, ut officio meo satisfaciam, beneque  
de vobis merear, non aliter ac in militiam edoctus  
equus, qui multiplicatis Tarantaris tubarum, ac  
tympanorum ictibus amplius incessu, saltuque fero-  
citate consuevit: aut instar pavonis largius, animosi-  
usque stellatam caudam extendentis & rotantis, quo  
plures fauentes spectatores circumspicit, aut sapius  
pulchros orbiculos plumis suis à natura inscriptis  
intuetur,

*Quid de*      *Laudatas homini volucris Iunonia pennas*  
*Medica*      *Explicat, & forma\* muta superbit avis.*

*mine faci-*      Omnia bona de vobis spero, quæ spes ulteriorem  
*ei seu qui-*      vobis quoque; diuino auxilio opitulante satisfaciendi  
*uis alius.*      spem generat; ipse enim linguas mutorum, & infan-  
*\* al mul-*      tium disertas efficere potest.

*ta.*      Sed instabitis: Materiam circa quam, & subiectum  
seu argumentum edicito: En facio, vos aures arrigitis  
sed ante omnia mihi faciendum est, quod quondam  
Pericles heros ille, & admirabilis apud Athenienses  
orator fecisse legitur: ut enim ipse quoties pallium  
induebat seipsum præmonens dicebat; Pericle bene  
confidera, quod hominibus liberis, quod Græcis,  
*Plutarch.*      quod civibus Atheniensibus imperes: quasi diceret,  
*in Præcep-*      hisce maiori cum moderamine, sagaciore prudentia,  
*Polis.*      & facundiore eloquentia, quam alijs imperan-  
dum est. Ita & mihi hanc civitatem intranti, hanc  
cathedram S. Aldegondis ascendenti, mihi me ipsi  
dicere licebit, Bosquiere, animaduerte quibus, & co-  
ram quibus concioneris: aduerte te concionari co-  
ram honoratissimo Collegio Dominarum prudentium,  
nobilium, & illustrium: te concionari Maubenge  
& coram vulgari plebe, simplici magis & recta,  
quam astuta & litterata: cura itaque, ut hoc tibi argu-  
mentum pertractandum sumas, quod tibi materias  
sublimes, elegantes, deuotas, ac commodas ad alen-  
dum

adum sapidè, & cum fructu polita simul & docta harum Dominarum ingenia suppeditet: Dominarum, inquam, planè Seraphicarum & diuini amoris igne inflammatarum: Dominarū, omnimoda deuotione ad ima cordis vsq; conditarum: Dominarum, quæ subinde absq; vortis & in libertate sub ornato habitu magis religiosam, quam multi Religiosi & Religiosæ sub vilibus, obsoletis & affixis ferutis vndiq; reperiaris habitibus ex voto & seruitute vitam agunt, Ex altera etiã parte age, vt tibi pro rudi populo, idiotis, & mechanicis res populares, materias communes & faciles concoctionis, digestionisq; suppeditet: omnibus enim & singulis debitor es.

*Gracis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Rom. 1.*

*Facilius sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacere. 1. Cor. 9.*

Corona hæc circumstans vniformis non est; video hic inter alios præsentis multas nobiles Dominas, adeoq; opus est, vt mihi de tali obiecto prospiciam, ex quo ipsarum nobilitatem spirantia, & erudientia educere possim: video etiã multos insigniter doctos, adeoq; opus est, vt nõnulla sublimia, Scoticū quid & subtile redolentia interspergam: video deniq; maiorẽ partem homines idiotas & planos, adeoque subinde velum mihi submitendum est, vt humi repens illis me accomodem, & materias populares, & humiles ipsis proponam.

Considerandum mihi quoq; est, quod superiore anno hic concionatus sim, ac etiam hoc præsentis concionandum mihi erit; adeoq; quod tunc de pœnitentia prodigi Euangelici tractare inceperam, hoc anno quasi oppignoratus prosequi decreui: Si alibi concionarer aliã mihi materiã sumerem: sicut. n. alibi forte honori mihi nõ esset, hunc prodigi reditū absoluere, de cuius pœnitentia nihil dixeram: ita etiã paruo honori mihi esset, si hic de eius pœnitentia dicere incepissem, & nihil de eius absolutione, & paterna irrepitione (maxime sese offerente hac occasione) subnectere. Alias. n. contentiosus quispiam dicere posset illud Euangelicum, *Hic homo cepit edificare, & nõ potuit consũ-*  
mare:

mare: Vt itaque ædificium à me inchoatum consummum, modo de eius lato reditu differendū mihi est: Quatuor enim partibus constat nōstra parabola, prima exponit insolentiam iuuenis huius minoris natu & superbi; 2. duo eius flagella, famem & seruitutem narrat; 3. eius pœnitentiam & respicientiam; 4. ipsius reditum, gratumque parentis amplexum. Duas priores partes alijs alibi exposui; tertiam vobis superiori anno, si quartam hoc anno exposuero, completa erit tota parabola. O pulchrum argumentum! quam lætum & delectabile, tam secundum sensualitatem nostram, quam secundum spiritum! de nullis enim hic sermo est, nisi de lachrymis amoris & lætitiæ, tam patris recipientis & veniam largientis, quam filij recepti & in gratiam denuo admissi: de nullis hic agitur, nisi de sententijs lachrymis pœnitentiæ interruptis, & incisis, de singultibus filij insequentibus, & blandimenta, lenocinia ac amica iussa Patris interruptentibus: nihil hic aliud sonat quam de felicitis aduētū gratulatio, quam occursum mutuum, quam arctus amplexus, quam columbinum Patris, filijque osculum: nihil aliud auditur, quam de pulchris vestibus, annulis, stolis & soccis: de pingui vitulo, de instruendo epulo *Manducemus & epulemur*: de cantando, choreas ducendo, & quibus non? ò quam delectabilia nunc omnia hæc vobis omnibus; maxime autem vobis nobiles Domicellis? omnibus æqualiter delectabilia secundum animam: nihil enim cuius animæ carius, gratiusve; quam quod ostendit, quibus spiritualibus blanditijs Deus omnes animas verè pœnitentes demulceat? quam quod scrupulosas animas, quæ panicos terrores patiuntur, ad propriam vmbra horrent, & *timuerunt timore ubi non erat timor*, docet in diuina misericordia confidere, ac ita pusillanimitatem suam consolari. *Dicite filia Sion, esse Rex tuus venit tibi mansuetus.*

*Psal.*

Et quod quæso argumentum vilius pertractare possemus, quam ex quo omnes discimus, qualem moderationem & clementiam vnus alteri debeamus; maxi-

CONCIO PRIMA.

maxime parentes prolibus, superiores subditis, confessorij pœnitentibus? Clementiam discimus ab hoc patre, qui tanta cum moderatione iuniorem suum filium male feriatum recepit, & seniore[m] murmurantem, suaque pœsentia fraternum epulum cohonestare detrectantem, ut ipse foras prodiens blandè inuitauerit, dulcibus ac mellitis verbis exceperit, dicens, *Fili tu semper mecum es, &c.* Certe ipse Hyrcaniae Tigres, & quoduis efferissimum animal audita hac tanta patris huius bonitate mansuesceret. Et quod amplius est, poterit ne quidpiam doctius pertractari, quam prodigi nostri reditus & amplexus? necessariū enim erit iustificationis materiam ex Theologicis intricatissimam aliqua ex parte percurrere: opus erit omnia reconciliationis mysteria, siue per baptismū, siue per attritionem cum Sacramento pœnitentiæ ample, clarè, & eleganter ad viuum depingere: ostendetur hic etiam quomodo Baptismus & pœnitentia periuro peccator vestibus spoliato, ac lethali bus vulneribus onusto ( ut ille qui ex Ierusalem in Iericho descendens in latrones incidit ) integram ac pri-<sup>Luc. 10.</sup> stinam sanitatem restituat. Quamuis itaque in omnem partem me verterem, neque huic loco, neque toti mundo magis commodum argumentum inuenire, aut excogitare possem, quam hoc ipsum, quod suo quasi digito, & diuina, ut aiunt, virgula Deus ipse demonstrauit: Hoc ipsum enim eodem quo S. Gregorius totam scripturam sacram nomine appellare licebit, scilicet fluuium profundum simul & vado-<sup>Greg. in lib. 10.</sup> dosum; vadosum in quo agni, ut in vado oberrare possint, profundum autem, & alrum, in quo etiam<sup>Moral.</sup> Elephantū submersiōnis periculo sese exponant: hoc est, tale est argumentum nostrum, ut ex eo simplex quis, & idiota suum fructum carpere, & lucrum facere possit: Docti autem etiam materiam habeant fluctandi, & dubirandi, imò subsidente semper fundo submergendi; *Flumen Dei repletum est aquis.*<sup>Psal.</sup>

Dicen-

Dicemus itaq;  
hodie

- I. Patre nostri prodigi nihil posse pingi aut fingi humanius, clementiusque, & quare?  
II. Quam longe à patre suo absueris prodigus, cum eum Pater venientem agnouit.  
III. Cur non accesserit propius, & quid sibi velit hac distantia.

## I.

**PATRE NOSTRI PRODIGI**  
*nihil posse pingi aut fingi humanius,  
clementiusque, & quare?*

**T**OTA hac parabola, tam initio, quàm fine; maxime autem in fine, patris nostri prodigi representatur adeo bonus, clemens, & humanus, ut nihil possit fingi, pingi aut imaginari humanius, idque iure meritisimo, cum in hoc theatrum producat Deum Opt. Max. qui est summum bonum representaturus, idque à tali magistro ac pictore, qualis est ipse Christus, huius parabola inuentor, de quo scriptura: *Nunquam sic homo locutus est. Qualis pictor talis pictura.*

Ab initio depictus est optimus; quod tam liberaliter, tam promptè prodigo filio hæreditatis partem non tam petenti, quam exigenti numerarit, ita ut dictum, factum fuerit; quod filio in longinquas regiones abeunti, & paternæ iuuentutis sudores, senectutis scipiones, maiorū reliquias, aureos, inquam, & penè mucidos coronatos breui prodigēdos, dissipandosque auferenti, hoc vel simili modo non maledixerit,

Virgil. 4.  
Æneid.  
\* Al. Dido.

*I sequere It aliam ventis, pete regna per undas,  
Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt)  
Supplicia hausurum scopulis, & nomine \* patrem  
Sæpe vocaturum; sequar atris ignibus absens,  
Et cum frigida mors animâ seduxerit artus  
Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.  
Audiam, & hæc manens veniet mihi fama sub imos.  
Profundat, perdat, pereat; nihil ad me attinet.*

Tarent.

Eadem patris bonitas melius ex sequentibus, & ipsius

CONCIO PRIMA.

21

fius texrus silentio patuit; non enim ait ipsum gauisum audita canina fame filij sui, & abiectissimi macipij seruitute: sed omnia in silentio deuorans afflictū animū occultasse insinuat. Perfectissime autē & in superlatiuo gradu se clementem in fine huius parabola, quem modo pertractamus declarauit; ad miraculum. n. velox & festinus ad misericordiam, imò & præceps describitur. *Figur ad pœnas ad præmia velox* vix *Ouid.* paterni castri podia, turreſq; à longē prospectabat filius, & fumū de paternis focis ascendente intuebatur; quin & Pater ipsū agnouerit, & simul misericordia cōmorus fuerit: *Cū adhuc longe esset, vidit illū Pater, & misericordia motus est.* Summā suam bonitatē etiam eo ipso ostendit, quod filio suo, quem in solio residēs substrato tapete expectare licebat, ipsemetin occursū prodierit: *Et occurrens* vt quidā legunt: Imo satis ei nō erat, si filio dulciter ac pedetentim, quod eius ætatē deuexā, & authoritatē paternā decebat, prodiret, sed quasi ad extinguendū incendiū, maxima velocitate occurrit. *Et accurrens*, vt legunt alij, & melius, vt suo loco dicitur. Monstrauit etiam magnā bonitatē suā in suo amplexu, quem texrus adeo extaticē amicum fuisse insinuat, vt quasi sui impos in collū filij prodigi procubuerit: *Cecidit super collum eius:* collum inquam ita scabrum (sit verbo venia) ita scabiosum, itaq; vndiq; pediculis, vermibusq; oblitum: neq; enim aliter se habuisse præsumendum est post tam diurnā famem, tantumq; temporis in custodia porcorū sordidorum, sub dio pluuio & ventoso absumptum, cū & collum eius sæpius colaphis ac iteratis ab inhumano Domino fustium ictibus oneratum, quam particulis panis aut porcorum siliquis reſectum fuerit.

Et quanta quæso bonitas in suauī illo osculo filij, sui ori impresso emicuit? *Osculatus est eum*, os hoc nō balsamū aut aromata spirabat, sed totum fetidū grauiorē quā mortuorū sepulchra, aut infernalis aliquis pureus fætorē ac mephiticū exhalabat, eò quod præteritæ epulæ, commestationes & comotationes iam pridē viscera absumpserant, quod idem postmodum dira

dira inedia & mali succi cibi, quibus tanto tempore uti coactus est, præstituerat; maximè quod morbus Gallicus interiora eius, partesq; nobiliores sine dubio arroserat, cum tanto perevaga veneri, & meretricibus deditus fuerit. *Dissipavit substantiam suam cum meretricibus*: merito itaque dico hoc osculum signum perfectæ pacis, & reconciliationis fuisse, ostendit etiam bonitatem suam cum omnis generis bona in prodigum hunc contulit, *utilia, delectabilia, & honesta*. Utilia & necessaria cum nudum vermiculum vestivit, & calceavit. *Proferte stolam primam, & date calceamenta in pedes eius*; cum famentem & inedia tantum non enecatam refecit: *Occidite vitulum saginatum, manducemus & epulemur*: cum eum annulo donavit, cui ex amplis thesauris, quos à patre abiens secum sumplerat, ne obulus quidem in marsupio restabat. *Date annulum in manu eius*.

Delectabilia, amplexando, osculando, vitulum, non talem qualè, sed bene saginatum & proprio palato reservatum, mactando; totamque familiam, omnesq; nos & amicos ad hilaritatè invitando, dicès: *Manducemus & epulemur*: Delectabilia, musicos ipsi præbendo & choreas instruendo, quibus nouo more in exteris regionibus filius ipsius cum puellis & meretricibus conuersatus assueuerat; *Audiuit senior symphoniam & chorum*.

Honestà, cum prior illi occurrit, & *accurrens*, cum illum induit non vili sago, aut derrito pallio, quale merebatur; sed pulchro talari toga, magniq; pretij indumento, *Proferte stolam primam*.

Honestà, cum ei ut magnati annulum, quem forte antea nunquam in paternis ædibus gestauerat, dedit, *Date annulum in manum eius*. Honestà, cum ipsum refecit non his, quæ fami ipsius, cæterorumque necessitati satisfacerent, *Paruo constat fames*; sed illis etiam, quæ voluptati essent, ut vitulo pingui, conuiuium admodum solemnè, & ferè regali, *occidite vitulum saginatum & epulemur*; & ut verbo finiam, epulo plane nuptiali.

Vltimo denique bonitatem suam maximam hoc ipso declarauit, quod ex iudice prodigi sui, factus sit eius patronus & aduocatus, contra filium suum natu maiorem, qui ægre ferebat se præterito, iuniori tam dissoluto & effeminato tantos fauores præstari. Obonitatem super omnem propemodum humanam bonitatem! Has omnes bonitates suis quibusq; locis fusius explicabimus, adiuuante bono Deo, modo suffecerit hæc verba ponderasse: *Cum autem adhuc longè esset vidit ipsum pater ipsius: ò miserum patrem! Sed quomodo putas ita à longè potuit Pater videre & agnoscere filium suum? & quantum putatis fuisse distantiam?*

## II.

*QVAM LONGE A PATRE  
suo abfuerit Prodigus, cum eum Pater  
venientem agnouit.*

**V**idit Pater à longè filium suum, imo sine dubio etiam vt talem agnouit, cur enim alias tam excitatè accurrisset? si absque determinata notitia ipsum, vt alios homines à longè conspexisset, certe nunquam ei obuiam occurrisset. Quantū itaque à Patre distabat? Id statim aliquotusq; dicemus, si prius notauerimus mores & consuetudines Parentum, & amantium sollicitorum propter absentiam suorum liberorum & amorum: Hi enim perpetuò circumspiciunt, & ex omni parte explorant, an nusquam appareant; nunc capita sua fenestris & cancellis admouēt; nunc in summa tabulara & ædium suarum turres ascendunt; nunc in altissimos montes scandunt; ciuitatem egrediuntur, regrediuntur; eunt, redeunt: peregrinos, nunc hunc, nunc illum sollicitè de amicis interrogant.

*Num quem diligit anima mea vidisti?*

*Res est solliciti plena timoris amor.*

*Quis enim securus amauit?*

*Quid, ex Herùs ad Læandrum:*

*Vtq; rogem de te, & scribam tibi, si quis Abydo*

*Cant. 3.*

*Ouid.*

*Vino-*

*Venerit, aut quaro, si quis Abydon eat.*

& paulò pòst:

*Sic ubi lux acta est, & noctis amicioꝝ hora  
Exhibuit pulsa sydera clara die;  
Protinus in summa vigilantia lumina turri  
Ponimus, assuetæ signa, nos amq; via.*

& infra:

*Et modo prospicimus, timida modo voce precamur  
Ut tibi dei faciles utilis aura vias.  
Auribus interdum voces captamus, & omnem  
Aduentus strepitum credimus essetis.*

Quod ipsum manifestè in Anna matre iunioris  
Tobiæ emicuit, de qua Scriptura narrat Tob. 10.

*Mater nullo modo consolari poterat, sed quotidie exili-  
ans circumspiciebat & circuibat vias omnes, per quas  
spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri  
posset, venientem. & capite vndecimo: Anna autem  
sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, vnderi-  
spicere poterat de longinquo: Et dum ex eodem loco specu-  
laretur aduentum eius, vidit à longè, & illico agnouit ve-  
nientem filium suum, currensq; nuntiauit viro suo, di-  
cens: Ecce venit filius tuus.*

Apparet certè amantes & parentes cum amato-  
rum & filiorum suorum reditum vel aduentum ope-  
riuntur, pluribus quàm duobus luminibus vii. Quot  
circulos Maria Magdalena, nunc in monumento,  
nunc in horto, postea iterum circa monumentum  
oberrabat? quas curiosas quæstiones Hortulano, ut  
putabat, proponebat, ut dilectum suum Iesum Chri-  
stum à mortuis rediuiuum, sed ipsi nondum conspe-  
ctum inueniret? Quo non declinabat beatissima Vir-  
go Maria, ut in solennitate Paschali deperditum pue-  
rulum duodecim annorum Iesum denuò reperiret?  
Quas vias, semitasve Cares non iniit, ut raptam à Plu-  
tone Proserpinam reperiret, cum ad ipsa vsque infer-  
ni latibula penetrarit? Sic, sic probi mariti erga suas  
uxores, & uxores probæ erga suos maritos absentes  
affectæ sunt: certè pius ille Æneas omnes vicos, &  
plateas ardentis iam Troiæ, ut deperditam suam Cre-  
usam

usam de vrbis excidio educeret, repedauit.

*Ipse urbem repeto, & cingor fulgentibus armis  
Stat casus renouare omneis, omnemq; reuertit  
Per Troiam, & rursus caput obiectare periculis.  
Principio muros, obscuraq; limina porta,  
Qua gressum extuleram, repeto, & vestigia retro  
Obseruat a sequor per noctem, & lumine lustror.  
Inde domum, si forte pedem si fortè tulisset  
Merefero, irruerant Danai.*

*Virg. 2.  
Æneid.*

*Procedo ad Priami sedem, arcemq; reuiso.  
Ausus quin etiam voces iactare per umbram,  
Impleui clamore vias, mœstusq; Creusam  
Nequicquam ingeminans, iterumq; iterumq; vocaui.  
Quarenti, & tectis vrbis sine fine furenti  
Infelix simulachrum, atque ipsius umbra Creusa  
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.*

Nam, vt inquit Gregorius: *Amanti semel aspexisse Hom. 25.  
non sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat in- in Euang-  
quisitionis.*

Hic itaque Pater in perfecto amore paterno erga  
suos liberos nulli cedit, vt iam dictum est, adeoq; in-  
ter primos accensendus, qui φιλόσοφος cognomine-  
tur, ita n. quasi perditè & stultè proles suas amat.

*Omnis in Ascanio caritatis cura parentis.*

*Virg. 1.  
Æneid.*

Quamuis reciprocos filiorum amor, aut nullas om-  
nino rependat vices, vt in minore natu; aut exiguas  
saltem, vt in grandiore. Sed quid? naturalis amor pa-  
rentum erga filios subito argumentum sumit, forti-  
usq; accenditur, sed tardo passu à filijs ad parentes re-  
greditur, ac mutuas amori reddit vices. Nam vt ar-  
borum succus celeriter, abundanter, & continuo à  
radicibus ad ramos ascendit, tardè tamen, parcè, &  
tardè à ramis ad radices defluit: ita etiam parentes te-  
nè liberos suos diligunt, ac liberalissimè eis be-  
nefaciunt; filij verò & multò remissius eos red-  
munt, & si quid boni ipsis præstent, id tardè & par-  
cè faciunt: An non videris, quomodo Danubius,  
cæteraq; maiora flumina de suis fontibus prode-  
untia, maxima celeritate in mare deuoluantur;

tarde autem ac lente ( si diuino id contingat miraculo ) cancrorum instar ad sua principia reuertantur, quod quondam Mari rubro, & Iordani euenisse legimus, iuxta illud Psalms:

*Psal.* *Quid est tibi mare quod fugisti & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?*

Ita etiam torrens amoris & beneficiorum ex parte parentum in filios largiter profluit; si autem hunc aliquando ad parentes redire contingat, temperat passu, & quasi solutatum incedit, neque vnquam patria pro paribus reddunt; nec tanta celeritate, nec tanta alacritate filij.

Vti mirandus admodum sinus maris est, quem Euripum dicunt, qui vt ferunt septies de die ad suos fontes retrogreditur, idque tanto impetu, vt & nauigia plenis velis prospero vento agitata secum eandem viam redire compellat: ita etiam res rara est filius aquali amore, ac paribus beneficijs parentibus respondens.

Amor itaque huius Patris erga filium suum, adeo violentus & vehemens, eodem modo ipsum erga suum absentem ( si non vehementius ) quo reliquos erga cara sua pignora affecit, atque ita sine dubio centies & centies quotidie absque vlla grauiore necessitate ad fenestras castri sui appropinquans, nunc huc, nunc illuc, vnde filium suum rediturum sperabat, vultum obuertebat, *stans post parietem, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Sape etiam in altissimas turres crepebat potius quam ascendebat homo aetate grauis, vt redeuntem suum Prodigum a longe prospiceret: Verisimile quoque est ipsum affectus vehementia agitarum saepius extra pomeria castri sui, aut villae egressum, nunc hunc, nunc illum montem conscendisse; nunc hanc, nunc illam semitam tenuisse, modo hunc, modo illum peregre aduentantem rogasse, vnde? quo? Ecquid audisti, vidisti? nihilne de filio meo natu minore? ac simul eum peregrinis, quam poterat, scitissimè depinxisse: Sape etiam apud animum suum quasi filium alloquentem dixisse: *Indica mihi*

*Cant. 2.*

*ubi*

*vbi pascas, vbi cubes in meridie. Fac saltem resciam, mi fili, vbinam viuas, vbi agas.*

Quarenti itaque, quam procul cum Pater agnoverit respondeo, non adeo longe abfuisse, ut miraculo hic opus sit: si enim per fenestras prospectabat, forte iam prodigus paternis foribus astabat, aut fossis appropinquabat: Si ex turri aliqua, iam forte suburbia intraverat: Si ex colle aliquo extra castrum, tantum à parente forte distabat, quantum visus hominis senis cum distincta novitia percurrere potest; quantum scilicet ex sclopeto emissus globus, nisi dicamus amantium oculos ac visum longius penetrare, quam aliorum, qui hac passione affecti non sunt; cum tam pietas, quam misericordia, amorque & amicitia clarum videant; hi enim affectus oculos lynceos habent, imò & lynceis clariores, cum tamen hoc animal reliqua visus acumine superet, iuxta illud incerti authoris.

*Nos Aper, auditu; Lynx, visu; Simia gestu:*

*Vultur, odoratu; praeclit Avanon tactu.*

Si autem è throno suo tapetibus constrato ipsum conspexerit, iam Prodigus ad ostium forte aulae constitit, vel ad eius medium processerat, debita cum reverentia paternis genibus se aduoluturus, vbi eum Pater vterioris moræ, & maiorum ceremoniarum impatiens deprehendit. Denique vbiicumque ipsum repererit, in paterno saltem solo, aut non longe disto repertus est: neque enim solent Nobiles, maxime autem annis obstiti, longe a suis castris spatari, aut debilitati præsenio visu quempiam distitum internoscere: Deinde cum vnam partem huius parabole cum altera confero, plane mihi persuadeo, quod non multum à paterna domo abfuerit; dictum est enim quod *Abijt in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam; & adhesit vni civium regionis illius: exinde subnectitur, quod inde surgens venit ad Patrem; & hic quod cum adhuc longè esset, vidit illum Patrem, & accurrens. At nunc vero simile non est, hominem grandævum potuisse vidisse & cognovisse hominem*

Ouid.

*alicui:  
mibi, nescio quis  
auihor.*

Text.

minem medio itinere, triginta aut quadraginta millenarium Gallicorum, distantem: sicut etiam parum probabilitatis habet, Patrem longius a suo castris recessisse, aut ad multam viam filio obviam ecurrisse: certum itaque sit, quod remotior à regione illa longinqua & vicinior domui suæ fuerit; propinquior Patri, quam Domino suo; propior termino ad quem, quam termino à quo: imò ita vicinus, ut Pater iam decrepatus ipsum cognoscere, & obviam currere potuerit: Vnde & formulæ loquendi quibus utitur hic Pater, nihil aliud sonant, quam quod omne genus familiarum ad manum præsto habuerit; sic enim vni mandat stolam novam proferre, alteri annulum in digitum filij immittere, & calceos pedibus accommodare; tertio rem culinariam procurare, quasi omnes in suis officinis, aut saltem circa illas præsto essent, ita expedire iubet, *Citò proferte stolam; citò date annulum & calceamenta; citò adducite vitulum, occidite eum. Citò, citò, epulemur, & lætemur.* Hæc enim iussa probabiliter me suspicari suadent, filium tunc temporis aut castrum ingressum in quo Pater eius paternè, aut assidebat, aut obambulabat, aut ad portam castris attitisse, aut saltem circa fossas, vel paludes oberrasse: Nisi quis fortè opinari velit hunc senem ex Lyncei posteris fuisse, quem ferunt tanto acuminovisus præditum, ut etiam per interpositum parietem videret, & in Sicilia existens naues ex Africa soluentes conspiceret; aut si ex posteritate Lyncei non prodierit, ocularibus illis perspectivis à longe minuta quæque referentibus, usum: aut sane supernaturali aliquo lumine, vel gloria illustratum: quod si quis opinetur, meritò dicet remotissimum adhuc a parente abfuisse, *cum adhuc longè esset, vidit eum Pater.* Sed hoc vix opinor; tum, quia miracula non sunt ponenda sine necessitate; tum, quia mox dicetur Patrem ei obviam

*Text.*

*Acron. a. pud Horatium.*

uiam accurrisse, & *accurrens*. Quis enim crederet Patrem adeò annis grauem, tantum molestiarum sumpsisse, vt tanto spatio filio suo, & natu minori, & discolor obuiam accurreret?

Sed fortè quispiam, ex proprijs verbis me arguens, opinabitur hæc omnia à Patre decrepito facta filio multum adhuc distito, eo quod Christus hic conetur optimum, & maximè misericordem patrem depingere, vt tanto perfectius verum Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis repræsenter: Deinde magis consolatorium est, si Prodigus à longè agnitus fuerit, & quod hoc non obstante decrepitus pater ei obuiam occurreret, amplexatus & osculatus ipsum fuerit; vt tanto melius adumbraret, partim infinitam misericordiam Dei, partim debilitatem virium hominis, cuiusque potissimum, qui adhuc in fordibus peccati mortalis hæret; quæ tanta est, vt quamuis homo viribus naturæ faciat quantum potest, nihil tamen, aut perparum proficiat, nisi Deus gratia speciali ipsum præueniens, peccatori occurrat.

Finaliter ita que dicamus ipsum iam medium viæ, quæ ex longinqua regione ad paternam domum ducebat, confecisse, cum ipsum vidit & agnouit Patrem; vt ita etiam medium inter duas opiniones multum differentes teneamus; quamuis nihil periculi sit in leuioribus his nonnihil aberrasse. Quid enim refert hæc ita ad amussim examinasse, & determinasse: nihil, vt reor: adeoque coniecturis, vt petuimus, aliquid luisse sufficiat, & ad vltiora gradum faciamus.

*CVR NON ACCESSERIT  
propius, & quid se velit hac di-  
stantia.*

Non accessit propius prodigus,

- { 1. Quia clementia benigni patris praeuen-  
tus.  
2. Ex sua parte, partim impotentia prepe-  
ditus, partim naturali prudentia sua  
persuasus.

Propter impotentiam, eò quod corpus eius tribus  
modis omninò debilitatum, & quasi exossatum  
esset.

Primò, per excessum bibendi vinum magnis & a-  
qualibus haustibus, id est, per ebrietatem & gulam,  
quam instruendo meretricibus & amasijs suis opipa-  
ra conuiuia quotidie exercuerat, ita ut saepe diem in  
noctem, & noctem in diem conuerteret, iuxta illud:  
*Noctem verterunt in diem: tū, ut his lenocinijs meret-  
ricum fauores sibi conciliaret; tum, ut in se natu-  
ram ad malum satis pronam, & plus quam ardentem,  
dormientem quasi canem excitans, & oleum igni  
infundens, ad libidinis ardores excitaret, persuasum  
sibi habens quod*

*Sine Cerere & Baccho friget Venus:*

*Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt lu-  
dere.*

certum enim est, nihil magis humanum corpus eua-  
cuare & exhaustire, quantumvis illud robustum, imò  
etiam chalybeum sit, quam gulæ excessus: Virgilius.

*Copia Bacchi*

*Et tentat gressus, debilitatq; pedes. & Plautus.*

*Magnum hoc vitium vinctum est, pedes captat primum  
Luctator dolosus.*

Hinc enim similium ganeonum pedes podagra;  
manus autem, chiragra; totumque reliquum cor-  
pus

*Virg. in*

*Opusc.*

*Plaut. in*

*Pseudol.*

pus

2

cum

aut.

cum

forr

tum

illis

ò ve

cali

in fi

perio

certe

aqu

mer

lg

3

E

3. C

tam

ta, q

palce

An

distis

in he

man

fario

sibus

se pra

prate

in ag

facco

cilen

etior

cior.

4. C

pus elumbis lassitudo diuexat.

2. Per vagam Venerem & promiscuos coitus, nunc cum hac, nunc cum illa metetricula; hodie cum Laide aut Flora aliqua; cras cum Thaide vel Aurora: Mane cum Corinthia, vesperi cum Cyprica; quindecim forte dierum spatio cum Proculo Imperatore centum virgines impregnans; de die hoc, de nocte altero illis abutens modo: *Duodecim, scilicet, artium homo:* *Flau. vo. piscus in Proculo,* ò verè emissarius equus, taurusue admiffarius, instar calidæ scrophæ quantumlibet congressum desiderās, in singulis quod amore suo dignum existimabat reperiens, cum illo, qui aiebat:

*Centum sunt causæ cur ego semper amem:* *Quid. li. 2. Eleg. 4.*  
ceteid generis homines, vt meritorij equi omnem aquam, quantumuis turbidam, bibunt: Nam *Venus* *maruat vires.*

*Ignis est usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.*

*Qui fornicatur in proprium corpus peccat,* inquit Apo- *Iob. 31.*  
stolus.

Et hæc causa est, cur pederentim accesserit.

3. Quid de eius fame dicam? de seruitute, tam vili, tam laboriosa, tam scabiosa, ventis & pluuijs exposita, qua durante, caninam famem porcorum, quos pascebat, siliquis domare non licuit?

An non superiori anno gementem & dicentem audistis, *Ego autem hic fame pereo?* Estne quæso aliquid in hoc mundo, quod aut homines, aut bruta animalia magis debilitet, quam defectus victui necessariorum? Quis vnquã equus fame afflictus, & vix ossibus hærens ad cursum, aut torneamentum alacrem se præbuit, aut palmam obtinuit? Quis Athleta, cui præter pellem & ossa nihil superest, præclari aliquid in agone præstitit? Prodigio autem nostro venter erat sacco in pistrinum effuso inanius, vultus ossibus macilentior, omnisque caro haleec infumato contractior, imò caninis dentibus, aut ligno brasílico sicior.

4. Quia plurimum viæ ex longinqua regione redi-

ens confecerat. Quid ergo mirabimur, si instar can-  
cri, aut limacis proreptauerit? Quid nouum, si ap-  
propinquans patriæ & paternis ditionibus artonitus  
sublitterit, gradum preflerit?

2. Non propius accessit, quamuis fortè ei vires suffe-  
cissent, prudentia quadam humana commotus, &  
varia secum considerans.

1. Existens in limitibus suæ patriæ, & suburbij ciui-  
tatis paternæ, consultum putauit nonnihil subfiste-  
re, vt deliberare posset, cui familiarium se primum  
insinuaret; quo exordio coram Patre constitutus vte-  
retur; quomodo orationis suæ filum contexeret; quo  
prætextu & rationibus plausibilibus malam suam  
causam: tumque palliaret: quo gestu corporis pro-  
cederet. Quamuis enim iam diu secum deliberarat &  
dixerat, *Surgam, & ibo ad Patrem, & dicam ei:  
Pater peccauit &c.* Tamen nunc ipsi operi exequendo  
accinctus, bonum ei visum fuit priora denuo consi-  
lia ad incudem reuocare; & si quid addendum, aut  
demendum iteratò consulere, *Anima sedendo, si  
prudens*; adeoque infra videbimus, quomodo ad Pa-  
trem veniens, omittat illa verba, *Fac me sicut vnus  
ex mercenarijs tuis*: quæ tamen superius dicere propo-  
suerat, adeoque hac breui mōrula prudentior forte  
effectus est.

Virgil l. 1. 2. Hæsit

Ancid.

*Spem metumq; inter dubius, seu viuere credat  
Sine extrema pati.*

Cum enim, neque per litteras, neque per amicos  
prius quam patrem accederet, ei reconciliari posset,  
hinc timebat fustigationem, carceres, repulsam, ob-  
duratum animum, vultum implorabilem, & perpetuam  
exheredationem: illinc autem omnia bona  
de Patris naturali clementia sperabat: Hinc spes  
auribus cordis eius insufurrabat, Audacter ulterius  
progrediamur, confidenter ad pedes boni paren-  
tis nos proijciamus, *Adeamus cum fiducia ad thronum  
gratia.* Illinc timor gressum reprimebat, dicens,  
*Ecquid agis mi homo, quomodo coram illo  
patre*

Patre audes comparere, cuius omnem substantiam dissipasti? cui ita primò in domo paterna insultasti, & quem indecora tua vita postmodum tanopere infamasti? Qua fronte castrum hoc Virtutis & Honoris intrare audebis, in cuius circumquaque parietibus maiorum tuorum antiquitate & rubigine oblita simulachra, virtutum ipsorum monumenta conspicias: quorum tu gloriam tot sæculis acquisitam, tam brevi tempore tua vita offulcasti? Non Patertantum vultum a te auertet, sed & auorum, proe auorumque statua obuersis in parietem vultibus, fruticis tam syluestris, & propaginis tam spuria, quæ ipsorum confessum fædet, conspectum dedignabuntur, & dicent: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.*

Atque ita hæsitans modo sibi aiebat, Non ergo ulterius procedam: modo, Non, periculum faciam, quid tenta sè nocebit? faciam, non faciam, & sic fluctuans inter diuersa consilia, neque accedebat propius, neque incedebat longius, donec oportuè eum bonus Pater, qui ad podia, aut turres castri sui consistebat, forte eum adhuc longè distitum vidit, *Cum autem adhuc longè esset vidit illum Pater.*

3. Verecundabatur in sua patria, & inter suos, ita nudus & male vestitus apparere: quamuis enim reliqua defecerant, generosum tamen & heroicum animum nondum deposuerat. Ecquid? (inquebat,) Egone tam illustri familia natus, & Domini loci huius filius? Egone, qui hic quondam bullatus, purpura & cocco ornatus, venustulus, politulus, crinibus calamistratis, & aequaliter pexis, indusio ad collum exacte rugato, collari simbrijs instar dentium circumsepto, & ceruleo amilo roborato, thorace ex holoserico, toga ex bysso, femoralibus coccinis acupictis, calceis ad morem Venerum efformatis, conspicuus: denique qui ipso pauone exactius ornatus incessi, & loculos argento, auroq; plenos habui; qui sanus, ac succulentis faucibus, vultuque obam-

oboambulau, hodie iisdem me spectandum exhibeo, instar vermis, nudum femoralibus, thorace, & potiore vestimentorum parte spoliatum, nec Iro quopiam melius coopertum; cui indusium titione culinaria nigrius circa humeros colligatur; cui caput glabrum, crines præ paupertate defluentes, vultus deformis & decoloratus, totaque cutis à sole adusta & corrugata? Ergone audebis? Sane tali ornatu pulchrum me spectaculum, & me & cognatione mea dignum exhiberem; vereor equidem, ne hoc malorum meorum complementum, & iniuriarum Parentibus illatarum vltima esset. Tolerabile est apud ignotos vestitu minus honesto comparere: ast hic, & vultus mihi præ verecundia & rubore arderet, & cognatis, amicisque omnibus intimum cordis dolorem concitarem. Subsistam itaque aliquantisper, si forte se offerret melior aliqua occasio. Dum autem sic hæret, & deliberat, à longè agnouit eum Pater, & misericordia motus, ei occurrit, *Cum adhuc longè esset vidit eum Pater.*

Sed quæres. Quid se velit, quod tam longè à Patre suo subsistat filius noster Prodigus, quidnam hoc significat? Respondent quidam populum gentilem hoc ipso designari, de quo Propheta Isai 49. ait,

*Isai. 49.*

*Audite Insulae, & attendite populi de longè.*

Et Paulus:

*Qui eratis longè, facti estis propè.*

Gentes enim Deum verum piè inquirendo iam aliquo vsque à longinqua regione suæ infidelitatis abscesserant; sed tamen adhuc longè ab eo distabant, quem sufficienter, neque nouerant, neque intelligebant: & sic ait venerabilis Beda:

*Cum adhuc longè esset, antequam intelligeret Deum; sed tamen cum iam piè quæreret:*

Et quidem iam bona pars viæ confecta est, si talem veritatem & summum illud bonum piè quærerere incipiamus: Nam *dimidium facti, qui bene cepit, habet.* multum tamen abest ab eo, qui illud iam inuenit, & possidet: *Infans duodecim annorum, imò & trium.*

rogan-

rogando, inquirendo, & quaestiones proponendo  
 priorem illam itineris partem conficere posset: sic enim  
 parentes Iesum inuenerunt in templo, sedentem in *Luc. 2.*  
*medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.*  
 nam primus gradus ad scientiam est dubitare: secundus,  
 intelligentiam desiderare: tertius intellectum inquirere:  
 in proverbio enim dicitur: *Qui nihil scit, de nullo dubitat.*  
 Multum inquirere & permutari, signum est subtilis spiritus,  
 & ad scientias addiscendas nati, & tamen ab illis longè  
 adhuc abest: nam & stulti saepe ea rogant, ad quæ  
 sapiens satisfacere vix valet.

Aliqui itaque ex Gentilibus, eò quod Deum quaerent,  
 ad patrem suum, scilicet Deum, accessisse dicuntur,  
*Et surgens venit ad patrem,* longè tamen distabant,  
 eò quod nondum sufficienter instructi, & catechisati  
 essent, *cum adhuc longè esset.* Aliter etiam hæc exponi  
 possunt ex manuscriptis commentarijs eximij D. M. N.  
 Michaelis de Baij, qui docet aliud esse cognoscere  
 vnum Deum, & aliud scire CHRISTVM Mediatorem  
 & Redemptorem, qui est via ad Iustitiam, *Ego sum via,  
 nemo venit ad patrem, nisi per me. Ioan. 14.*  
 Nolle itaque Deum vnum, magna via nostræ pars est,  
*Surgens venit ad patrem: Hæc est vita aeterna, ut cognoscant te,*  
 sed longè adhuc à sua salute abest, qui Christum  
 vnicam ad salutem viam ignorat: *Hæc est vita aeterna,  
 ut cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum.*

*Non est aliud nomen sub caelo in quo oporteat nos saluos fieri.*

Et quaeso an non longè abest à termino suo, qui ignorat  
 qua via incedendum sit, nec ducem itineris habet: cui nec  
 pedes ad iter sufficiunt, nec equi, curus, aut nauigia ad  
 transferendum praesto sunt: cui aë ad volandum, Christophorus  
 aliquis ad portandum desunt, & merito dicere potest,  
*Domine hominem non habeo.* Tales autem sunt omnes illi, qui  
 non cognoscunt Iesum Christum, qui est via nostra,  
 & via

& via regia ad cœlum, Ego sum via. Qui dux noster ad cœlum est.

*Psal.* Notas mihi fecisti vias vitæ.

*Exod. 15.* Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti.

*Deut. 32.* Circumduxit eum, & docuit.

Qui currus noster, navis nostra, alæ nostræ, noster qui nos in cœlum supportet, Christophorus est:

*4. Reg. 2.* Currus Israel, & auriga eius.

*Deut. 32.* Circumduxit eum, & docuit, atque portavit in humeris suis.

Sunt itaque tales ignorantes longè à salute, qualis aliquandiu fuit Cornelius Centurio in Actibus Apostolorum, talis Eunuchus Reginae Æthiopiæ cum adhuc in curru Prophetiam Isaia legeret, sed non intelligeret, donec Philippus ascenso curru ipsum catechizavit & docuit.

Sed de Gentilibus hodierno die, primaque concione sit satis; nam & elapsa hora Dominas Canonissas ad diuini officij persolutionem vocat, & ipse prodigalitatis meritò arguendus videret, si omnes discursus vnica vice profunderem, & verendum esset, ne violento hoc & graui exercitio, infirmos spiritus, & aures nondum concionibus assuetas grauarem: nam *Ladunt iuga prima iuuenos*. Sicut itaque longum iter ingredientibus pederentim incedendum, ita nobis,

*Ouidius.*

*Paulatim longius itur: nunc autem,*

*Itē in pace,*

CON-

### CONCIO SECVNDA.

Thema: Εἶτι δὲ αὐτῷ μακρὰν ἀπέχοντι, εἶδεν ἑαυτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

Cum autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius. *Vulgata.*

Quumq; adhuc longè abesset, vidit eum Pater ipsius. *Syriaca.*

Acta breui recapitulatione, argumentum Concionis nostræ sic instituitur:

- I. Varios dari modos elongationis seu distantia; sicut sunt approximationis seu vicinitatis.
- II. Quo genere distantia à Christo abfuerint Publicani & quo omnes peccatores.
- III. Quis inter Christianos, & maximè aliquos hæreticos longissimè à Iesu Christo abfistat. *Auc.*

Dicendum hodie

I.

#### VARIOS DARI MODOS ELONGATIONIS, seu distantia, sicuti sunt approximationis, seu vicinitatis.

Vt certiori filo discursus noster dirigatur, & propositum obiectum clarius explanetur, benevoli & amici Auditores, necessarium mihi videtur inquirere, quot sint genera elongationis, seu distantia; & quot approximationis seu vicinitatis? ut ita & vos ex thematicitate nostro commodius sensum moralem & allegoricum percipiaris, & nos vberiorè dicendi materiam, ac bonorum documentorum copiam deducamus.

Aduerto itaque quod distantia vna sit

- 1. Localis, seu secundum locum & situm.
- 2. Temporis,

3. Affe-

- Distantia { 3. Affectus, seu voluntatis,  
 4. Opinionis seu intellectus,  
 5. Similitudinis morum, studiorumq;  
 6. Dignitatis,  
 7. Consanguinitatis,  
 8. Speciei, seu essentia.

1. Distantiam *localem* appello, quando interuallum aliquod pedis, stadij, miliaris, vnius, duorum, trium, plurium vel pauciorum interiacet inter locum aliquem, personam, rem, arborem, columnam, & alteram: & sic dicimus ab occidente longe distare orientem:

*Psal. 102.*

*Quantum distat ortus ab occidente:*

& talis distantia est inter Romam & Carthaginem, Venetias & Ierusalem, quæ quanta sit, melius quam ego nõdunt Cosmographi: & sic de distantia locali loquendo inter Montes Hannoniæ urbem, & Maubege vbi modo concionor, interuallum est quatuor miliarium: & inter hanc cathedram in qua consisto, & primam columnam decem aut duodecim pedum.

2. Distantiam *Temporis* voco annos, menses, dies, horas, & momenta, quæ inter rem aliquam gestam, & aliam similiter gestam, aut gerendam interfluxerunt, quando vna alia tempore posterior est, & sic Cicero ait:

*Cicer. de Amicitia.*

*Longe prospicere futuros casus Reipubl.*

Similiter dicimus magnam distantiam esse inter foundationem Romæ & Carthaginis, cum Carthago fundata à Didone tunc temporis, cum Romulus Romanæ urbis conditor, nondum in rerum natura esset, Romam multo sit antiquior. Magna etiam est distantia inter creationem mundi, seu lapsum Adami, & reparationem generis humani per Iesum Christum factam: scilicet circiter quinque millium ducentorum triginta trium annorum. Item magna distantia est inter primum aduentum Iesu Christi, & eius in cælos Ascensionem. Similiter à primo eius aduentu iam facto, vsque ad secundum adhuc futurum interfluxere anni 1617. præter eos qui effluxerunt. De vno

*Vide Iacob. Berg. l. de claris Mulieribus in Maria virgine.*

vno lo  
 Pro  
 gabum  
 nabit  
 In  
 Et  
 Pro  
 2. Di  
 do vnt  
 iungit  
 iuncti  
 alter o  
 sed vnt  
 alter:  
 aut ho  
 idem a  
 Plautu  
 F  
 T  
 Et Ter  
 Du  
 Et Ide  
 P  
 Eo  
 fratres  
 ros, qu  
 re ame  
 illi ver  
 S. P.  
 fet. Vie  
 dunt &  
 disipa  
 magna  
 erga su  
 ardent  
 Elau,

vno loquitur CHRISTVS & Propheta.

*Tempus meum prope est.*

*Prope est, ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur: miserebitur enim Dominus Iacob & Israel saluabitur.* Isai. 14.

De altero Moyses:

*Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.* Deut. 32.

Et simili sensu Terentius in Andria:

*Prope adest, cum alieno more viuendum est mihi.*

3. Distantiam Affectionis seu voluntatis appello, quādo vnus alterum non amat: amor enim vnit & coniungit; vnde amici coniuncti & vniti, inimici distincti & diuisi dicuntur: aut quando vnus amat, quod alter odit: aut quando duo idem amant, vel oderunt; sed vnus vehementius, & cum maiore passione, quā alter: aut quādo idē amat id quod postea mox odit; aut hodie odit, quod cras ei gratum erit: aut denique idem amat, aut odit plus, minusue, quam solebat: sic

Plautus:

*Hunc priorem equum est me habere,*

*Tunc a propior pallio est.*

*Plaut. in Trinum.*

Et Terentius,

*Dum nulla alia delectatio quae propior esset te, (id est, charior) indulgebant.*

*Terent. in Heauton.*

*Act. 5.*

Et Idem,

*Proximus sum egomet mihi.*

*In Andria*

*Act. 4.*

Eodem sensu bene dicimus veros Capucinos & fratres Minores à bonis huius mundi magis clongatos, quam alij sint; cum hi mundana haec summo opere amant & desiderant, imò nunquam ipsis sufficiant; illi vero à contrario nihil horum velint, aut certe S. P. Q. R. *Si Pen Que Rien.* i. tam parum ac nihil esset, *Victum*, scilicet, & *amicum cum nidulo*. Hi corradunt & congregant omnia; illi omnia largiuntur & dissipant, *Dissipat, dedit pauperibus*. Eodem sensu magna distantia erat inter amorem Isaac & Rebeckae erga suas proles, Iacob & Esau: Rebecca enim tam ardentem amabat Iacob, vt illi etiam cum detrimento Esau, omnia conquirere conaretur: Pater autem

*Psal.*

multa prospera ei volebat, sed absque præiudicio maioris natu Esau. Erat etiam magna distantia inter amorem, quem IESVS CHRISTVS gerebat erga amatum suum discipulum Ioannem; & eum quo reliquos Apostolos, imò ipsum Petrum, prosequeretur; multò enim tenerius & suavius hunc diligebat. Magna etiam distantia erat inter S. Petrum, & S. Petrum; inter ipsum inquam cum Transfigurationi gloriosæ Domini sui in monte Thabor intercesserit, & videns ac audiens testimonia diuinitatis eius cœlestia, & omni exceptione maiora, in ecstasim raptus dixit:

*Matt. 17. Domine bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula, &c. Et cum in cœna vltima dixit:*

*Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo.*

Et eandem in horto Oliueti, & aula Pontificis inter tela & hastas Satellitum, vbi ad terrorem duarum ancillarum Dominum suum negare, & abiurare auditus est: illic enim ardebat amore: hic totus congelatus, & glacialis erat. Et de hac distantia affectionis loquuntur Prophetæ cum dicunt:

*Ierom. 12. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.*

*Isai. 29. Appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, &*

*Dilexerunt eum ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.*

Hanc autem voluntatum distantiam optime norat amici veri & amantes; volentes enim significare aliquam amoris imminutionem, aut commutationem, conquerentes dicunt, *Sentio te à me elongatum, aut quod à merecesseris*, pro eo quod diceret, *Minus solito me amas.*

4. Distantiam opinionis & intellectus appello, quando duo circa idem obiectum aliter opinando dissentiant: sicut olim S. Petrus & S. Paulus circa obseruantiam legis Iudaicæ; S. Hieronymus & S. Augustinus circa veritatem & sinceritatem S. Scripturarum, & de simplici, pura ac candida rerum cognitarum manifestatione: Thomistæ & Scotistæ circa immaculatam conceptionem Virginis Matris, dissenserunt; & sic modo dissident Catholici & Calvinistæ circa ve-

ram & realem presentiam corporis & sanguinis Christi in sacrificio Missæ, Catholicis cum ipso Christo dicentibus. *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus.* Calvinistis reclamantibus, & dicentibus. *Non est hic Corpus Christi;* idque mordicus defendentibus, contra antiquos Patres, contra tot illustria miracula, contra totum mundum, solum ut Papæ & Ecclesiæ, si possint, noceant. Ita etiam prima facie magna distantia contradictionis erat inter S. Ioannem Baptistam qui dicebat, *Non sum Elias,* & Christum dicentem, *Ipse est Elias:* Inter S. Ioannem Baptistam dicentem, *Non sum Propheta:* Et Christum assententem, *Plus quam Propheta es.* Inter eundem dicentem, *Non sum dignus, ut soluam corrigiam calceamenti eius;* & inter Christum dicentem: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: Valde namque inter se diuersa sunt.* Ipse est, & *Non sum,* ut inquit s. Gregor Magna quoque erat distantia inter illos, qui dicebant de Christo, *Homo ille bonus est;* & illos qui aiebant, *Non, sed seducit turbas.* Magna etiam erat distantia inter Philosophum illum Abderitam Democritum, cognomento *Densior,* & alterum contrarij humoris Heraclitum, cognomento *Plorator.* Eo quod prior indicaret omnes actiones humanas ridiculas; adeoque domo egressus semper ridere consueuerat: alter autem omnes hominum actiones miseras & miserabiles existimabat; & hinc in publicum prodiens plorare solebat, in hoc fere similis Saluatori nostro Iesu Christo, quem fleuisse, sed nunquam risisse legimus.

5. Distantiam *similitudinis* appello morum studiorumque distantiam, vitam vitæ dissimilem, mores moribus contrarias, seu alterius, seu sui ipsius, & quâdo imago nihil minus representat, quam suum Prototypum & originale: quando imago Alexandri non magis representat Alexandrum, quam si pictor Alexandrum nunquam vidisset: Si enim de tabula ad vitium quippiam exhibente verè dicimus, quod ad prototypum proxime accedat; sicut equa illa ab Apello, tam scite manu depicta, ut Alexandri equus eius imagine

Greg.  
Hom. 7 in  
Euang.

deceptus, libidine commotus hinnerit: aut Venus ista ab eodem artifice spatio decem annorum elaborata, sed tanta pulchritudine, lineisq; adeo delicatis, ut iuuenes eam contemplantes, non aliter ac confecta pulcherrima virgine, in Veneris amorem raperentur: aut sanè vitis illa, quam botris grauidam depinxit, ni fallor Xeuxis, tanta dexteritate, ut aues ei insidentes pictas vuas vellent, & rostris fodirent: aut Cortina illa, quæ viuis suis coloribus alterum pictorè satis peritum, adeo deceptit, ut iuberet eam retroduci, sperans retrò illam insigniorem aliquam picturam latitare: aut musca ista, quam Ioannes Maubengienfis vester, Antuerpiæ ut discipulus apud pictorem quendam agens, ipso absente, in eius tabula ita viuis literis expressit, ut rediens magister illam aliquoties straphiolo abigere, ut viuam, conatus sit. Cur similitudinem dicemus hic homo multum ab altero distat, quia nihil, aut parum admodum conueniunt, aut in lineamentis corporis, aut verbis, moribus & actionibus, quam appellamus similitudinem morum, *quæ est quedam Venus, altera mater amorum, & amicitia.* Sic etiam Scriptura dicit magnam esse distantiam inter terrarum Dei, & hominum:

2. Par. 12. *Seruiet ei, ut sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.*  
& Plautus;

Plaut. in *Cogites id optimum esse, tute ut sis optimus:*

Trinum. *Si id nequiueris, saltem ut optimus sis proximus.*

6. Distantiam *Dignitatis* appello, quando vnus altero nobilior, digniorq; est, sic reprehenduntur, qui inter sanctum & profanum non habent distantiam: sic magna distantia est inter Centurionem & Imperatorem, inter Baronem & Ducem seu Regem, inter Sacerdotem & hominem laicum, inter Ostiarium & Episcopum.

7. Distantiam *Consanguinitatis* appello, quando vnus pluribus gradibus ab aliquo distat, quam alteri verbi gratia, cum dico, hic est meus proximior, ille remotior cognatus, nam ille in tertio, hic in quarto

non sanguinitatis gradu me contingit. Dicitur apud  
 Matthæum: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, fi-  
 lij Abraham: Iesu filij Dauid miserere mei: Iacob genuit Io-  
 seph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, & quidem ve-  
 re: fuit enim filius Mariæ, fuit Dauidis, fuit & Abra-  
 hæ; sed remotior multò Dauidis, quam Mariæ; multò  
 autem adhuc remotior est filius Abraham.*

I. Distantiam *Specificam* appello, prout duo aliqua  
 in pluribus, vel paucioribus attributis essentialibus  
 conueniunt; sic maior est distantia inter hominem &  
 lapidem, quam sit inter hominè & bestiam; nam ho-  
 mo & lapis præter esse & corpus, nihil commune am-  
 plius habent; homo autem & bestia præterquã quod  
 sint corpora, etiam conueniunt, quod sint animata  
 sensitiua. Atqui hic sunt varia genera distantiarum,  
 eum autem iuxta Philosophos *Tot modis dicitur vnum  
 oppositorum, quot & reliquum*; si octo genera distanti-  
 arum propolui, totidem etiam erunt viciniratis, seu  
 approximationis, quæ quisque ex dictis facillè dedu-  
 cere poterit. Si quæras, cur hæc tam fusè respondebo,  
 ut distinctè respondeam, quam longè noster prodi-  
 gus, non historicus seu litteralis, sed allegoricus, id  
 est, quiuis peccator eius scemate reclusus, à Patre absue-  
 rit, quando eum agnouit.

## II.

*QVO GENERE DISTANTIÆ  
 à Christo abfuerint Publicani, & quo  
 omnes peccatores.*

Qvod publicanos, & reliquos peccatores con-  
 cernit, quibus Christus potissimum hanc pa-  
 rabolam aptauit, de singulis eorum dici pote-  
 rit, cum adhuc longè esset, quamuis de illis Scriptura di-  
 cat, *Erant approximantes ei, ut viderent illum*: quamuis  
 in communi cum illo mensa comedissent, *Quia hic  
 peccatores recipit, & manducat cum illis*: hæc enim di-  
 stantia non est secundum locum, ita ut imaginemur  
 CHRISTVM in summo, Publicanos reuerentiæ cau-  
 sa in imo mensæ confedisse. Neque etiam propterea,  
 C 3 quod

quod in Parabola de Patre legimus, *Et accurrens cecidit super collum eius*, existimandum est Christum locum suum deseruisse, & cum alio inferiore committasse, tum quia probabile satis est ipsos Publicanos, qui epulum struxerant, qui ut commodius eum audirent ad cœnam inuitarunt, proximos illi adhaerisse, ut ab ore dicentis penderent: tum sub cœnam tales discursus, amplexus, & oscula imaginari parum congruit cum maiestate; & matura gravitate Iesu Christi: licet enim in moribus terrensus, aut molestus non esset; erat tamen semper, ut aiebat de alio Lucullus, *Hilaris, servata gravitate*: Deinde etiam inconstantia illa corporis, inconstantiam animi & affectuum sæpè prodit, & arguit; adeoque de iniquitate hæc dici potest:

*Salust. orat in Cicer.*

*Aliud stans, aliud sedens de Rep. cogitat.*

*Duabus sellis sedet.*

*Et manet in nullo certa, tenaxq; loco.*

Non ergo Publicani, non Peccatores reliqui, non ego, non vos localiter à Deo distamus, quamvis extremum terræ angulum inhabitarem; aut (quod Deus auertat) in imo Inferni latitarem, cum Deus totus sit in toto hoc vniuerso, *Supra omnia, intra omnia, omnia in omnibus*; cum nullus omnino locus sit, in quo vera & reali præsentia ipse non adsit: sicut omnium aures quocunque volent, semper aer occurrat: & pisces quocunque natent, in aquas impingunt: sic nos quocunque eamus, aut ubicunque simus, semper Deum præsentem habemus, & in ipsum volentes, nolentesque incurrimus.

*Ierem. 23. Isai. 66.*

*Cœlum & terram ego impleo,*

*Cœlum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum.*

*Psal. 143.*

*Quo ibo à spiritu tuo, & quod à facie tua fugiam?*

*Si ascendero in cœlum, tu illic es;*

*Si descendero in infernum ades:*

Hic, ut Rex in Curia & throno iustè, seuerèque diiudicans; illic, ut Rex in Regia gloriose triumphans:

*Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extrenis maris. Ibid.*

*Etenim illuc manus tua deducet me; & tenebit me deorsus tua: Vbi que in manu tua sum, & quasi manu capus, & captiuo collo.*

Virgilius, *Iouis omnia plena.*

Lucanus, *Iupiter est quocumq; vides, quocumq; moueris.*

Virgilius,

*Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus, Mens agitat molem.*

*Non longe est ab vnoquoq; nostrum.*

*Deus in medio eius non commouebitur,*

Seneca, *Prope est à te Deus, tecum est, intus est.*

Atque hæc verissima esse omnes norunt, quamuis non æquè diligenter apprehendant: si enim eum vbi que præsentem semper cogitaremus, maiorem ei saltem reuerentiam exhiberemus, quamuis oculo corporeo eum non conspiceremus; sicut facerent cæci, si de præsentia sui Regis præmonerentur.

Nullam itaque distantiam localem inter Christum & Publicanos reperio, nisi dicamus, ideo à Deo elongatos esse; quia sicut notorij vsurarij sunt excommunicati, & ab Ecclesijs arcentur, & à Venerabili Sacramento prohibentur, ni prius vsuras reddant: Ita etiam tunc Publicani & notorij peccatores, passim loca sacra, Deo dicata, Synagogas aut Templum, non intrabant; aut si intrarent, iuxta illud: *Duo homines ascendebant in Templum, ut intrarent; vnus Phariseus, & alter Publicanus: illud raro contingebat, & tunc à longè consistendum erat, & Deus quasi à limine salutandus: Publicanus autem à longè stans; Et quicquid sit de hoc ingressu omnes boni similibus familiarem conuersationem tanquam excommunicatorum vitabant; & sic dicitur,*

*Si ecclesiam non audierit, sit tibi, sicut Ethnicus & Publicanus. Matt. 18.*

6. *Aeneid.*

*Actor. 17.*

*Psal. 45.*

*Senec. li. 5.*

*op. 4 ad*

*Luciliu.*

*Luc. 18.*

*Recedite à tabernaculis hominum impiorum.*

*Foris canes.*

Quam ergo distantiam astruemus? An temporis? Sic enim maxima distantia est inter hominem vite diariæ & momentaneæ,

*Iob. 14.*

*Breues dies hominis sunt.*

*Cuius est vnus dies vitæ supra terram.*

Homo diarius, qui hodie est, heri non fuit, cras non erit, & Deum suum qui est æternus, sine fine, sine initio, idem semper & immutatus permanens. Sed neque hæc distantia placet; hæc enim iustis cum peccatoribus communis est. Alia tamen distantia temporis ipsis propria est, eo quod multo tempore, imò & in infinitum ipsis proprijs viribus, absque speciali auxilio gratiæ, laborandum sit, antequam ad perfectam Iustificationem attingere possint, quo nusquam sine specialissimo Dei adiutorio pertingunt, & ad quam solis proprijs viribus naturalibus conari tantum deum est, ac si oceanum parua scapha & vnico remo absque velo transfretare, aut aduersus ventum & vndas, seu æstum simul eniti conareris.

*Sine me nihil potestis facere.*

*Ioan.*

*Quoniam gloria virtutis eorum tu es.*

*Psal.*

Sanctus Petrus cum suis tota nocte laborans, nec pisciculū quidem capere poterat, donec in verbo Domini, & de auxilio eius confisus, denuo iaceret retes, *Præceptor tota nocte laborantes nihil capimus.* Vt ille, qui absque canibus & retibus venatum abit, nihil capere valet; ita multò minus peccator solum liberum suum arbitrium secum ferens, ad suam Iustificationem, & perfectam cum Deo vnionem peruenire potest.

*Psal. 126.*

*Nisi Dominus adificauerit domum, in vanum laborauerunt qui adificant eam.*

Ambulet, currat, quod lubet faciat, vt appropinet Deo, si gratia diuina destituatur, longissimè adhuc à Deo aberit, *Cum autem adhuc longè esset.* Neque enim ipsa æternitas sufficiet, vt absque gratia diuina perfectè Deo reconcilietur: quæ tamen sola vnico momento ipsum eo perducere potest. Similis est Ixioni

rotæ

rotæ alligato, qui seipsum infectans, nunquam contingere potest.

*Voluitur Ixion, qui se sequiturq; fugit q;.*

Illâ ipsâ hora, qua Deum peccato mortali offendimus, tam longè à Deo diuertimus, & à gratia ipsius elongamur, vt ad redeundum, & eo vnde digressum erat perueniendum, tota vita nostra, quamuis totam æternitatem duraret, non sufficiat, nisi vehemens ventus diuinæ gratiæ, nos suo impetu eo repellat, & prouehat.

Præterea etiam aliam distantiam temporalem, in peccatoribus ad Deum redeuntibus, considerare licebit, scilicet, *Satisfactionis*, etiam post Iustificationem restantis, quæ interdum tam grandis est (*Grandis adhue restat via*) vt ferè impossibile sit eam absoluerè, quamuis peccator mundo ipsi coæuus esset, nisi gratia & indulgentia Dei, & merita inæstimabilia prætiôsæ Passionis Iesu Christi, defectum hunc supplerent. *Appensus es in statera & inuentus es minus habens. Dan. 5.*

Nos miseri inopes, decem millia talentorum debemus, id est, plusquam habemus, aut nos, & nostra peravaleant. Hieron. Tom. 4. in Regula. *Forstian Hoc & parnam æstimas culpam; dico tibi, quod nec pro minima Basil. assè culpatoris satisfacere mundus posset: nisi Deus ex sua pietate dignetur ignoscere.*

Etc. de Obedientia. *Leue nunquam est Deum etiam in exiguo contemnere, qui non tantum ad qualitatem peccati respicit, sed etiam ad personam contemptum.*

*Plal. Frater non redimit, redimet homo?*

Et sanè difficultatem Satisfactionis satis declarauit Mater nostra Ecclesia, cum pro quoq; peccato mortali publico, septem annorum pœnitentiâ iniunxit: & proh dolor! quam multa peccata mortalia commisimus? quoties in eadem relapsi sumus? *Multiplicata sunt super capillos capitis mei: Iniquitates meæ supergressa sunt caput meum.* Huiusmodi itaque peccata quoad culpam dimissa, quantum putatis temporis requirunt, vt pœnæ debitæ per conuenientem satisfactionem satisfaciat? aut quanto tempore nos in Purgato-

gatorio detinebunt, à cœlo excludent, à Deo eiusque beatifica visione arcebut? *Longè, longè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.*

Deinde etiam Publicani & peccatores à Deo elongantur distantia *Affectionis*, seu *Voluntatis*: Si enim verum est hominem appropinquare Deo non *pedibus, sed affectibus*, ut inquit Divus Augustinus, certe illi à Deo longè dici poterunt abesse, qui imperfectam adhuc charitatem habent; qui Deo non ita afficiuntur, nec tantoperè illum, sicut decet, amant; aut cum ipso alia, aut contraria, aut saltem amorem Dei imminuentia amant; eò quod cor hominis in varias partes diuidant, *Minus te amat, qui tecum aliquid amat*, aut quæ amant, nõ propter Deum, & omnia in ipsum referentes amant, aut per conformitatem & unionem voluntatum non omnia amant, quæ Deus amat: ut enim dicamur Deo adherere, non oportet nos habere alium spiritum, aliamve voluntatem, quam ipse habeat.

*Genes. 2. Erunt duo in carne una.*

*I Cor. 6. Qui adheret Domino. unus spiritus est, nam, idem uel Cicero in le, idem nolle, ea demum perfecta amicitia est.*

*Lelio.* Aut sanè adhuc longè aberant, eò quod Iesum Christum diligere amore naturali, ciuili, aut morali ob eius beneficia, & placidos mores, quomodo aliquamdiu ipsi Apostoli Christum dilexerunt: non autem propter eius diuinitatem, aut quod filius Dei esset, quod est solius charitatis Theologica. Attamen cum prodigo nostro Euangelico iam medium itineris confecerant, eo ipso, quod peccata præterita detestarentur, & quicquid antea idololatricè adamauerant; & quod Deum, ac virtutes quas capitaliter antea oderant, nunc amare cœpissent: & tamen adhuc longè erant, *Cum autem adhuc longè esset*: idque quia *Verba bona sine aduerbijs bonis, uana*, id est, quia talium detestatio peccatorum, amor Dei, & omnes virtutes non ornabantur his vel similibus aduerbijs, *pure, perfecte, calide*; sed potius impurè, & cœt.

*Apo. 3. Utinam frigidus esses, aut calidus! sed quia tepidus es, &*

*nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.*  
 Detestabantur peccata, sed tepidè: amabant Deum,  
 sed tepidè: medij erant inter siccum & humidum,  
 inter calidum & frigidum: inter bellum & pacem:  
 neque perfecti planè, neque omninò imperfecti:  
 propinquiores tamen perfectioni, quam imperfe-  
 ctioni: sicut aqua tepida plus caloris, quàm frigo-  
 ris habet. Iam medium viæ transferant, quia affe-  
 ctum peccati deposuerant: longè tamen aberant,  
 quia virtutem, vt par est, nondum amabant, aut  
 quia illam ob debitum finem non amabant: aut  
 quia virtutes imperfectas habebant: aut quia illis  
 simpliciter carebant, quæ ipsis omninò necessa-  
 riæ erant: Displicebat ipsis quidem vita præterita  
 propter timorem seruilem, & hanc displicentiam  
*Attritionem* vocamus, multumque nos ad CHRIS-  
 TUM approximat: longè tamen à CHRISTO  
 aberant, eò quod contritione, quæ est dolor de pec-  
 catis propter amorem Dei, & nos Deo omninò vi-  
 cinos facit, destituerentur. Quamuis enim *Attritio*  
 tantum salutis nostræ conducat & approximet Deo,  
 vt comitata sacramento Pœnitentiæ nos saluet, ta-  
 men sine eo tam inefficax est, & adeò remotum à Deo  
 hominem relinquit, vt si cum illa sola moreretur, in  
 æternum periret.

Fidem quoque habebant, quæ plus quam media  
 via est, sed instar embrionis imperfectam, quia bonis  
 operibus nondum animata: *Fides sine operibus mortua*  
*est*; qua sola durante longè à Deo, & salute nostra ab-  
 sumus, *Cùm autem adhuc longè esset*. Habebant quidem  
 internum aliquem cordis dolorè, qui viæ maior pars  
 est, nondum tamen externum, ita vt confiterentur, o-  
 pera laboriosa & pœnalia Satisfactionis subirent, si-  
 ne quibus longè à salute aberant, vnde Baptista: *facite*  
*fructus dignos Pœnitentiæ*, q. d. Dolor vester & pœniten-  
 tiæ, non hereat in corde tantum, sed per opera satisfa-  
 ctoria in os & manus prodeat; sic Hieronymus: *An- Hic ep. ad*  
*tequam dignis operibus, Et vera pœnitentiæ ad Patrem re- Damas.*  
*duet antiquum. Trium dierum itinere ex de filio*  
*Ægy. prodigo.*

Ægypto retrocedendum, ut Deo nostro in deserto immolemus, Contritionis scilicet, Confessionis, & Satisfactionis: Iam iter primi diei confecerant, & ferè etiam secundi & tertij, eo ipso quod confiteri & satisfacere parati erant, & tamen longè adhuc aberant, quia magna differentia est inter dicere & facere, affectum & effectum: Infernus plenus est bonis affectibus, & desiderijs, Paradisus autem bonis effectibus & operibus, maximè quando interuenit defectus alicuius simpliciter ad salutem necessarij, tunc enim sola voluntas non sufficit. Iam præueniente gratia Dei adiuti agnoscebant & detestabantur peccata sua, & virtuosi ac boni euadere conabantur, sed charitas adhuc, & gratia iustificans illis deerat: Multum à longinqua illa regione recessit, qui peccata sua agnosceit; nam ut ait Cassiodorus super illud Psal. *Miserere mei Domine quia infirmus, &c. Magnus accessus ad Deum est cognitio infirmitatis sua.* Optare se bonum iuxta illud Psalmi: *Concupiuit anima desiderare iustificationes tuas omni tempore,* dolere se non amplius dolere de peccatis suis, insignis de Ægypto exitus est; longè tamen adhuc talis a Deo abest, donec summa illa gratia iustificans, & charitas Dei per Spiritum in corde eius diffundatur: hæc enim sola nos Deo omninò vicinos reddit, imò & vnit. Ad primam iustitiæ partem peruenerant, quia sterquilinijs peccatorum suorum valedixerunt, quia statui illi ruinoso & occasionibus peccatorum nuntium remiserunt; altera tamen iustitiæ pars, quæ in operando bonum consistit, adhuc ipsis deerat; *Declina à malo, & fac bonum,* adeoque longè adhuc aberant, *Cum autem adhuc longè esset.* Iam maiora aliquot milliaria Germanica confecerant, cum peccata sua deseruerunt, sed grandis adhuc restat via, *Sabbathi habes iter,* superest enim benè viuere, opera bona, satisfactoria, & meritoria exercere. Iam multum profecerant cum statuerunt in posterum benè facere, & probè viuere; sed longè aberant, quia nihil adhuc efficere poterant, *Video meliora, proboq;*  
*Deteriora sequor.*

*Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inu-* Rom. 7.  
nio.

Non quod nihil omninò sine speciali gratia operari possimus, sed quod nullum opus moraliter bonum, & meritorium, aut dispositivum per se ad vitam æternam; eò quod nondum sint in statu Gratia, quæ sola verum condimentum est, quod opera bona facit meritoria vitam æternam.

Nihilne ergò profunt desideria recta voluntatis bonæ, vires naturæ? Non, non, nihil profunt; non enim valet homo solis viribus liberi arbitrij appropinquare Deo, quicquid Cicero, Pelagij verus præcursor, ei tribuerit, cum ait:

*Virtutem nemo unquam acceptam Deo retulit: Nimirum rectè, propter virtutem enim iure laudamur, quod non contingeret, si illud donum à Deo, non à nobis haberemus.* Cic. l. 3. de nat. Deor.  
& ibidem:

*Nam quis, quod bonus vir esset, gratias Dijs egit unquam? At quod dives, quod honoratus, quod incolumis: Iovemq; Optimum Maximum ob res appellant, non quod nos iustos, temperatos, sapientes efficiat, sed quod saluos, incolumes, opulentos, copiosos: Neq; Herculi unquam decumans vult quisquam, si sapiens factus esset.*

& ibidem:

*Iudicium hoc omnium mortalium est, fortunam à Deo petendam; à seipso sumendam esse sapientiam.*

Hic enim Pelagianorum paradoxis absurdiora ascendent; illi enim quamvis non omnia gratia tribuerent, aiebant tamen gratiam facere, ut melius & facilius operemur, quam sine illa: peiora quoque quam Phariseus ille, qui cum Publicano in templum oraturus ascenderat, & Deo gratias agebat, quod non esset, sicut cæteri, raptor, & adulter, sicut & Publicanus hic; quia honorum suorum operum Deum faciebat authorem, aut saltem coadiutorem, *Gratias tibi ago, Luc. 18. quod non sum sicut cæteri, &c.*

Sed iterum aduertite, etiam tunc cum gratia iustificante donati sumus, longè à Deo absumus; quamvis enim ut placeamus Deo satis propinqui sumus;

non tamen omninò perfecti sumus. Iam plus quam medium itineris absoluerunt, qui à grauioribus & mortalibus peccatis exonerati sunt; longè tamen absunt, quia venialibus multis implicantur; adheret ipsis adhuc farina Ægyptiaca: Idola Laban suffurati sunt; reliquias peccatorum nondum effugerunt; leuiter circa quædam oblectamenta præsentia, aut præterita afficiuntur; quæ omnia impediunt, ne tam arctè Deo vniantur, quàm possibile est, & animæ Christianæ expediret: Vt enim perfecte vniamur Deo, necessarium omninò est, ne nutriamus affectum continuandi, aut perseuerandi in quocunque peccato veniali: Dico, ne nutriamus affectum &c. Nam ipsum peccatum veniale in hac vita omninò euitare non possumus; nam vt inquit Ambrosius. *Homopositus in terra regione carnem portans, sine peccato esse non potest: terra enim velut quidam tentationis locus est, earoque corruptela illecebra.* An non turpe & ignominiosum esset, si scientes & volentes affectum rei Deo tam displicentis, qualis est affectus peccati venialis, in conscientia nostra nutriremus? peccatum enim veniale quantumcunque exiguum est, semper tamen displicet Deo; quamuis non adeo, vt propter illud nos damnet, aut perdat: Si ergo peccatum veniale ei displiceat, certe affectus peccati venialis, nihil aliud erit, quam resoluta voluntas displicendi diuinæ suæ Maiestati, qualem ab omni generoso pectore abesse æquum est: si autem ibi sit talis anima, longe adhuc à Deo suo aberit. *Cum adhuc longè esset.* Huiusmodi enim affectus directè contrariantur deuotioni, vires Spiritus debilitant, portam tentationibus aperiunt, & faciunt, vt diuinus ille amator & sponsus animarum nostrarum, paruulas quasdam cruces in via reperiat, quibus offendatur; vt quasdam in facie maculas, in fronte rugas notet, quibus commotus tantum amorem nobis non exhibet, neque illis consolationibus spiritualibus reficit, qualibus nos refecturus erat, si conscientia nostra aliter disposita esset: Imò  
ani

anima, quæ se his leuioribus sordibus inquinatam nouit, neque tam prope, neque tam sæpe sponsum suum conuenire audet, quam si de ea dici posset:

*Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

*Nullus in egregio corpore nauus inest.*

Sic forte lippientes & humidi oculi Liæ effecerunt, ut minus a marito suo Iacob amaretur, quamuis eam amabiles mores, fecunditas, castitas, ius primogenitura, aliaque multa satis commendarent. Sic forte etiam Ioseph nutritius Domini, adhuc planè ignarus celestis mysterij, & antequam per Angelum de uirginitate sponsæ suæ securior redderetur, videns illam grauidam & nesciens a quo, remisso nonnihil pristino amore, de dimittenda cogitare instituit. Efficiunt itaq; peccata uenialia, aut saltem affectus corundem, ut Deus minus animas nostras amet, aut per amorem ipsis appropinquet, aut gustum diuini amoris largiatur, imò subinde deliberet se nobis paulatim subducere. O quam bene dixit Sapiens:

*Musca morientes perdunt suauitatem unguenti.*

quasi dicat, sicuti Muscæ, si unguento diu non insideant, sed obiter illud degustantes auolant, reliquum unguenti incorruptum relinquunt; si tamen eidem insideant ac immoriantur, illud omnino corrumpunt & destruunt; Sic etiam peccata uenialia, si obiter animam deuotam absque longiore mora percurrant, parum ei nocent: si tamen per affectum in ea hæreant, sine dubio suauitatem unguenti perdunt, spiritum deuotionis & fructum amoris diuini, quibus antea fruebatur, extinguunt. *Fæcere fecistis odorem nostrum coram Pharaone.*

*Exod. 5.*

Non solet aranea apem melli insidentem interficere, sed tam diu suam telam ei circumtexit, ut eam à sua opella omninò impediat: Ita etiam peccatum ueniale animam non perimit; corrumpit tamen eius deuotionem, amorem mutuum inter Deum & ipsam refrigerat, & malis habitibus

tibus & inclinationibus potentias animæ ita intrinsecat, ut solita promptitudine charitatem exercere nequeat, in quo deuotio consistit; ita tamen, ut hæc intelligantur de peccatis venialibus in conscientia per continuatum affectum residentibus.

Leue est si officiosum aliquot mendacium, vox, actio, aspectus, habitus, chorea minus honesta animam nostram inficiat, modo mox ac spirituales illæ araneæ ad conscientiam nostram intrauerint, easdem cum sedulis opibus ab alueario pectoris nostri abigamus: Si autem eas apud cor nostrum morari sinerimus, imò cum affectu easdem retinuerimus & multiplicauerimus, citissimè mel nostrum spirituale corruptum, & alueare destructum dissipatumque dolibimus: & causa abundans cur Deus à nobis elongetur erit; cur scilicet nos tam sæpè non uisitet, & ita amicè reficiat sicuti solebat, offensus uidelicet factore à mulcis illis causato. Anima etiam nostra non audebit se tam sæpè Deo præsentare; tam familiariter ipsum rogare; se plangere, &c. quia pulchritudini suæ diffidit, quam maculis & nauis, quorum sibi conscientia est, multum deformatam nouit: & sic semper verum erit: *Cum autem adhuc longè esset, &c.* Iam amplius quam itineris medium confecerant; quia bonum operari inceperant,

*Dimidium facti, qui benè cœpit habet.*

*Dimidium plus toto.*

Longè tamen adhuc aberant, quia ut numero perfectorum, ad quem anhelabant & nondum peruenerant, adscribi possent, multa eis deerant: Initium nõ est finis, ut habet Prouerbum; & plus ualeat, ut ita dicam *Accipe*, quam decem, *Accipies*: Sic Angeli abundantiore gaudio, & iubilo affecti sunt cum **IESVM CHRISTVM** Incarnatum & de Virgine natum conspexerunt, quam cum de nascituro **CHRISTO** promissionem Adamo factam intellexerunt. Amplius gauisus est senex ille Simeon, cum mortis proximus, Cygneum cantans, Saluatorem suum ab ulnis matris abreptum inter sua brachia concludebat, quam cum

sum responsum accepit à spiritu S. se non visurum mortem donec videret Christum Domini : Mercatori quoque ipsum argentum, quam promissio, aut eautio gratus est. Sic etiam apud Deum aliud est bona proposita ad effectum deducere, aliud est concipere tantum; aliud est bene viuere, aliud dicere, bene viuam, bene faciam : *Vt presenti gaudet Ecclesia sponsa, sic & eius sponsus Deus.* Petrus Rauennas. *Quomodo longè est iste qui venit? Quia non peruenit iste qui venit: Venit ad penitentiam, sed nondum peruenit ad gratiam pristini. Venit ad domum Patris, sed nondum peruenit ad gloriam vel habitus, vel honoris.*

Præterea longè à Deo abesse possumus per opinionem, seu intellectum, opinando aliquid aut credendo, quam opinandum aut credendum est: qui enim credit, aut loquitur de aliqua re, sicut Deus, ipse ei proximus est; & sic Christus Scribæ benè respondentem circa primum præceptum Decalogi, dixit: *Non longè est à regno Dei.* Et hoc sensu Publicani omnia de diuinitate credentes, quæ Synagoga Iudæorum, multum in via perfectionis profecerant: quia tamen parum, aut nihil credebant de diuinitate Christi, sed ipsum opinabantur hominem optimum, Prophetam maximum, & forte suspicabantur ipsum esse illum Messiam in lege promissum, & Patribus expectatum, nihil de Deo Homine cogitantes, longè adhuc à salute aberant: Magna enim inter fidem & opinionem differentia est; illa enim est firma persuasio, hæc autem assensus cum formidine de opposito, vt loquuntur Scholæ. & sic Bernardus ait; *Fides innitur authoritati, Bern li. 5. opinio sola se verisimilitudine tuetur: opinio nihil certi habet, verum per verisimilia, quarit potius quam apprehendit. cap. 3.* Longè adhuc à Deo aberant, quia quamuis peccata ipsis displicerent, nondum tamen quantum Deo displicerent sciebant, adeoque de illis dici poterat, *Va qui dicitis malum bonum, aut saltem, Non tam malum.* Quod idem de quodam solitario seu eremita dici potest, qui cum sciret peccata multum foetere, *relicebat ea tanti seetoris esse, vt etiam angelicas*

nares offenderent: legimus enim huic solitario cum Angelo hominis specie obambulanti occurrisse cōp-  
 tulum quendam adolescentem balsama spirantem,  
 optimeq; olentem: angelum autem percepto odore,  
 immisis in nares digitis olfactum obturasse, & sub-  
 iunxisse, iuuenem illum animam instar putidi cada-  
 ueris graueolentem propter peccata habere, adeoq;  
 subtilibus & cœlestibus naribus exosam & molesta:  
 & hinc forte Matthei 23. Maledicti, qui in extremo  
 iudicio à sinistris Christi constituentur, hircis anima-  
 libus fetidissimis comparantur. Simile quid de Hi-  
 larione narrat in eius vita Hieronymus, cum enim ei  
 Helychius ciceres virentes à quodam fratre auaro &  
 proprietario primitiarum nomine oblatos apposuis-  
 set, mox exclamauit, *Non sentis putorem teterrimum,*  
*& in cicere scetere auaritiam?* Bestijs eos projice & vi-  
 de si comedent? cum itaq; bobus obiecti essent, ce-  
 perunt plus solito mugire & ruptis vinculis hac il-  
 lacq; diffugere. *Habebat enim senex* (inquit Hierony-  
 mus) *hanc gratiam, ut ex odore corporum, vestiumq;, &*  
*earum rerum quas quisq; tetigerat, sciret, cui demoni, vel*  
*cui vitio subiaceret.* Publicani eò quod docente Syna-  
 goga credebant vnum solum Deum esse, cui gratius  
 sit amare ipsum ex toto corde suo, & omnibus viribus  
 suis, & proximum sicut seipsum; quam quæuis facti-  
 ficia & holocausta offerre, multum in via salutis pro-  
 gressi erant; sicut & ille cui respondit Christus: *Non es*  
*longe à regno Dei:* Sed quia non omnem fidem habe-  
 bant, neq; eam satis integram, aut satis firmam; neq;  
 forte satis benè de pœnis inferni, aut præmijs cœli,  
 immortalitate animæ, rebusq; inuisibilibus ad sta-  
 tum alterius vitæ pertinentibus sentiebant, eo quod  
 eorum animi sinistra opinione præuerti essent, lon-  
 gè adhuc à Christo aberant; neq; enim vnico mo-  
 mento in fide & virtutibus perficimur, &

*Nemo repente fit summus,*

nisi miraculum accedat, quod Deus quotidie non o-  
 peratur; sed sicut in rebus naturalibus, vt Philosophi  
 aiunt *Successive fit motus:* ita etiam in negotio morali  
 vitio.

*Hieron. in  
 vita Hila-  
 rionis.*

vitiorum & virtutum, imò in materia fidei & Religio-  
nis subito non consumamur, & in ictu oculi perfir-  
cimar; sed paulatim ascendit homo.

*Pf. 83.*

*Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum  
&c. Ibunt de virtute in virtutem &c.* Sicuti de vitio in  
vitiū descensus est, sed multum ascensu proclivior,  
*Facilis descensus Avernī.*

*Virg. 6.  
Æneid.*

Hæc autem in fide ita se habere arguit ille, qui iam  
credens Christo, dicebat, *Credo Domino, adiuva incre-  
dultatem meam;* & Apostoli cum rogarent Dominū  
dicentes, *Adauge nobis fidem.* & sic Apostolus ait, *Vni-  
cuiq; sicut Deus diuisit, mensuram fidei;* imò pro com-  
plemento fidei orans dicit, *Nocte & die abundantius  
orantes, ut videamus facies vestras, & compleamus ea qua  
desunt fidei vestra:* & alibi gratias agit Deo, *Quoniam,  
inquit, supercrevit fides vestra.*

*Luc. 17.  
Rom. 12.*

*2. Thes. 2.*

Quod manifestè intueri licet in illo Regulo, cuius  
filius infirmabatur Caphernaum, qui de Christo ali-  
qua credebat, alia non credebat; adeoq; acriter mo-  
nitus audiuit, *Nisi signa & prodigia videritis, nō creditis:*  
atq; ita in eodē erat fides, & infidelitas respectu eiuf-  
dem hominis, & eiusdē infirmitatis; & sic vno respē-  
ctuerat propè, altero longè; vnde Gregorius ait, *Qui  
enim salutē quærebat filio, procul dubio credebat: neq; enim  
ab eo quæreret salutem, quem non crederet saluatorem:* &  
infra: *Mimus in illum credidit, quem non putauit salutem  
posse dare, nisi præsens esset & corpore: Si enim perfecte credi-  
disset, procul dubio sciret, quia non esset locus ubi non esset  
Deus* lōge itaq; a Iesu Christo aberāt Publicani, quia  
neq; intellexerant, neq; credebant omnia, quæ ad œ-  
conomia diuinæ incarnationis pertinebāt, aut certè  
nō ita vt oportebat firmiter, quæ firmitas eos Christo  
viciniores effecisset, iuxta illud, *Nunc enim propior est  
nostra salus, quā cū credidimus.* Atq; hæc de distātia opi-  
nionis, seu intellectus dicta sufficiāt. An inter Christū  
Publicanos & Peccatores nō poterit aliqua distātia si-  
militudinis morū reperiri? imò certè, eaq; vel maxima.  
Hūc itaq; distātia similit. lōge a Deo suo & Iesu-Chri-  
stus abesse dicā, qui quāuis sit homo, & indelebile imagi-  
nē, lig.

*Ioan. 4.*

*Hom. 28.  
in Euang.*

*Rom. 13.*

*Psal. 4.  
Gen. 1.*

Signumque Dei cordi suo impressum gerit;

*Signatum est super nos lumen vultus tui,*

*Creavit Deus hominem ad imaginem suam.*

& secundum corpus Iesu Christo incarnato similis appareat: nullo tamen modo, aut in pauculis virtutibus & perfectionibus, & conformitate vitæ Christo similis est; & hoc sensu dicitur

*Proximus illis Deo, qui scit ratione tacere.*

Et iterum:

*Sola Deos aequat clementia nobis.*

Vt autem hoc modo viciniore simus Christo, necesse est vt ad viuum nostris moribus ipsum exprimamus, & Iesu Christo, vt ouum ouo similes efficiamus, quantum quidem vires humanæ auxilio diuinæ gratiæ adiutæ valent: si præclarum illud Christianorum nomen gestare, & gratiæ illi electioni, qua nos abque nostris meritis de massa perditionis separauit, respondere velimus:

*Ad Ro. 8.*

*Nam quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et alibi,*

*1. Cor. 15.*

*Quotquot baptizati estis Christum induistis. & sicut portauimus imaginem terreni, scilicet Adam, portemus & imaginem celestis, quasi dicat, sicuti fuimus; imperfecti, superbi, ambitiosi, gulosi, magis obediētes matri nostræ Eux, quam legi diuinæ, sensuales, pleni philautia, & amore proprio, contemptores cæli, admiratores & cultores terræ, prophani & irreuerētes erga Deum & Sanctos eius, supersticiosi, immisericordes, & inhumani erga homines, auari, omnia rapientes, omnia desiderantes: ita nunc Christo initiati, & per Pœnitentiam immutati conemur vitam Christu imitari, & ipsi similes effici in humilitate.*

*Matth. 11.*

*Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

*Matth. 24*

*In ieiunio & sobrietate, Ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*

*In executione diuinæ porius voluntatis, quam nostræ, Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Verum-*

*tamen*

*ipsum non sicut ego volo, sed sicut tu.*

In odio nostri, contemptu mundi, desiderio cœli & cœlestium, *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: Gaudete, quia merces vestra copiosa est in cœlis.*

In misericordia erga miseros, *Pertransiit sanando omnes: Venit filius hominis querere & saluum facere, quod perierat: Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est.*

In reuerentia erga Deum & res diuinas, *Ego honorifico Patrem.*

*Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sum, oportebat* Luc. 22  
*me esse?*

*Exiit ementes & vendentes de templo.*

*Matt. 21.*

*Zelus Domus tuæ comedit me.*

*Psal. 68.*

In contemptu rerum mundanarum, *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.*

In liberalitate & eleemosynarum studio: *Vendit equæ passidatis, & date eleemosynam.*

Nos denique, qui illustrissimo nomine Christiani censemur, nomine inquam, quod in terra æquè ac in cœlo bene sonat, quod nihili nisi victionem, nisi gratiam & omnem bonitatem repræsentat; quod tam suauem odorem spirat, vt ab eo tempore, quo primum Antiochiæ adiuuentum est, plurimi optent potius conuersari in medio Christianorum, quam vndique reſis, balsamo, optimisque Arabiæ aromatibus circumdari.

*Christi bonus odor sumus.*

Sic enim primæui illi Christiani instar bene olentis Pantheræ variarum Prouinciarum & Regionum homines infideles, seu feras quasdam, ad fidem & mansuetudinem Christianam bono odore nominis sui attraxerunt, *Poste curremus in odorem unguentorum tuorum.* Ob hoc tam præclarum vellus & gloriosum nomen Christiani, & quissimum est perfecta imitatio-  
*ne vitæ Christi, nos viuas effigies Iesu Christi red-* Sap. 7.  
*dere, speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bo-*  
*nitatis*

Sap. 7. *nitatis illius; ita ut Turcæ & Barbari aliquot Christianos intuentes putent se totidem Christos videre, sicut ille aiebat:*

*Quod si, aderant vates, rebar adesse Deos, & cognoscen-  
tes discipulos, ex eorum moribus seu vultibus, ipsum  
magistrum cognoscerent;*

Terent. in *Qui utramvis norit, ambas nouerit*  
Prol. And. *Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen  
Dissimili oratione sunt facta ac stylo.*

Galat. 1. *Ita ut cum Apostolo dicere possimus, Vivo ego, iam  
non ego; uiuit uero in me Christus.*

Et sicuti Mercurius in Sotiam, & Iuppiter in Amphi-  
traonem, ut Alcumenæ illuderent, transformati, non  
tantum illorum facies, uerum etiam dicta & mores  
exprimebant apud Plautum,

Plautus *Enim uero quoniam formam cepi huius in me esse statum,*  
in Am. *Decet esse facta, moreque huius habere similes item:*  
phur.

Sic etiam decet Christianum ipsum Christum repræ-  
sèrate, non uultu, quod ipsi impossibile est; sed dictis,  
factis, motibus: quod sane in primitiua ecclesiastica  
contingebat; nam gentilis quispiam inter mille alios  
facile Christianum uel Christianam agnoscebat, ex mo-  
destia habitus, ex ornamento simplici capillorum, ex  
uerecundo aspectu, ex suauitate morum, ex maturo e-  
loquio, ex graui incessu; ita facile inquam, ac modo Ca-  
pucinus à Minorita per capucium acuminatum; Bur-  
gundus à Gallo equite per insigne crucis Burgundicæ;  
Cicero & Lipsius per styli proprietatem dignoscuntur.

Quamuis itaque Publicani recenter contriti essent;  
possent tamen adhuc dici longe à Christo esse, cum ad-  
huc longe esset. Proximus huic, logo sed proximus intervallo,  
Proximi naturæ conditione, imò & fide; sed longo in-  
teruallo morum & uitæ, eo quod imperfectè perfectio-  
nes Christi imitarentur. Nondum seipsos satis oderat,  
quamuis eorum philantia non nihil præcisa esset: Non-  
dum maiores illas cruces & tribulationes amabant:  
quamuis illicitas uoluptates non quærerent, mino-  
res cruces non horrerent: Nondum magni erant ele-  
mosinarij & liberales bonorum omnium dispensatores,  
quam-

CONCIO SECVNDA.

quāvis aliena non raperēt, populi ruinā non quærent, & aliorū oppressione se magnos non redderent. Erant adhuc, sicut tabula rasa absque coloribus, elevationibus, umbris, solas primas picturæ lineas referens, quæ sanè longe abest à viua repræsentatione sui prototypi, seu exemplaris.

Et quid quæso nos ita à Deo elongat? *Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & Deum vestrum.* Isai. 59.

*Sicut exaltatur cæli à terra sic exaltata sūt viæ meæ à vijs vestris: & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.* Isai. 55.

itaq; est quomodo de Public. & peccatoribus ad Christiū accedētib; vere dici possit, *cū autē adhuc longē esset.* Sed est adhuc altera distantia, quā *Dignitatis* appellauit: nemo enim adeo sēsus cōmunis expers est, quin apud Mundanos homines diuitiæ, honores, status, & fauores fortunæ faciant possessores suos alijs non habentibus digniores: cum tamen omnes æquales simus ex eodem auo Adamo proghati, ex eodem limo formati.

*Omnes proximi sumus conditione terrena natiuitatis proximus est, qui tecū natus est ex Adam & Eua:* inquit ni fallar Augustinus. Omnes æquali litro pretiosi sanguinis Iesu Christi redempti sumus; omnes eadem aqua baptizati; omnes ex eadem mensa eodem cibo Corporis Domini nostri Iesu Christi pascimur; omnes ad eundem Paradisum tendimus. Et tamen vnus altero maior est, hic quia Imperator est aut Rex; ille solum Dux: hic Tribunus, ille tantum Centurio: hic centum millia florenorum absq; patrimonij iactura quotannis insumere valet & Crassi diuitias possidet; ille de die in diem viuunt; nam

*Et genus & formam Regina pecunia donat. & Euripides: Pecunias mihi tantum relinque; nam ex seruo statim nobilis euadam.*

Inter Ecclesiasticos etiam vnus altero dignior est, quia hic Papa, Episcopus, Presbiter, Canonicus; ille primam tantum Tonsuram habet, simplex Sacellanus, aut cantor est. At inter viros Philosophos, & maximè in schola Iesu Christi, is dignitate

ceteros antecellere iudicandus est, qui sanctior, qui virtuosior, qui meritis ditior.

*Nobilis est ille, quem nobilitas sua virtus.* Et Hieron. ep. ad Celantiam.

*Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus: Nescit Religio nostra personas, nec conditiones hominum, sed animas inspicit.* Et idem,

*Ille apud Deum est potior, non quem nobilitas generis, nec dignitas saeculi; sed quem deus ratio fidei, & sancta vita commendat.*

Ambrosius lib. de Noe & Arca cap. 4. *Probatu viri genus, virtutis prosapia est: quia sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutis sunt: Etenim familia hominum splendore generis, nobilitantur: animarum autem clarificatur gratia splendore virtutis.*

Rogatus aliquando Socrates, quid esset Nobilitas? respondit, corporis & animæ inter se harmonia & concordia: adeoque eius discipulus Plato inter quatuor gradus Nobilitatis primum facit, qui oritur ex excellentia Magnanimitatis, & dicit eum nomen Nobilis mereri, qui proprijs & non alienis virtutibus gloriatur; unde quidam non absone cecinit:

*Codrus  
Ureolus.*

*Sint tibi Gallorum Rex & Regina parentes,*

*Et maneat virtus pectore nulla tuo:*

*Non pluris faciam te, quam tibi rustica mater,*

*Si sit, & ignotus rusticus ipse pater.*

Pulchrè itaque Maximilianus plebeio homini bene nummato, opulentoque supplicanti, ut acceptis aliquot aureorum millibus nobilium iura ei conferret, nobilemque declararet, sapienter respondit, *Ditiozem ego te facere possem; Nobilem nullus, nisi propria virtus.*

Cicero l. 5. Tuscul. Quæst. *Quo loco, quare, quam vim habeat illa libra Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat; in alteram corporis, & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. Si erga virtus sit, quæ iuxta doctrinam bonorum & specialiter Iesu Christi, homines qualifi-*  
cat

gat & nobilitat, sequitur illum nobiliorem, digniorem, & magis illustrem esse, qui pluribus & maiorbibus virtutibus ornatus est. Et sic certum est baptizatum præstare catechumeno: Baptismus enim in Baptizato maiorem scientiam supponit, quam à Catechumero exigatur; cum non, nisi sufficienter instructis, conferti soleat, *Euntes docete omnes gentes, Baptizantes eos: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.* Præterea, quia actualis susceptio Baptismi inuoluit promissionem, seu votum credendi, & faciendi, quod Christiana Religio præscribit: Catechesis autem ad hoc votum nos solum præparat. Denique susceptio Baptismi perfectè hominem iustificat, omnique gratia & virtutibus habitualibus replet, omnem culpam & penam remittit; & ad quæ omnia Catechismus solum disponit: Et quamvis non negem Catechumenum voto expetentem Baptismum, si ipsum mori cõrgerit, *Baptismo fluminis* posse saluari; pœna tamen etiam plenariè non dimittetur; neque gratia baptismatis, ita liberaliter conferetur, ac si realiter Baptismum suscepisset; & sic baptizati Catechumenis digniores, & nobiliores sunt; Baptizati sunt in regno Christi, quod in regno mundi æstimantur Principes sanguinis; Catechumeni autem sunt instar famulorum ministrantium, & mores Aulæ addiscentium. Publicani autè, & peccatores illi cum quibus Christus conuersabatur, nondum erant baptizati, sed tantum Catechumeni, addiscentes adhuc nouam illam Religionem Christianam, multo ergo minores & inferiores dignitate erant reliquis baptizatis; & sic infinitè minus digni, quam Iesus Christus, qui caput est totius Religionis Christianæ, omnesque baptizatos iustificat, & nobilitat, & sic de distantia dignitatis loquendo in ipsos etiam quadrat, *Cum autem adhuc longè esset.*

Sed ad distantiam cognationis transeamus, de qua Terentius agit cum ait,

*Lex est, ut orba, qui sint genere proximi  
his nubant, & illos ducere eadem hac lex iubet.*

Terent. in  
Phorm.

D 5

Et sic

Et sic proximum dicimus fratrem, sororem, patrem, matrem, de eo qui paucis à me gradibus distat, hic mihi propinquior est: qui pluribus, hic à me, vel sanguine meo remotior, imò ita remotus, ut absque dispensatione matrimonium cum eo inire possim. Religio tamen christiana illos propinquiores Christo cognatos appellat, quia eius leges diligētius exactiusque observant: hinc enim fratres Christi appellantur, qui in timore & amore Dei viuunt, & mandata eius ad vnguem custodiunt, teste ipso Christo, qui aliquando frequēti auditorū corona circūdatus, & domo inclusus, ac ab assistentibus monitus matrē, fratresque ad cūm ipsum operiri respondit, *Mater mea & fratres mei, hi sunt, qui verbū Dei audiūt, & faciūt. Qui fecerit voluntate Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.* Similiter cum quādam femina exclamasset, *Beatus ventor qui te portauit, & vbera que suxisti,* cōformiter ad dicta respondit, *Quanto beati, qui audiūt verbum Dei, & custodiunt illud.* Sic etiā Apostolos fratres suos appellat dicens, *Ite, nūtiatē fratribus meis:* ita Ioan. Euangelistā obliquē fratrē nominauit, cum dixit, *Mulier ecce filius tuus:* Ecce mater tua: & Apostolus: *Iam non estis hospites & adueniē, sed estis ciues sanctorū, & domestici Dei:* & eodē sensu S. Cæcilia sponsum suum Tiburtium, cognatū appellauit, dicens, *Hodie te facor meū cognatum: quia amor Dei te fecit esse contemptorem idolorum.* Si enim, ut subtiliter aduertit S. Greg. fides virum faciat fratrem; feminam autem sororē Christi, sic etiā vnusquisque eius mater fit, dum alios religionem Christianā docet, & Christum quodam modo in corde proximi generat; nam Hom. 3. in Euang. ait, *Sciendū nobis est, quia qui Christi frater & soror est credendo, efficitur mater predicando: Quasi enim parit Dominū, qui eū cordi audiētis infūdūt, & matrē eius efficitur, si per eius vocē amor Domini in mēte proximi generatur. Ad quā rē nobis idoneē confirmādā adest beata Felicitas, cuius hodie natalitia celebramus, qua credendo existit ancilla Christi, & predicandā facta est mater Christi. Et Apostolus, Filioli quos iterum pariterio, donec formetur Christus in vobis. Vere ita-*

Luc. 8.  
Marc. 3

Ephes. 2.  
Breniar  
Rom. 22.  
Nouem.

Greg. 8.  
in Euang.

Gal. 4.

que tales Patres & Matres Christi appellari possunt.

E contrario autem iuniores Herodes, noui Pilati, reduini ab Inferis Iudæi, alteri crucifixoꝝ & latrones Iesu Christi appellandi sunt, qui suis scandalis, malis exemplis, peruersis consilijs, atheis & hæreticis opinonibus ex conscientijs infirmorum & simplicium, notitiam, timorem & amorem Dei & Iesu Christi auferunt, *ante quorum oculos Iesus* Gal. 3.  
*Christus prescriptus est, in vobis crucifixus.*

Nostri itaque Publicani & reliqui peccatores de quibus agimus, vt plurimum adhuc Catechumeni erant, ad credendum se præparabant, vitam Christianam profiteri disponebant, in Christiana Religione, nondum professi, adhuc Nouitij erant. Quia igitur in fonte Baptismali nondum Christo fidem iurauerant, *Iuram. & statui custodire iudicia iustitie tue.* neque profol. psal. 118.  
fionem fidei fecerant, nondum fratres Christi erant, & ab eo longè aberant, nec ipsi reliquis Iudæis propinquiores erant. Si autem eius fratres non fuerint ob Baptismi defectum, multo minus Pater vel Mater, cum necdum conuertendis alijs operam darêt, alios monerent, aut catechisarent; partim ob defectum zeli sufficientis; partim ob defectum sufficientis eruditionis; partim ob defectum potestatis seu Iurisdictionis: Hæc enim officia & exercitia, sicut in Politicis regnis solent, sunt ipsius Regis, aut Principum sanguinis, verbi gratia, Papæ, Episcoporum, Sacerdotum, Doctorum, & eorum, qui in notitia mysteriorum Religionis catholicæ perfecti, consumatiq̃ue sunt: Nam in ecclesia Catholica officium perfectorum spectat alios spiritualiter generare; sicuti corporaliter nemo alium generat, nisi qui iam ad maturam & perfectam ætatē peruenerit. Decet itaque catechumenos in medio Doctorum stare, aut sedere, vt Christus duodennis fecit, vel ad pedes Gamalielis cum S. Paulo audientes & interrogantes morari: Hæreticorum enim Synagoga est, vbi Catechumeni se profitentur Doctores: nã vt Tertullianus ait, *Hæretici omnes timent, omnes scientiã pollicentur, autē sūt perfecti catechumeni, quæ doctri-*  
maxi.

maximè inter Anabaptistas, apud quos iuuentula  
 quæpiam rebaptizata, idiota quamuis sit, & nullis lit-  
 teris imbuta, non aliter se in Scriptura versatam ia-  
 etat, quam in suis Prophetijs Sybilla. Vt itaque quis-  
 piam publicè doceat, & negotia Religionis pertra-  
 ctet, duo necessaria sunt, sufficiens eruditio, & potes-  
 tas seu auctoritas iurisdictionis. Atque hæc modo  
 ab Episcopis petenda est: nam vt inquit Eusebius l. 5.  
 Histor. Eccles. c. 15. *Origenes apud Casaream (In Pale-*  
*stina) morabatur. ubi & disputandi in Ecclesia atque ex-*  
*planandi diuinas Scripturas ei ab Episcopis iniungebatur*  
*officium, & quidem necdum Presbyteri sibi ordinatione*  
*collata, sicut relatum inuenimus in Epistola Alexandri*  
*rescribentis Demetrio. post multum tempus hac ipsa culpa-*  
*ti: Scribit autem hoc modo: Quod autem addidisti in litte-*  
*ris tuis, quia nunquam auditum aut aliquando factum sit,*  
*vt presentibus Episcopis Laici disputent, nescio quam ob*  
*causam tam apertum mendacium asserere volueris: cū con-*  
*suetudo hæc sit, vt sicubi inueniuntur, qui possint fratres*  
*instruere in Ecclesia, & consolari populum, ad tractandum*  
*semper à sanctis Episcopis inuitentur, sicut Euelpius à fra-*  
*tre nostri Neone apud Larandos, & Paulinus à Celso apud*  
*Iconium, & apud Synnadam Theodorus ab Attico. Non*  
*autem dubium est quod & alij plurimi in alijs locis, si qui*  
*sint, qui possint opus Dei in verbo & doctrina competenter*  
*explere, ad hoc ipsum à sanctis Episcopis inuitentur. Hæc*  
*neus ille. Carent itaque iurisdictione Carechumeni:*  
*neque etiam in discipulis adhuc, ad docendum suf-*  
*ficiens scientia præsumenda est. Interim prohi dolor,*  
*vt conqueritur Hieronymus ep. ad Paulinum, Sole*  
*Scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant.*  
*Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc Sophista ver-*  
*bosus: hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent antequam*  
*discant. Sed de his satis: Superest enim vltima distan-*  
*tia, quam specificam seu essentialem appellauit: vt hæc*  
*inter Deum & homines, reliquasque creaturas tanta*  
*est, vt secundum illam, neque homo, neque Angelus*  
*possit Deo suo appropinquare, excepto Iesu Christo,*  
*qui in vnitæ Personæ Deus simul & homo est, indi-*  
*uidua-*

individualiter & specificè: Individualiter propter unitatem Personæ; specificè autem quia novum quippiam ab omni alio genere distinctum constituit, scilicet *Hominem - Deum*: ut homo erat proximus noster; ut Deus proximus Patri. Docent Theologi, quod quâvis Pater, aut Spiritus S. æquè ac filius incarnari poterint, ob varias tamen causas, id non tam convenienter fieri potuisse, ut fusè ante viginti annos deduxi, cum textum illum huius Parabolæ, *Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit* prosequerer. Secundum hanc itaque distantiam verissimum semper erit, *Cum autem adhuc longè esset*: nemo enim nostrum unquam erit, & verus homo, & verus Deus, *Ægyptus Isai. 31. homo, & non Deus*. Quodam tamen sensu admittere licebit, aliquos Christo homini Deo viciniore, alios ab eo remotiores esse. Sed quomodo? dicam, audite, sed diligenter: Illi sunt Christo vicini, qui per Baptismum & fidem ipsi incorporati sunt: tales enim filij Dei fiunt, ut patet Ioannis 1. *Quotquot autem receperunt eum dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*. Baptizati enim fideles, quasi dij quidam per participationem sunt: unde D. Thomas: *Unigenitus siquidem Dei filius, sua divinitatis nos volens esse participes, nostram naturam assumpsit, ut homines Deos faceret factus homo*.

Et 1. Petri 1. *Per Christum maxima & pretiosa nobis promissa donavit Deus, ut per hæc efficiamini divina consortes natura, fugientes eius, qui in mundo est, concupiscentiæ corruptionem*.

Sunt itaque Christo propinqui, qui veri Christiani sunt: viciniore tamen, qui sæpius Sacratissimam Communionem frequentant: in hac enim fiunt unum corpus, unus sanguis, una anima, & quasi una Deitas cum Christo Iesu, nam ut inquit Cyrillus Hierosolymitanus Carech. 4. *Concorporei, ut ita dicam, & sanguinei Christi facti estis: sic efficitur Christiferi, hoc est, Christum in corporibus nostris ferentes, cum corpus eius & sanguinem in membra nostra recipimus: sic secundum*  
bea-

beatum Petrum diuina natura confortes reddimur. & alter  
Cyrill. Alexandrin. c. 4. in Ioan. c. 17. Sicut enim si quis  
liquefacta cera aliam ceram infuderit, alteram cum altera  
per totum commisceat necesse est; sic qui carnem & sanguinem  
1. Cor. 5. Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, ut Christus in ipso,  
& ipse in Christo inueniatur. Et sicut Modicum fermenti  
totam massam fermentat, & vnica gutta aceti vini vitru  
acidum facit, ita etiam Eucharistia hominem totaliter  
in Deum conuertit, Non tu me mutabis in te, sed tu  
mutaberis in me. Et sicut cancelli ferrei quantumuis  
obsoleci & rubigine obstiti, si in paruam aliquam  
Aethnam, fornacem inquam candentem, liquefacto  
ferro bullientem, coniecti, mox ignem, claritatem,  
nouitatem, ac pristinam pulchritudinem recipiunt,  
ita vt non amplius ferrum vetus dicas, sed ignem, sed  
flammam, sed ferrum nouum, quod etiam alia eiusdem  
generis metalla ignire, accendere, & expurgare possit.  
ita & homo per Sacram communionem Deo suo  
proxime coniungitur, & in abyssu deitatis eius absorbetur,  
& quasi Deus-homo cum Christo efficitur.

Sed adhuc viciniores sunt, qui vt angeli incarnati  
in carne existentes, non secundum carnem viuunt,  
ducentes vitam diuinam potius qua humanam; qualis  
erat qui aiebat, In carne ambulantes, non secundum  
2. Cor. 10. carnem militamus, ieiunantes vt Christus; omnem festi-  
ualitatem mortificant, vt Christus; caste viuentes,  
vt Christus; mundum, omnesq; inanes eius pompas  
viroq; pede calcantes, vt Christus; deniq; vestigijs  
Christi insistentes, ipsumq; adeo ad vinum represen-  
tantes; vt non minus exacte ipsum suis moribus expri-  
mant, quam S. Iacobus Minor vultu, corporeisq; li-  
neamentis; de quo Ignatius scripsit, De Iacobo dicitur,  
Ignat. epi. quod qui videt eum, vidit Christum: & hinc ne milites eu  
ad Ioan. pro Christo abriperent, dedit eis Traditor signum, di-  
Euang. cens: Quem osculatus fuero ipse est &c. Taceo quod vir-  
tute Christi, vt Christus ipse miracula faciant, imo in-  
terdum maiora & magis miranda, quam eorum Ma-  
gister vnquam ediderit miracula, patrent: Et maiora  
horum faciet. Et his forte a Paulo dictum est, Glorifica-  
te & portate Deum in corpore vestro. Cum

Cum itaq; Publicani de quibus agimus, & ipsis si-  
 miles, nondum baptizati essent, multo minus sacram  
 communionem suscepissent; nondum ad sublimam  
 & heroicam illam vitam processissent; nondum dono  
 miraculorum clarerent; in hac prima sua conuerfio-  
 ne longe adhuc à Deo aberant secundum distantiam  
 specificam seu essentialem; & quamuis hanc differē-  
 tiam non acciperemus personæ ad personâ, aut loci  
 ad locum; sed potius virtutis ad virtutem, adhuc lon-  
 ge aberant: nam Attritio multum differt à Contritio-  
 ne; desiderium quoq; seipsum cognoscendi, vitam e-  
 mendandi, & meliorem vitæ rationem ineundi; *Spes e-  
 rat nondum res; spes tantum; messis, ut aiunt, in herba.*

Quicquid conceperant boni propositi embrio erat,  
 qui facillimè destrui poterat, & in abortum degenerare:  
 Quicquid habebant nihil erat præter pulchra  
 promissa & voluntates faciendi bene, *ibo, dicam, fisciâ,*  
*surgam, ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi*  
 &c. Et tamē aliquo vsq; promissis iam satisfacere coe-  
 perant, & se in viam versus Patrem dederant, *Et surgens*  
*venit ad Patrem;* verum longe ab effectu, & totali im-  
 pletionem promissorum aberant; multū enim interest  
 inter dicere & facere, promittere & exhibere, incipere  
 & perficere; merito enim vulgare Proverbum, *Melior*  
*una avis in manu, quam dua in sepibus.* Nam sicut mille  
 phantasia, mille impedimenta occurrentia potuissent  
 prodigum nostrum à suo ad Patrem itinere divertere;  
 ita etiâ mille tentationes, internæ, externæ, à dextris,  
 à sinistris, poterant impedire Publicanos, ipsisq; simi-  
 les, quo minus ad perfectam Iustificationem, ad Bap-  
 tismum, ad Pœnitentiam & Sacramentorū vsum per-  
 uenire. *Multa cadunt inter calicem, supremâq; labra.* Li-  
 bertum hominis arbitriū admodū variabile est, iustar  
 Euripi septies de die fluit, refluit, & mutatur in ho-  
 ras, *conuersioni subiacet homo,* inquit Hilar. Vult, nō vult,  
 Aliud stans, aliud sedens de Republ. de se, de Deo co-  
 gitat. Horatius lib. 1. ep. 1. *Pugnat sententia secunda*  
*Quod perijt spernit; repetit, quod nuper omisit.*  
*Æstuat, & vitæ discorsuens ordine toto:*

Hilar. in  
 Matth.  
 can. 50

Diruit

*Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis,*

Ausonius

*Dissidet ambiguus semper mens obuia rotis  
Nec voluisse homini satis est: optata recusant  
Esse in honore placet, mox poenitet.*

Liberum arbitrium nostrum est instar speculi, nunc hanc, nunc illam speciem recipientis: & ut materia prima cuiusvis formae capax est, & ut meretrix quemvis amatorem admittit. Quod itaque Publicani, & alij peccatores tot bona desideria, & proposita confitendi, & satisfaciendi habuerint, principium suae conuersionis faciētes aliquosque progressi erant: Sed haec omnia exigua erant, respectu illius, qui haec omnia & similia ipso actu cōplerat & executioni mandarat: longe itaque à portu, quem ingredi, & scopū, quem attingere oportebat, aberant. *Cum adhuc longè esset. Erant appropinquantes Iesu Publicani & peccatores, ut audirent eum.*

III.

**QVI INTER CHRISTIANOS, ET aliquos haeticos longissimè à Christo Iesu absint.**

**S**Eo ò bone Iesu! quam multi Christiani, Clerici & Laici, à te longissime elongantur? *Sicut populus, sic sacerdos: atque utinam plerique, sic:* Certè omnibus fere distantius, quas enumeravi à te seiunguntur. Ad domum Pontificis Petrus sequebatur à longè secundum distantiam localem: An non localiter, saltem ut ipsi imaginantur, à te remotissimi sunt Athei nostri: qui aut nihil amplius quam Diagoras de Deo credunt; quamuis hoc ore confiteri non audeant, sed in corde & intra dentes mussitent, *Dixit insipiens in corde suo non est Deus:* aut qui opinantur Deum in caelis ita suis oblectamentis detentum teneri, ut neque mala, neque bona quae hic agimus, aduertat, ut Epicurus quondam opinatus est: sicut & illi qui dicunt.

*Psal. 136.*

*Dicit*

Dereliquit Dominus terram, & Dominus nos non videt: circa cardines cœli perambulat, nec nostram considerat: aut qui ita viuunt, ac si non esset Deus, cui de infami vita ratio reddenda est: aut qui nostra non videret, aut ad ista omnia conuieret. Proh dolor multi inter nos professione & nomine sunt Christiani; viuunt tamen & faciunt, vt pagani, vt Turcæ; *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Vox quidem vox Iacob est; sed manus manus sunt Esau.* An non eodem sensu longissime à te absunt, ô bone Iesu! qui ita te cœlo & throno gloriæ inclusum putant, & ad dexteram Patris tantum consistere, vt negent te realiter & verè in Sacramento Altaris esse, sed tantum imaginariè & in figura? An non sic à te absunt Calvinistæ, adhuc in Schola Christi figuristæ? Nolunt enim credere te in Sacrificio Missæ manibus sacerdotis teneri, negant te in Monstrantijs, aut Ciborijs Ecclesiasticis post consecrationem, aut etiam post manducationem Sacramentalem in anima nostra præsentem esse, cum tamen per hoc Sacramentum sis nobis, *Emmanuel, Isai. 7. Emmanuel: nobiscum Deus: & Deus in medio eius non commouebitur. Psal. 45.* Illi etiam à Christo longe absunt, qui quamuis credant Christum in Sacramento realiter præsentem; tamen semel in anno tantum ipsum suscipiunt, & quis scit qua deuotione & reuerentia? idq; aut quia falsa imaginatione illusi dicunt, *Recede a me Domine, quia homo peccator sum:* aut, quia nullam diligentiam adhibent, vt se dignos reddant, & à maculis humana infirmitate inductis, expurgent. An non localiter à Christo absunt, qui se sinunt excommunicari, ab ingressu ecclesiæ arceri, ab vsu Sacramentorum prohiberi annos integros, aut quia absolutionem non procurant, aut quia ab vsuris, sortilegijs, & diuinationibus &c. non abstinent?

Quod autem distantiam temporis concernit, An non insigni periculo, ne in perpetuum à præsentia Dei & visione beatifica excludantur sese exponunt, qui à peccatis suis non conuertuntur, aut non nisi in sæculetate se conuersuros proponunt; cum scilicet,

iam non ipsi peccatum sint deserturi, sed peccatum ipsos: aut si tempestiuè peccata sua deserant, tamen bona opera, tam meritoria, quam satisfactoria, non exercent; elemosinas non largiuntur, non orant, non ieiunant, cilicia non portant, humi non cubant &c. ac denique actionibus bonis à nullo barbaro distinguuntur; imò si vererentur se de meritis somniaturos cubitum non irent, ita enim omnia Christum promeritum putant, tam exactè ab ipso litrū pro nobis persolutum, ut ne quidem opus sit manum burse admo-vere, id est, ut non opus sit, vel minimum ei cooperari; quæ sane hæresis directe S. Petro, totiq; Scripturæ contrariatur: *Christus passus est pro nobis, vobis relin-quens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Et quid quæ-rit sibi voluit Christus cur toties suos ad tollendam crucem exhortatus est, si noluit nos cooperari? Et quando iussit tollere crucem & baiulare, quā diu quæ-rit voluit hoc nos facere? an solum vsq; ad mortem suam, & quo vsq; ipse pro nobis satisfecerit? an verò etiam post mortem vsq; ad consummationem sæculi? Si enim tantummodo crux baiulanda esset vsq; ad mortem eius, miseri illi fuissent, qui ante eam vixerunt, & nos felices, qui tardiusculè nati abrogata iam lege de tol-lenda cruce non tenebamur: sed absit; cur enim his solis crux imposita fuisset? *Nunquid iniquitas apud Deum?* An ipse personarum acceptor est? Deinde ex dictis sequeretur crucem & Passionem Christi non æ-què profuisse hominibus veteris Testamēti, ac noui. Item, quod talis mediator, & quasi obles, qualis fuit Iesus Christus, non potuisset satisfacere pro illis Passio-ne sua futura; sicut nunc pro nobis abundè satisfecit Passione præterita: cum tamen commune Theolo-gorū decretum sit, quod quoad sufficientiā æqualiter saluati & liberati sint per eandem Passionem Christi, ipsum præcedentes fide venturi Chri; cōtemporanei, & tunc temporis viuentes fide præsentis; posteri autē, sicut & nos, fide appēsi & iam dudum appēsi litri per Iesum Christum; vnde etiam cum triumpho non vul-gari Ierosolymam introeunti, & qui præibant, & qui

seque-

Sequeb  
Copia  
peta i  
merito  
conseq  
contra  
posita  
to, opo  
afflicto  
mo tem  
perman  
adhuc lo  
sunt, &  
pria per  
eriam in  
capilla  
aunt, v  
thelaur  
deliter  
O auth  
Æstia  
Et quid  
penetu  
cere por  
seu, que  
nolle: B  
vasta &  
bis dici  
sunt, &  
tis, & f  
aut frigi  
quod ip  
inaudie  
puro in  
parū pr  
cuius so  
cubare,  
veri am  
tem an

sequebantur acclamabant: *Hosanna filio David*; nam, *Copiosa apud eum redemptio*. Cū itaq; tot absurda, & a- *Pf. 129.*  
 perta inconuenientia Nepotum illorum, inimicorū  
 meritorum & Satisfactionum personalium sententiā  
 consequatur, eorū error subsistere nequit; sed omnia  
 contraria credenda & tenēda sunt: scilicet, quod sup-  
 posita Passione Christi, eiulq; satisficientissimo meri-  
 to, oportet insuper nos per propria opera pœnalia, &  
 afflictionis satisfacere, quod qui non faciet, longissi-  
 mo tempore ei in Purgatorio absq; visione Dei sui  
 permanendum erit, si non perpetuū in inferno, *Cum*  
*adhuc longe esset*. Similiter lōgē a palatio paterno ab-  
 suat, & in Purgatorio remanebunt, qui cum in pro-  
 pria persona, aut satisfacere non possint, aut nolint,  
 etiam indulgentias & Iubilæa Ecclesiæ negligunt, &  
 capillatam hanc occasionem pugno, aut vtriusq; quod  
 arunt, vlnis non arripiunt, aut excipiunt: cum tamē  
 thesauri Ecclesiæ omnibus manum porrigentibus fi-  
 deliter cōmunicentur. Omiseros stultos & vecordes!  
 O authentica, & optima fucata mundi stultitia!

*Æstas non semper fuerit composita nidos*

Et quid de distantia Affectionū dicam? vbi enim re-  
 penetur illa vnitas voluntatis nostræ cum Deo, vt di-  
 cere possimus, cor meum Dei est, & cor Dei cor meū,  
 seu, quod vult, volo; quod nō vult, nolo; *idē velle, idē*  
*nolle*: Bone Deus, quā hęc distantia grandis est? tam  
 vasta & immensa mihi certē videtur, vt merito de no-  
 bis dici possit: *Nunc Antagonista, & Antichristi multi*  
*sunt, & Antipodes*; ita enim contrarijs voluntatib; di-  
 ctis, & factis certatur, vt ostendant se Deū, aut parū,  
 aut frigidē amare: imō de quibusdam dicere licebit,  
 quod ipsum nondum cognouerint, & vel verbū de eo  
 inaudierint, in quos quadrat, *cū venerit filius hominis,*  
*putas inuenies fidē*? An non signū exigui amoris est, tā  
 parū pro Christo velle pati? nolle vel vnā vigiliā ali-  
 cuius solennitatis vigilare, aut ieiunare, nolle hūmi-  
 cubare, aliaue opera pœnalia exercere? Lydius lapis  
 veri amoris sunt opera difficilia propter amarum, aut  
 rem amatam suscepta: *Quis enim celauerit ignem* *Ouid.*

E 2

Lumi

*Greg.* Lumine, qui semper proditur ipse suo? & S. Greg. ait, *Hom. 30.* Probatio dilectionis exhibitio est operis. Verè Deum diligimus, si mandata eius custodimus; si nos à nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit, profectò Deum non amat; quia ei in sua voluntate contradicit. Iacob se verum amantem ostendit, cum ut optatis suæ Rachelis potiretur amplexibus, quatuordecim annos auunculo suo Laban seruiuit, & cum multi dies essent, ipsi tamen pauci præ amoris magnitudine videbantur. Sichem filius Emor, ut Dinam à se violatam honori restitueret, & in matrimonium acciperet, cum aliter fieri non posset, adulta ætate se circumcidi passus est, ut sincerum amatorem se declararet. Perseus Aethiopiam peragrans, & captus amore Andromedis iam scopulo alligatæ, monstrisq; marinis expositæ, petitaq; acceptaq; ea prius à parentibus vxore, cum sauiissimo monstro duellum suscepit, illudq; confecit; sicut & Hercules amore Omphalos Reginae Lydiæ Draconem iuxta fluvium Sangarim internecioni dedit. Clarè etiam amorem suum erga Plangonem scortum Milesianum iuuenis ille ostendit, qui ut eius iram & zelum conceptum sedaret, pedibus illius aduolutus, & amare plorans dixit, se proprio manu proprium iugulum petiturum, nisi ipsam denuo in gratiam reciperet, & in tanto martyrio consolaretur. Fortiter quoq; amabat ille, qui

*1. Eleg. 7.* aiebat,

*Adde manus in vincla meas, meruere catenas,  
Nam furor in Dominam temeraria brachia mouit,  
Nec nostris oculis nec nostris parce capillis.*

Et quid? an non amor nonnullos eò adegit, ut ante fenestras amicarum se pensiles fecerint? *Alius ante fores pependit amica*, ait Seneca. Vidit aliquando pulchra Lorenzia, totius Italiae ocellus, ciuem suum ad eò amore dementatum, ut nunc amicae dixisset se tanta teneritudine ipsam amare, ut quicquid perijisset mor daturus esset, ac illa oculos miseri amantis postulasset; mox sibi erui curarit, & pixidulae inclusos amara transmiserit. Ita est Auditores mei, Probatio dilectionis,

exhibi-  
bant,  
signum  
Qui nos  
mei est  
Qui  
men  
bum eis  
Qui  
eius m  
stodim  
saria n  
stra. co  
Si Her  
nolit m  
uam ai  
populu  
legi gra  
pæ fac  
modo s  
ardua d  
suis am  
martyr  
toti fla  
mortifi  
subtra  
Philose  
Prop  
actifon  
An n  
est, qu  
mentè  
citur, i  
bores,  
sonant  
Form  
Deus d  
Ecce  
Si obi  
mas.

Greg. loc. alleg.

exhibito est operis? Amorem non verba, sed facta probant, vbi itaq; pauca, aut nulla amoris opera sunt, signum euidentis est exigui amoris, & sic Saluator ait, *Qui non diligit me sermones meos non seruat: Vos amici mei estis, se feceritis, qua precipio vobis.*

Ioan. 14.  
Ioan. 15.

*Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem seruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta.*

1. Ioan. 2.

Quid quaeso propter Deum agimus? quomodo eius mandata seruamus? quomodo eius consilia custodimus? si enim opera ad salutem nostram necessaria non praestemus, quomodo ea qua libertatis nostrae, consilij, & supererogationis sunt praestabimus? Si Hercules, vt ita dicam, in gratiam suae Omphales nolit manum fuso ad mouere, quomodo ferram clauam arripiet, leoninam pellem induet, & draconem populum eius deuastantem debellabit: Id est, Si nos legi gratiae, & dulci iugo mandatorum, quod animae praefacile & suauis est, colla nolimus submittere, quomodo tam multiplicia consilia eius, factu admodum ardua & difficilia, amplexabimur? Quomodo ob ipsius amorem mortem patiemur, vt quondam Sancti martyres, incarnati Seraphim, & amore Iesu Christi totum flagrantem fecerunt, si ne sensualitatem nostram mortificemus, aut leuiusculam delectationem nobis subtrahamus, quod omnes prohi imò & Gentiles Philosophi facere solent?

*Propter te mortificamur tota die, facti sumus sicut oues occisionis.* Psal. 48.

An non merito procul à Deo, aut Deus ab illis abest, quibus tam raro, aut saltem tam tepidè Deus in mentem venit: Qui seridè amat, rei amara non obliuiscitur, sed de ea loquitur, somniat, scribit: ligna & arbores, nemoraq; nihil aliud, quam nomen amarae resonant, iuxta illud Poetae, *Tu Tityre lentus in umbra* Formosam resonare doces Amaryllida siluas. vnde & Deus de amicis suis ait,

Virg. Elogia 1.

*Ecce in manibus meis descripsi te.* Isai. 49.  
*Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera* Psal. 136.

E 3

Sic

Sic & S. Paulus ad singula quæq; verba nomen Iesu Christi sonabat, in singulis epistolis aliquoties iterabat, ita ut Eckius testetur, illud quingenties in ipsius litteris iteratum reperiri. Sic Christum amabat S. Ignatius, in cuius corde nomen Iesus aureis litteris inscriptum post mortem deprehensum fuit, adeo ut merito *Theopropos*, seu Deifer dictus sit, ut videre licet apud Ant. p. 1. Hist. t. 7 c. 1 § 11. & Metaphraste, in vita eius.

Sed longissimè à Christo absunt nostri temporis hæretici, qui in ipsius imaginem, aut nobilissima trophæa victoria eius oculos conijcere dedignantur; nâ sacras cruces ex Ecclesijs, Monasteriis, vijs, & triuijs eradunt & demoliuntur: omnes dies festos, & maximè illum in qua *Memoriam fecit Deus mirabiliū suorū*, cessare faciunt; Sacrificiū Missæ quantū possunt abolent, quod tamè in memoriâ Passionis, in signū maximi amoris ab ipso Christo institutum. Reipsa clamat hæc impia natio, *Grauis est nobis ad videndū*, tã in imaginibus, quã in Sacramento, digna sanè à qua Deus vultū suum auertat, quãuis ad eius imaginē viuã & naturalem creati sint; sed in perpetuū dispedit, secundū illud Prophetici, *Domine qui elongant se à te peribunt*; interim tamè charitate ductus, Deum rogo, ut etiã illos eodè misericordiæ oculo, quo Prodigum nostrū, aliquãdo intueatur. Certè illi lōge à Christo absunt, eumq; parū amant, qui amantē non redamant, non proximos qui sua membra sunt; non illos pro quibus ipse Deus, tam infamē & acerbā mortem pati dignatus est: *Qui amat me, amat & canem meum*, ut habet proverbiū etiam à S. Bernardo relatum, unde meritò dilectus illo

2. IOAN. 4.

Domino & Magistro suo, ait, *Si quis dixerit quoniã diligo Deū, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suū, quem videt; Deum, quē non videt, quomodo potest diligere?* Sed longius adhuc inter Christianos à Christo absunt, qui adeo eius obliti, ut ipsam percutiant, imò & perimant: & quid ab amore alienius? Illi eum percutiunt qui blasphemant, *flagellat ut blasphemijs falsorum Christianorum*, ut inquit Augustin.

Aug. Tra.  
in Ioan.

Illi eum crucifigunt & denuò perimunt, qui indignè corpus

corpus eius in sacra communione suscipiunt; nam vt ipse Paulus ait, *Quicumq; manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Iterū illi Christū crucifigunt, qui ex leuitate animi peccato mortali ipsam offendūt, *Rursū crucifigētes sibi metipsis filiū Dei, & offēsiui habētes.* Et quod quāto maioris distantiae in amore & affectione signū erit, quā si se mutuo percutiant, & quod in ipsis est, perimant & occidant? Præterea, ò bone Iesul quā lōgè adhuc à te absūm<sup>9</sup> propter extremā dissimilitudine vitæ vestræ ac nostræ! Imago quidem tua in nobis restat; similitudo tamē in pluribus Christianis erasa est, & in spongiā incubuit; atq; ita Aug. de se ait, *Inueni longe me esse à te Domine in regione dissimilitudinis.* Iam olim creati eramus ad imaginē & similitudinē Dei, vt scilicet Deū perfectā imitatione virtutū representaremus, liberalitatis, clementiæ &c sed ò nos miseros & cecos! elegimus poti<sup>9</sup>, & etiā nūc aliquādo eligim<sup>9</sup>, similes esse Diabolo & vitiorū eius, vt ambitionis, superbiæ &c. imagines referre: *Eritis sicuti Dij*, dicebat Proto parētib; nostris, cū in illis ei fidē adhibuim<sup>9</sup>. Postmodū Christ<sup>9</sup> fact<sup>9</sup> homo, tātū se humiliāuit, mortib<sup>9</sup> nostris accommodāuit, vt instar fidelis nutritis cū balbutiētib<sup>9</sup> quasi balbutiret; vt ipso facto ostēderet virtutes, quas cōmēdabat, vires nostras nō excederet, ac cōsequēter ad suā imaginē & similitudinē viuere<sup>9</sup>. Et tamē quid? eque difficulter Deū hominē facēti, ac Deū purū nostris operib<sup>9</sup> exprimim<sup>9</sup>. Christ<sup>9</sup> à primo instāti cōceptionis suæ perpetu<sup>9</sup> crucifer fuit, tā acerbos ex tūc in anima sua cruciatus perferēs, quā postmodū in mōte caluariz in corpore sustinuit: Tota eius vita nihil aliud erat, quā assidua crucis baiulatio, siue dormiret, siue oraret, siue ieiunaret, siue opprobria, & cōtūelias paciēter toleraret siue ouē perds tā inquireret, *Quarēs me sedisti lassus.* Nostra autē vita pro maiore parte, aut in gaudio cōsistit, aut quietem, delicias, voluptates, (& q non?) desiderat & inquit. Nihil tā capitaliter odim<sup>9</sup> & detestamur, q verā crucē Iesu Chr. q iā olim deplorabat Apo. dic. *Multi ambu-*

1. Cor. 10

Hebr. 6

Aug. 8. 7  
confes.

Genes. 2

Philip. 3

R 4

lāt,

*Phil. 3.* *lunt, quod sæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico)* inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrenam sapiunt. Sin autem aliquando crucem Christi portemus, id fit, cum cruciculas argenteas, aureas, aneas, vel etiam ligneas ex collo nostro aut Rosarijs, vt modo loquimur, dependentes gestamus, & quidem non male: sed an non consultius & vtilius esset exteriores has, maxime admodum pretiosas, parum negligere, vt tanto melius sæpius, & maiore cum amore & affectus veram crucem Christi, & in animo, & in corpore gestaremus: Nō hæc dico, quod priscis illis Iconoclastis, aut modernis nostris Iconomachis fauceam; auertat Deus, absit a me, qui in regione, vrbe, à patre, matre, & familia superlatiue Catholicis natus & educatus sum: *Bone Iesu, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Hoc solū volo, *Hæc oportere facere, & illa non omittere:* Inter duo bona melius commonstro, & dico, Deo gratius futurum, magisq; honoratum iri, si illius crucem mortificationis portemus; & per hoc amplius salutem nostram promouendam; Barbaros Iudæos, & omnes à nostra religione extortes facilius ad Deum, & Christianismum alliciendos & producendos assero; quam si solas imaginarias has cruces vera mortificationis cruce destituti circumgestemus. Certè, nonnullos Christianos potius iuratos sectatores Epicuri voluptatibus dediti, quam profectos discipulos Christi omnium voluptatum iurati-nimici, dicere licebit: si tamen ipsemet Epicurus quibusdam Christianis melior, sanctiorue non fuerit; quidam enim aiunt ipsum hominem sobrium fuisse, & cum in voluptate summum bonum constitueret, non intelligebat sordidas illas & infames corporis voluptates, sed honestam illam & interioris spiritus pacem & tranquillitatem, scilicet nulla afflictione, quæ animum rodat, laborare. nam *Summa voluptas est, vt Epicuro placet, nihil dolere,* inquit Cicero. Verè etiam dicemus eos potius pertinere ad regnum Sardanapali, quam regnum Christi, ita quidam suis volupt-

*Cicer. li. I.  
de finib.*

voluptatibus dediti sunt, vt vorent, & ad fundum vsq; ciatchos toties euacuent, donec mensas ipsas vomitu conspuerent, inde ad lectū plane sui impotentes deferuntur, mane crudo stomacho, & vino nondum decocto, nouo se oneraturi, redeunt, ita vt aut orientem aut occidentem solem vix vnquam conspiciant. Alij à carnalibus suis desiderijs adeo absorbentur, vt putent suæ libidini vix omnes puellas & feminas suffecturas. Sed

*Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor.*

*Horat. l. 1. a*

*ep. 1.*

Sunt aliqui, qui non curent quanti emanentur delicati palati edulia; vt ventri satisfaciant, nullis sumptibus parcant: & tamen se inopes conqueruntur si pauperi Lazaro, si inopi & honesto operario, aut panis particula, aut leuis eleemosina eroganda sit: de quibus Iuuenalis:

*Non habet infelix Numitor, quod mittat amico,*

*Iuuen.*

*Quintilla quod donet habet: nec desuit illi*

*Satyr. 7.*

*Vnde emeret multa pascendum carne leonem  
Iam dormitum.*

Homines dico eo fine natos, vt bibant, edant, dormiant, ac terræ fruges absument, *fruges consumere nati*: homines comedentes, non vt viuant; sed viuentes, vt comedant, credentes hac vita nullam meliorem superesse. Obsecro itaq; vos Auditores, an in talibus vllam Christi similitudinem inueniatis, & an non longe à Christo absint? *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.*

*Gal. 5.*

*Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Fratres debites sumus non carni, vt secundum carnem ambulemus.*

*Gal. 6.*

*Rom. 2.*

Christus totus bonus est, totus dulcis, totus humilis, & de his virtutibus assidue concionatur:

*Discite à me quia mitis sum & humilis corde.*

*Matth. 23.*

*Estote simplices sicut columbae.*

*Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos.*

O quam longè ergò à Christo absumus? Cum enim deceret nos agnos & columbas esse, leones getuli sumus, feri, arrogantes, indignabundi, si quis vel transuersum nos inspiciat; si mendacium nobis objiciatur,

colaphum impingimus; pro colapho autē graue vul-  
nus infligimus; inimicorum sanguinē sitimus, leoni-  
bus ipsis, quos aliqualis submissio ad misericordiam  
mouet, multo minus placabiles. Mirū est, quod Agni  
carnes comedentes, toties in tam efferos leones eua-  
damus, id est, quod toties communicantes & carnem

*Chrysof.* elati, tumidi, vindictæ cupidi: *Lupi simus* inquit *Chry.*  
*Hdm. 8.* *Agnum comedentes; tanquā oues passi, more leonum diripi-*  
*in Math.* *mus. Christiani non pugnādo, sed moriendo vincūt,* inquit  
*August.* Aug. quo bellandi genere suos aduersarios vicerunt  
*ep. 42.* tria illa Heremitarum millia, aduersus quos quidam  
Lucius Arian, episcopus milites, centuriones, & Tri-  
bunos, seu venatores in feras emisit: Sed quid actum?

*Ruffin. lib* narrat Ruffinus, *Cū venissent nouam belli speciem vidēt,*  
*11. histor.* *hostes suos gladijs obieclare ceruices, & nihil aliud dicent,*  
*6. 3.* *quā, Amice ad quid venisti? Eodē animo S. Christop. a-*  
*Surtus* *lapā impingenti Praefecto respondit, Repercussissem te,*  
*Tom. 4.* *si Christianus non essem. Ecce hos veros Christianos, in-*

*i. Bonum*  
*Christi*  
*anum &*  
*filium*  
*Dei.*

factis ostentant cuius magistri discipuli sint: Sed nos, o  
tempora! o mores! vn<sup>o</sup> alterū prouocat; alteri vindi-  
ctā etiā duplā, & vltra rependit; aliū vulnerare, imō  
interficere in Ecclesia, vel ipsa ara ludo est: testimonio  
esse poterit sacrilegū illud homicidiū nuper Camera-  
ci in Eccles. B. Virginis tempore Sacrificij missæ sub  
ipsa cōcione ab Hispano in Hispanū commissū: Anno  
hunc *Bueno Christian* *ep. hijo dos Dios* nuncupabimust  
nullo modo; longe enim a Christo absunt, non meo  
tantū, sed omnium æquorū iudicū iudicio. *Cum ad hunc*  
*longe esset.* Longè, longè. Christus amicus paupertatis  
fuit, in paupertate à pauperibus parētib; sed hone-  
stis, in pauperi stabulo, cū instar Regis in Rom. capi-  
tolio, aut quouis Regali Palatio natei potuisset, natus  
est; pauper vixit, omnib; paupertatē volūtariā suabit;  
Apost. maiore ex parte pauperes elegit; totus nudus,  
vt pauper mortuus est; vt pauper in alieno sepulchro  
cōditus est, & vt natiuitati, & morti vita tota respōde-  
ret, ita vixit, vt *filium hominis nō haberet vbi caput reclinare-*  
ret.

CONCIO SECVNDA.

Quāuis enim eius sepultura, quoad aliquas circū-  
 stācias gloriosa fuerit, quoad syndonē & lintamina,  
 quib⁹ inuolutus, quoad vnguēta, quib⁹ inunct⁹; pri-  
 mō per praeoccupationē ante mortē, *Ad sepeliendū ma-*  
*fact.* 2. post mortē, *Aloēs quasi libras centū.* 3. post Resur-  
 rectionē in vnguētis, quē ipsi pręparauerāt bonę ma-  
 tronę, si nondū resurrexisset, *Emerūt aromata, ut veni-*  
*entes ungerēt Iesum:* nihilomin⁹ tamē sepultura pau-  
 peris fuit, cū non ex bonis defūcti relictis, sed ex mera  
 liberalitate diriorum defūcto pauperi vnctiones hęc  
 impēsę sint. Et quid nos? cōtraria omnia. diuites esse  
 volum⁹, & pauperatē cane & angue peius odim⁹, do-  
 mū domo, agrū agro, villā villę &c. copulam⁹, ita ut  
 periculū iterū sit ne *Roma domus fiat:* totius pagi, villę  
 castri vn⁹ ferē Dominus est; reliqui vix casas habēt,  
 aut potius cauernas in quas se recipiant & subducāt:  
 arcas nostras auro, argētōq; oneramus & farcim⁹, di-  
 uites, ut Crassus audiri gaudem⁹, *viri diuitiarū saluta-*  
*ri optam⁹,* veri Pluti, pręcursores Antichristi: Soli di-  
 uites, & benē nūmati in admiratione sūt, siue clerici,  
 siue laici, siue boni, siue mali, ita Diabolo illi *Argento*  
 & idolo *Mammonę* prosternimur; Pauperes Ies. Chri.  
 eiusq; imitatorē S. Francisc. qui voluerint, sequuntur:  
 Nihil hodie laudabile dicitur, q̄ argētū possidere, &  
 diuitē esse, *Quia tāti, quātū habes, sis* Quęro itaq; nū-  
 quid nō veri Christiani sum⁹, & viuę effigies proximę  
 pauperē Ies. Chri. repręsētātes: imō q̄ propē simia ad  
 humanā pulchritudinē, & rationē accedit, *cū autē ad-*  
*huc lōge esset.* Credo sane, si prisci illi Christiani boni,  
 seu mali ex celo, aut inferno ad nos redirēt, nullū ve-  
 stigium Christi quoad paupertatē in nobis reperirent,  
 maximē ab eo tēpore, quo homines quidā Quintę  
 essētia (quos etiā nō nominatos nostis) inter Christ.  
 autoritatē obtinuerūt. Vah! o maledictā famē diui-  
 tiarū, infortunatū appetitū dignitatū, stultū deside-  
 riū superb. palati, & substruēt. hęc nos Patri nostro,  
 Romulo & fūdat. ciuitat. Dei, nostręq; Relig. archi-  
 tecto nostrę salutis, Ies. Chr. inq; dissimiles faciūt. Om-  
 nes cōcurrūt ad adorād. vitulos, vix vnus Tob. repe-  
 ritur, qui domi residēs adorat Deum, & paupertatem  
 Ies. Chri. alicuius pretij putat.

Horat. l. 2.  
 Sary. 4.

Char.

Charitas precor, quanta in Christo fuit, in nobis  
 quantula est? ardebat in ipso charitas, tam Dei, quam  
 proximi, ut in proprio fornace: Ita Christus amavit  
 Patrem, ut pro redemptione generis humani, *Christus*  
*Phil. 2.* factus sit obediens usque ad mortem; mortem autem crucis?  
 quamvis ex hoc nullus ad ipsum fructus rediret; nam  
 ut inquit Cicero, *Quid est amare* (ex quo nomen amicitia  
 ductum est) nisi velle bonus aliquem affici quam maxi-  
*Cicer. li. 2.* *de finibus.* mus; etiamsi ad se ex his nihil redeat? Ita etiam amavit  
 nos terra: vermiculos, fallaces & putatitias umbras,  
 & inanes bullas, ut propter nos quasi in nihilum se  
 redegerit; nam teste Apostolo, *Exinanivit semetipsum*  
*homo & umbra factus, sicut & nos, & habitu inuenit,*  
*ut homo,* se medium opposuit, ut ictus & flagella in  
 nos contorta ipse susceperet, imò & mortem iustine-  
 ret, ut nobis vitam redderet. O verum Pellicanum!  
 O verum Codrum, meliorem multum illo, qui pro  
 salute suorum Atheniensium periit! Et cur quare nos  
 a deo dilexit? an forte ipsi aliquid decessisset, si nos  
 saluari non fuisset? nehilus quidem: At forte ali-  
 quid ei nostra redemptio profuit? nihil, nisi quod  
 honorificum sit & gloriosum tanta bona, tam abie-  
 ctis & ingratis creaturis præstitisse; *semper enim servi*  
*inutiles sumus.* Sed qualis in nobis est charitas? conge-  
 lata & aquis Stygis in Arcadia fontis frigidiores, qua  
 potæ suo frigore mox hominem enecat dicuntur;  
 quæ ferrum etiam corrodunt, & nullo alio vasculo,  
 quam cornu pedi mulæ detracto conseruari, aut alio  
 deportari possunt, quarum frigore ipse Alexander  
 Magnus à nonnullis putatur peremptus. A deo friget  
 nostra charitas, ut hæc eius qualitas, mihi persuadeat  
 finem mundi adesse; circa hoc enim tempus futurum  
 prædixit Saluator, *Tunc refrigescet charitas multorum.*  
*Matt. 24.* Heu! quid propter amorem Dei patimur? non frigus,  
 non calorem, non famem, non sitim, non ieiunia  
 vigiliarum aut quatuor temporum, non abstinentiam  
 vnius diei: O quantum abest, ut æqualia ipse  
 rependentes, sanguinem nostrum pro ipso profun-  
 damus? Quando cum Apostolo dicemus, *Quis nos se-*  
*parabit*

parabis à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an  
 fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gla-  
 dius? certus sum quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq;  
 principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq;  
 fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia  
 poterit nos separare à charitate Dei qua est in Christo Iesu  
 Domino nostro. Quando cruces & martyria, vt nonnul-  
 limartyres, inquiremus? quando leones ad nos de-  
 norandum cum S. Ignatio prouocabimus? Et quid  
 pro proximo facimus? vbi bona & fidelia nostra con-  
 silia: vbi mutuum absq; vsura, aut spe lucri? quando  
 discordes conciliare nitimur? quando errantes ani-  
 mas in rectam viam reducere studemus? quando cap-  
 tos consolamur, aut redimimus? Qui in carcere, aut  
 miseria est, frustra auxilium aut libertatem pristinam  
 sperat; adeo amor proximi elanguit. Hic autem de-  
 fectus charitatis, fidem instar putentis cadaueris infi-  
 cit. *fides sine operibus mortua est.* Vera hominis Christi-  
 ani definitio est, quod sit vna imago Iesu Christi, an-  
 gelus terrestris, homo cœlestis, incarnatus quasi  
 Deus, compendium virtutum, encyclopedia perfe-  
 ctionum, longe aliam quam pagani vitam viuens;  
 nam vt Hieronymus ait, *Inter Christianum & gentilem  
 non fides tantum debet, sed etiam vita distinguere; & di-  
 uersam religionem per diuersa opera monstrare.* Sed nunc  
 pro dolor plurimi sunt vera imago Sathanæ, diabo-  
 li terrestris, luciferi incarnari, baptizati Turcæ, redi-  
 uiui pagani, vitiorum mancipia, omnium sordium  
 sentina, deniq; *Struma urbis & orbis.* Imago Dei &  
 Iesu Christi omnino deruta & abolita est; adeo vt si  
 Christus ipse ad nos rediret & interrogaretur cuius  
 est imago hac? *Super scriptio?* non auderet respondere  
*Caesaris,* Dei inquam, totius mundi Monarchæ, nisi  
 eam de nouo animæ nostræ insculpet.

Hieron.  
 ep. ad  
 Celant.

Nihil superbius, nihil magis immisericos & incle-  
 mens, nihil gulosius, nihil quærelisus & vindictæ  
 magis appetens, quam quidam inter nos Christiani:  
 Impossibile videtur nobis absq; contentionibus, al-  
 terationibus & bellis viuere, etiam cum domesticis  
 eius.

eiusdem fidei, cum tamen simus discipuli *Dei pacis*,  
*Principis pacis*; peiores sane Paganis & Barbaris; nam  
 apud quosdam populos Hyperboreos ut dicitur, nun-  
 quā discordia oritur; inter ipsos Turcas nostro mag-  
 no dāno altissima pax est, cum inter ipsos Christiani.  
 vix aliud sonet quā bella cōtinua, bella quasi heredi-  
 taria, sed & maximū Relig. Christianæ dedecus, cum  
 magna imminutione famæ & honoris nostri, cum  
 dissipatione patrimonij Ies. Chri. quod ipsi hæredes  
 profuderunt. Vere dicere licebit Syderiten lapillum  
 quidē exiguū, pessimē tamē proprietatis, utpote qui  
 cōtinuo apud illos ad quos defertur discordias gene-  
 rat, collo Principū Christian. appēsū gestari: Dicere  
 licebit in omnib<sup>9</sup> illorū comitijs & nuptijs Bellonā  
 pomū Iridis seu discordiarū seminare. An non ergo  
 quoad distātiā dissimilitudinis lōge à Chri. abiam?  
*Cum adhuc longe esset: Quid de distātia intellectus dicat!*  
 Proh dolor diversimodo de iisdē credim<sup>9</sup> & iudicam<sup>9</sup>  
 cū tamē moneat nos Paulus dicēs, *Hoc enim sentio in*  
*vobis quod est in Chr. Iesu:* Sed an bene cōsulēti obrōpe-  
 ram<sup>9</sup>? Nō, quod laudat, dānam<sup>9</sup>; quod dānat lauda-  
 m<sup>9</sup> cōtradictione spiritus intolerabili. *Va qui dicitur*  
*malū bonum est bonū malū.* Si erroneis nostris opinio-  
 nib<sup>9</sup> opponatur Euangeliū Christ. mox respōdebitur  
 hæc dicta esse *in illo tempore*, tūc scilicet cū hæc ita fie-  
 rēt aut fieri deberēt: quasi verō Chri. diuina sua pro-  
 uidētia nō omnia tēpora & circūstācias præuidisset;  
 quasi verō solū sui tēporis homines Chri. docuisset, &  
 nō nos & posteros nostros vsq; ad cōsumationē seculi;  
 quasi verō Euang. suū instar Kalēdarij alicuius pro-  
 vno tantū vel pauculis annis ordinasset. Præterea de  
 nulla cōtrouersia modo tā acriter quā de Euang. Ies.  
 Chri. disputatur: si Christ. ad nos denuo rediret, sine  
 dubio multo plures cōtradictores experiretur quam  
 vnquā, & veri<sup>9</sup> de illo diceretur, *Hic positus est in signū*  
*eius contradicetur.* Cū in omnib<sup>9</sup> nostris cōtrouersijs  
 sufficere deberet illud discipulorum Pythagoræ, *ipsi*  
*dixit;* nos tamē cōtra apertas Christi decisiones in o-  
 pinione pertinaciter hærem<sup>9</sup>: maior itaq; apud gen-  
 tiles

Vide  
 Picin. l. 2.  
 Nat. Hist.  
 cap. 21.

tilis Pythagoras, quam apud Christianos Chri. habebatur; nā de illo scribit Cicero dicēs, *Tantū opinio praudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas.* Cur quæsiō apud nos nō tāti sit auctoritas Christi quā Herou apud Platonē in Timeo de quibus scribit, *Falsis Deorum absq; ulla demonstratione credandū est.* Pro dolor verisimium est. Nunc Antichristi sunt multi, nec disputatione opus est, an dentur Antipodes, cū videamus quotidie tot directe Chri oppositos, & ab altera parte diametri ambulātes, iudicādo, docēdo & vivēdo cōtrario modo quā ipse Chri. seferit, docuerit, & vixerit: & taliū magnus apud nos numerus est, cum adhuc longe esset. Verū adhuc alij reperiūtur qui quāvis in veritate & iudicijs de Deo & diuinis Chri. propinqui sint, in sua existimatione per humilitatē longe absunt, & hi magnā laudē merētur. Talis tēpore Chri. era Publicanus ille qui cū inflato illo Phariseo in tēplū oraturus ascenderat, de quo Script. *Publicanus à lege stans, volebat nec oculos ad cælū leuare; sed percutiebat pectus suū, dicens: Deus, propitius esto mihi misero peccatori.* Talis erat S. Petr. cū aiebat, *Recede à me Domine, quia peccator sum.* Talis S. Paul. qui post tot virtutum heroicarum opera toties ab ipso iterata dicebat. *Non arbitror me comprehēdisse, & Nihil mihi conscius sū, sed non in hoc iustificatus sū.* Talis specialiter S. Pater noster Frac. qui dicere solebat, *Incipiamus, fratres, seruire Domino Deo nostro, quia vsq; nūc parū profecimus.* Et vt verū fateamur, talis à Chri. elongatio vera ad ipsum approximatō est, via regia & vent<sup>o</sup> secūdus, qui & citissimè & rectissimè ad ipsum nos ducit. Vt enim in sciētia multum profecit, qui cum Socrate dicit, *Vnū scio quod nihil scio,* quia talis appetitu sciendi adhuc stimulat<sup>o</sup> quotidie aliquid noui addiscit; ita etiā in virtutum semita magnos progressus fecit, & ad quāuis virtutē optime disposit<sup>o</sup> est, qui cū oēs desideret, nullam tamē earū perfecte se assecurū fatetur; è cōtra autē illi retro labūtur, qui putāt se sufficiēter progressos, ideoq; substūt, nā vt quidā S. Pat. ait, in via Dei nō progredi regridi est. & Senc. *Puro multos potuisse ad sapiētā peruenire, nisi putassent.*

Lib. 1. de nat. Deum

Bonau. in vita eius. 6. 24.

putassent se pervenisse. Thalys erat Thraconicus ille  
Pharisæus, qui omnia sua peccata & imperfectiones  
cæco oculo præteriens, suorum bonorum operum  
longum catalogum superbe contexit, *Non sum sicut  
ceteri &c.* Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omni-  
um quæ possideo &c.

Amici Auditores, si etiam nos simus inter illos qui  
à Christo elongantur, rogemus Deum suam gratiam,  
qua adiuti per amorem & morum similitudinem ad  
ipsum proxime accedamus: & cum ei sua gratia &  
nostra cooperatione proximi fuerimus, per timorem  
& humilitatem nos maxime longinquos reputemus,  
ita ut hæc humilis de nobis ipsis opinio, & prudens  
ignorantia omnes quas hæcenus obtinuimus per-  
fectiones geminet: Vericus hic,

*Non melius te filium facies dignum, quam si te semper  
constitearis indignum.*

### CONCIO TERTIA.

|                |  |
|----------------|--|
| <i>Græcè</i>   | Thema. Εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ<br>ἐπλαγχνίσθη.  |
| <i>Vulgata</i> | Vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus<br>est. |
| <i>Syriacè</i> | Vidit eum Pater ipsius, & misertus est eius.           |

### Argumentum.

- I. Iuxta textum græcum Pater vidit & agnovit filium,  
quomodo eum tria ab hac agnitione impedire po-  
tuisent.
- II. Deum multos oculos habere clarè videntes; & quid  
prosit hoc credere & sapius cogitare.
- III. Quomodo Deus dextro seu benigno oculo nos aspi-  
ciat. Auc.

*Iuxta*

## IUXTA TEXTVM GRAECVM

*Pater vidit & agnouit filium, quamuis  
eum tria ab hac agnitione impedire  
potuissent.*

**B**eneuoli Auditores, in posterum nostra concio  
vix aliud quam amorem sonabit, amorem in-  
quam non illicitum & concupiscentiae, sed amo-  
rem amicitiae, amorem naturalem, amorem virtuo-  
sum, inuentionem Veneris, sed illius quae Vrania seu  
caelestis cognominatur, quae significat amorem purum  
& sincerum ab omni immunditia corporali alienissi-  
mam, qualem debemus Deo, Parentibus, Patriae,  
Probis & virtute praeditis, benefactoribus nostris,  
Parentes vicissim prolibus & coniugati suis confor-  
tibus: Ac primum quidem agetur de amicis aspecti-  
bus omnis amoris praecursoribus, *Vidit illum Pater  
ipsum*: Secundò de Passionibus & compassionibus a-  
morosis illorum aspectuum effectis primis, *Et miseri-  
cordiam mosus est*: Tertio de occursum amantium, *Et ac-  
currrens*: vt ad succinum palea aut ad adamantem fer-  
rum. Quarto, de strictis & gratulatorijs amplexibus.  
*Cecidit super collum eius*: Quintò amicis & duplicatis  
basijs & suauijs, *& osculatus est eum*: Sextò de opulen-  
tis donis, vestibus, annulis, calceis, &c. Vltimò deni-  
que de nuptiali epulo, Sambucis, Cytharis, omnique  
musica Symphonia. Vix nunquam reor materiam ad-  
eò iucundam & hilarem, tam secundum litteralem  
quam allegoricum & moralem sensum, auribus ex-  
cepistis, vt nunc vtrunque intelligitis, & porro Deo  
adiuuante in singulis clarius perspicietis. Nā *plexus* *Verriem.*  
*ille & osculum pietatis paterna, quid non habet gratia, dul-*  
*cedimus? Quid non felicissimi gaudij: quid non sanctissima*  
*voluptatis? Sed suo ordine ad singula procedemus.*

Hodie solum de illo benignissimo Patri aspectu &  
inuenta dicemus: *Vidit illum Pater ipsum*. Vidit illum?

an nihil præterea? imo & agnouit eum, non tantum in generali vt hominem, sed particulariter etiam vt miserum, ait enim textus, vidit & misericordia motus est, nam misericordia cognitionem miseri supponit, sicut amor notitiam amabilis: imo etiam particularius vidit & agnouit filium suum; nam eo conspecto mox accurrat, si autem extraneum putasset, aut ipsum aduentantem expectasset, aut saltem tardo gressu & maturitate senis digno ei obviam processisset, & accurrens, diligenter autem hic notanda est vox græca *ἰδὼν* quæ non solum videre sed etiam cognoscere & intelligere significat, quasi dicat. Vidit & cognouit illum Pater. O senem! quomodo tam probe eum agnoscis: Nam tria impedimēta meo quid em iudicio sunt quæ hanc notitiam ei excutere potuissent.

Primo, Magna distantia: *Cum adhuc longè esset.* Visio enim debitum spatium inter oculum & rem visam prærequirit, ita vt neq; nimis longè recedat, neq; nimis ipsi potentia visua applicetur: sic enim neque vnum coronatum aureum videre valeo se ipsi oculo superimponatur aut plus iusto approximeretur; & quæ parum ex Breuiario meo legere potero si illud ad nasum admouero, quam si à me longitudine vnus hastæ distet. Adde hunc senem iam totum canum sine dubio visum, debilitatum habuisse, ita vt cum decrepito Isaaco non potuerit à longè tam acutè cognoscere miserum Iacobum prout iuuenis facere solebat. Prouecta autem ætatis ipsum fuisse vel ex eo colligis quod iunior eius filius ad illam ætatem iam diu peruenerat, vt dissiparet substantiam suam cum meretricibus: & tamen agnouit ipsum à longè cum adictum vnus scelopeti, vt diximus, fortè abisset.

Secundò ornatu & vestitu ipsius Prodigii, qui totaliter erat immutatus: erat enim vestitus & planè contrarius illi quem gestare consueuerat. Abierat vt suspicari licet sublimis in equo seu Siculo, seu Hispanico, seu Neapolitano, instar alicuius S. Georgii, & cristam plumeam contorquens, & in varios gressus equum

equum  
passu,  
decor  
Dama  
quasi  
uirer  
lach  
locant  
gros  
arte c  
que vl  
bonari  
nex re  
Dei iu  
passus  
cordul  
gentei  
Phrygi  
gis, lin  
ligno  
caligis  
etiam  
fectis.  
Qua  
tris su  
Quom  
Rex la  
garius  
posuit  
Coryd  
quam  
modus  
drus i  
est,  
Pelope  
dere in  
Sauler  
cere pe  
eum A

equum circumagens : Redit autem tardo lentoque passu, nihil in manu præter scipionem aut virgulam decorticatam tenens. Abierat totus holoserico & Damasceno serico simbrijs aureis vndique ornato quasi oneratus, vt amoribus suis commodius deferretur: sed redit, Deus nouit qualiter, forte vt simulachra illa, quæ abigendis aubus, in segetibus collocantur, aut sicut mola quotidie ventis exposita; grossiore scilicet tela vndique perforata, absque vlla arte cõposita penula, quæ vix cura contingeret; absque villo linteo indusio, aut si ei illud superfuerit, carbonario Leodiensi nigrius erat, & rudi sacco quam lineæ telæ similius, si non cilicio. Et merito hæc iusto Dei iudicio pro pompis & vanitatibus præteritis passus est, *Et erit pro fascia pectorali cilicium* : Cinctus cordula aliqua varijs nodis astricta loco cinguli argentei aut deaurati, sumptuosè acupicti & opere Phrygio elaborati. *Et erit pro zona funiculus*. sine caligis, sine calceis, nisi forte derrita aliqua habuerit ex ligno calopodia, amissis iam diu femoralibus & caligis bysiniis, acupictis & rugatis, deperditis etiam calceis ex corio Hispanico artificioso confectis.

*Isai. 5.*

*Quam pauper redijt, qui diues abscesserat de tota patris substantia calceamenta in pedibus non reperiât.* Quomodo ergo vt filius à Patre agnosci potuit? Si Rex latet, si Codrus aliquis capitur & tanquam gregarius miles interficitur, mox ac regia vestimenta deposuit & rusticū sagum induit. E contrario, si quidam Corydon paludamento regio ornatus tam in theatro quam in curia, aut inter plebem repræsentet, quis modus ipsum interoscendi erit? maximè si Codrus ille Atheniensium Rex, à quo Prouerbiū est, Codro nobilior, cum lixis & calonibus Peloponensium, vt quiuis scurra de triuio contendere incipiat. Quomodo misera Phitonissa Regem Saulem mutato habitu de futuris sciscitatem agnoscere poterat? Non enim omnes Prophetæ erant vt eum Ahix personatæ vxori Ieroboam dicerent:

*Petrus Rauin.*

*1. Reg. vii.*

E 2

*Ingrede*

3. Reg. 14. *Ingrederet uxor Ieroboam, quare aliam se esse simulat? Neque sancti Martini, qui Diabolum in Angelum lucis & magnificum Regem transformatum mox agnouit dicens: Dominus Iesus Christus non purpuratum aut adematate renitentem se venturum esse prae dixit.* Neque S.

*Breuiar.*  
*Rom. 11.* Benedicti qui Armigerum Totilæ sub Regio scemate & comitatu ad te missum, & Regem se simulantem, ut spiritum Propheticum sancti viri de quo fama increbruerat exploraret, mox deprehendit, & arguendo dixit: *Depone fili, depone quod geris, nam tuum non est.*

*Rom. 2.1.* Quomodo decrepitus hic senex filium suum ita mutatum & personatum à longe videre & agnoscere potuit? interim tamen verum est, *Vidit & cognouit eum Pater ipse.*

*Dialog.*  
*Greg.* Tertio, totius corporis alia quam fuerat constitutio: qui enim abierat delicatè nutritus, bono abdomine non nihil grauatus, vultu nepotico, crassus & pinguis, nec peius quam vitulus ille de quo postea audiemus, saginatus: redijt carne & musculis priuatus, sola pelle ossa contegente, squallidus, pallidus, deformis, vultu contracto, rugato & decolorato, oculis introrsum reclusis instar Lazari quadriduani de sepulchro prodeuntis, habens pro *crispante crine caluicium*, quod ex paupertate, fame, & morbo gallico contraxerat, & forte vnà barbam euulserat; & quis dubitet cum prostribus assiduus tam diligenter meretrices sectatus sit, & promiscuæ ac vagæ Veneri deditus fuerit, *Dissipauit substantiã suã cum meretricibus.* Scabies dorsum corroserat; nasum, labia, dentes & vngues ficus seu lues venerea penè exederat; renes aded absumperat ut corpus suum vix traheret, terram sicut ciliernium & arcus tensus incuruus prospectaret; Ille inquam qui agilis & erectus abierat: Hi enim effectus genuina filia lepræ seu Elephantia, & viduae infallibiles luxuriæ sunt. Parcite Auditores si auribus vestris non parciam, si rem vt se habet narrem: optatem enim iunioribus qui eandem cum Prodigio lemitam decurrunt, & easdem feras consecretantur, timorem aliquem incurere, ne in similem aliquando prædam

Isa. 3.

Mo. 1. 1.

dam incidant. Redijt plorans, eiulans, lachrymans, nō iam à pluuiā, sed lachrymis, imo mucō & catarris ex femiroso naso effluentibus madidus: Redijt denique totus transfiguratus nō in angelum lucis, sed tenebrarum: transfiguratus non tali transfiguratione quali Christus in monte Thabor, cum Resplenduit facies eius sicut sol; vestimenta autem eius alba sicut nix: Sed altera, quę scabrum, scabiosum & squalidum reddebat remonstrum aliquod exterum, aut Inferis rediuiua vmbra videretur.

Matt. 17.

Hei mihi qualis erat? quantum mutatus ab illo Hectorē, qui rediit exuuias indutus Achillei, Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes? Squalentem barbā, & concretos imbre capillos? Tuberāq; illa gerens, qua circum plurima porcos Accipit, pulsante & non pascente magistro. Faxit Deus vt secundum animam adeo transmutetur de malo in bonum, sicuti secundum corpus de bono in malum transmutatus erat, Amen Amen.

Virgil.  
Æneid. 2.  
\* al. san  
guine cri-  
mes.  
\* al. Vul-  
neraque.  
\* al. mu-  
ros.  
\* al. Pa-  
trios.

Quomodo ergo potuit bonus ille senex filium suum quem vix videbat & misere transformatus erat pro filio suo agnoscere: Non erat aspectus, neque decore Inglorius inter filios hominum: Dubium itaque non est quin animo multa voluerit Pater, & sapius Est & non est inter se commutarit, sed tandem tamen Vidit & agnouit eum Pater ipsius; & quidem prius quam filius Patrem vidisset & agnouisset.

Sed quomodo possibile id fuit? Dicam Auditores: Natura Amor & Pietas multis & clare tuentibus oculis prospiciunt:

Quid non videt amor? primi vidistis amantes. Oculi ipsi tot sunt quot Argo centeni & milleni, linceis clariotes: omnia vident etiam si paries septem pedes spissus interiaceat: nihil eos moratur assumpta persona, nil habitus vestium aut corporis constitutio immutata. Instar Aprorum longissimē suorum minimos gemitus exaudiunt: naribus illorum eleuatis & apertis exactior olfactus inest, quam odora canum vult; halitu suo à longe quod quærunt percipiunt.

Amor facit vt vitulum ex sua quiritatione agnoscat vacca, agnum ex balatu ouis, quantumcunque absint & magno gregi permisceantur. Amorem cæcum & oculos ligatum pingat qui volet; ego eum cæcum interdum, interdum oculatissimum dico: cæcum quia interdum in electione melioris errat,

*Prop. l. 2.*

*Eleg. 14.*

*Scilicet insano nemo in amore videt.*

Oculatum autem quia à longe quod amat videt, & ad obtinendum finem media prouidet. Inest enim parentibus nescio virtus naturalis in interiore forte motu sanguinis aut cordis alteratione consistens, qua proles suas quantumcunque deformatas & immutatas multo facilius quam alij agnoscant: & sic hunc Patrem filium suum Prodigum malè vestitum & mira metamorphosi transfiguratum, à longè ante reliquos vidisse & agnouisse dicamus.

II.

DEVM MVLTOS OCVLOS CLARE

*videntes habere: & quantum profit hoc credere & frequenti meditatione ruminare.*

**H**Æc omnia dicta sunt vt cognoscamus Deum plures oculos habere, eosq; admodum claros & acutum videntes, aut potius quod sit totus oculus; nam vt inquit August. ep. 36. *Deus totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est.* Narrant fabulæ à ze-  
lotypa Iunone, ne Ioui amplius subseruiter Io, adhibitum ei fuisse custodem Argum centoculum:

*Ouid. l. 1.  
Metam.*

*Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, quorum nonaginta octo semper vigilabant & custodiæ intendebant, duobus tantum alternatim quiescentibus, nam:*

*Suis vicibus capiebant bina quietem.*

Sed certè noster Deus pluribus & vigilantioribus oculis nos, & nostra, vndiq; & ab omni parte intuetur

*Confit.*

Constiterat quocumque loco spectabat ad Io:  
Ante oculos Io, quamuis auersus, habebat.

Psalm. Omnes vias meas prauidisti.

Neque enim animalia illa quæ vidit Ezechiel:  
Plena oculis ante & retro, quæ ita limpidissimis oculis  
erant tessellata, sicut cælum lucidissimis stellis, aut  
Panthera nigricantibus maculis, aut pauonis cauda  
ceruleis orbiculis exornatur. Neque etiam illa quæ  
intus plena sunt oculis, & Ioannes in sua Apocalypsi  
vidit, tam clarè prospiciunt quam noster Deus, fa-  
mosus ille Argonauta Lynceus, cuius visus parietes pe-  
netrabat, qui in specula Lybiæ consistens classem à  
portu Carthaginis egredientem dinumerabat; ille  
qui radices terra occultatas videbat, vt vult Pausa-  
nias; qui terræ obscura visu subintrabat, vt docet A-  
pollonius, qui rupes & muros trans mittebat, vt refert  
Plutarchus; qui nubes superabat, vt canit Valerius:  
Solut transibit nubila lynceus, cuius visus ad centum tri-  
ginta millia passuum pertingebat, vt dicit Varro. Hic  
tamen Lynceus, quamuis hæc omnia vera essent, quæ  
fabulosa iunt, & ideo conficta, quod primus homines  
artem metallicam & fodinarum docuerit, teste Lycop-  
phronte; comparatus cum Deo nostro, qui vt Plauti  
voce vtat, Oculissimus est, id est, plenus oculis & cla-  
rissimè videns, talpa cæcior est. Prudens ille Italiae  
Rex Ianus, quem quidam Quadrifrontem, alij  
Bisfrontem ob maximam suam prudentiam & admi-  
rabilem circumspeditionem faciunt, de quo Poeta:

Ezech. 1.

Valer. l. 1.  
Argonau.

al. Oculis  
visissimus.

Per. Sat. 1.

Macrob. l.  
15. saturn.  
c. 7.

O Iane à tergo, quem nulla ciconia pinsit.  
& quod præteritorum meminisset, & quod futura  
cautè prospiceret; nam vt Macrobius ait, Ianus credi-  
tur geminam faciem prætulisse, vt qua ante, quæque post  
tergum essent, intueretur. Quod proculdubio ad prudentiam  
Regis solartiamq; referendum est, qui & præterita nosset &  
futura prospiceret, sicut Antenora & Postnora, diuinita-  
tis scilicet aptissima comites apud Romanos coluntur: Hic  
tamen Ianus si cum diuina Prouidentia, aut verbum  
fingere liceat, cum longe-videntia & clar-intuitu  
Dei

F 4 Dei

Dei conferatur talpa erit. Quamuis aquila tam acute videat, vt in alto volitans prædam in imo maris fundo conspiciat: Quamuis caprea syluestris seu Rupi-Capra obacumen visus Græce *ἰσχυρὸς ἀπὸ τοῦ ἰσχυρὸς* id est videre dicatur: Quamuis Linx suo visu septem muros punetret vt fabulantur; tamen hi oculi nocturnorum lumina sunt, si cum oculis Dei nostri conferantur, quamuis aliquando à Sponso dicatur. *Similis est dilectus meus caprea, hincnu loq; cernorum.* Magnus etiam ille mundi oculus, qui vniuersum orbem, nos &

*Cantic. 1.*

*Ouid 4. Metam.*

*Eccli. 23.*

antipodas omnes spatio viginti quatuor horarum lustrat, & de quo Ouidius ait, *Vides hic Deus omnia primus.* Oculus ille qui omnia visibilia facit, & sine cuius luminae nihil pretiosarum, quæ officina huius vniuersi extant, conspici potest, pulcher inquam ille Sol nequaquam tam clarum videt, quam noster Deus, Nam, *Oculi Dei nimis multo plus lucidiores sunt super solē, cum respicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda, intuentes in absconditis partes.*

Quantumcunque enim clare resplendet sol, nunquam radij eius ad centrum terræ penetrabunt, imo nec intra cubiculum meum si eos oppositis fenestris excluderō: sunt etiam in quibusdam terræ climatibus homines, quibus sol aut nunquam aut breuissimo tempore, idque obscure splendet. Oculus autem Dei nostri ad cordis intima penetrat, & vsque ad profundum abyssi: Et te & furta tua profunda cauerna cum Caco absconde, & non deerit noster Hercules qui deprehendat & educat.

*Psal. 138.*  
*\* alicubi,*  
*cor*

*1. Reg. 16.*

*Et nox sicut dies illuminabitur.*

*Non est occultandum \* os meum à te, quod fecisti in occulto.*

*Homo videt ea quæ patent; Deus autem intuetur cor.*

Lactantius l. 6. de vero cultu c. 24. *Nihil prodest inelusam esse conscientiam, patemus Deo.*

Ambros. in Psal. 138. *Putas quod in lupanari te Christus non videat, quem videt lupanar ingredientem? putas quod in adulterio te non deprehendat, quem videt adulterium cogitantem?* Seneca

Seneca l. 5. ep. 41. *Prope est à te Deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos spiritus sedet malorum honorumq; nostrorum observator & custos.*

Cicero l. 2. de Divinat. *Ignorare Deus non potest quaquisq; mente sit.*

Ioannis 8. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus estis? Samaritanus, id est, custos & observator.*

Iob 38. *Ingreditur profundum maris (id est ex mente Gregorij, mentem humanam) & in nouissimis abyssis deambulat.*

S. Leo *Ista est Indiciis summi scientia, iste tremendus aspectus ipsius, cui peruium est omne solidum. & apertum est secretum; cui obscura clarent, muta respondent; silentium conhibetur, & sine voce mens loquitur.*

Non est ei opus cancellato pectore, ut penetralia cordis nostri umbrōsi intueatur, & sic Momus non habet quod conqueratur cancellos tales naturam homini non indidisse, cum illis author naturæ non opus habeat: Neque ei necesse ut intermedia impedimenta auferantur, priusquam radii eius cor hominis illuminet, quod tamen Soli necessarium priusquam spatium aliquod illuminet. Non, non: intime enim cordi humano præsens est, & ita quidem ut in manu eius sit, *Cor Regis in manu Dei est*, & nihil agat homini nisi Deus cooperetur ad productionem actus, *Sine ipse factum est nihil*, adeoque optime quid agamus, aut cogitemus ipse nouit: Nouit Deus, ipsumne amem, an non amem; num multum num parum; an propter ipsum purè an propter meam philautiam; si similem, an dissimilem, melius, quam egomet norim; & sicut vultum nostrum ac gestus alii melius norunt quam nosmetipsi, ita & ipsi dicere cum S. Petro possumus, *Domine, tu omnia nosti, tu scis, quia amo te.* Ipse etiam Deus est, per cuius gratiam nos ipsos, & nostra corda seu vultus in speculo contemplamur, *Domine in lumine tuo videbimus lumen.*

Præterea Sol non videt omnia simul & vnico intuitu, sed successiue; de die nos videt, de nocte Antipodas, & quidem in vno climate citius, in altero serius.

§ citius

citius in oriente quam in occidente; ascendit enim & descendit; nos autem Deus omnia vnico momento videt, & ab æterno vidit simul præterita, præsentia & futura: *Domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua*, dicit ei Propheta Regius: cui *Nihil est sub sole nouum*. Et cur hoc non credamus, cum nonnulli historicis nobis persuadere ausi sint, dictum Lynceum tanto visus acumine præditum fuisse, vt vno die videre potuerit primam & vltimam lunam in signo Arietis? Præterea nihil videt nisi quod est; quæ nondum sunt, aut aliquando fuerunt ipsi occulta sunt; cum Adam videret Abraham non videbat, qui nondum natus erat: & cum Abraham videret Adam non videbat, qui iam amplius non erat, sed esse desierat. Sed Deus nos vidit: Antichristum cum Adamum & Abrahamum videret, & idem est de quous homine futuro ab ipsa æternitate. Cum Adam videret simul videbat quis esset futurus Iacob, quis Esau, & quod vnus amore alter odio se dignum faceret, videbat Lutherum videbat Calinum infinito tempore prius quam de ovo excluderentur: & sic beata Virgo de se dicit, *Natum erunt abyssi & ego iam concepta eram*. Cum autem adhuc longè esset vidit illum Pater ipsius.

**Psalm. 8.**

Vidit Nathanael simplicem illum & probum, veterum temporum & aurei seculi hominem, sed iam ante eum sub ficu viderat, imo iam tum cū in rebus Adæ & in ventre Eux esset, & cum de arbore vetula illi manducarent;

*Cum esses sub ficu, vide te.*

**Ioan. 1.**

*Priusquam te formarem in utero, noui te.*

**Jerem. 1.**

*Sub arbore malo suscitauit te; ibi corrupta est mater tua, violata est genetrix tua.* Vidit inquam hæc Deus cum nos ad vitam æternam prædestinaret.

**Cant. 3.**

*Imperfectum meum viderunt oculi tui.*

**Psalm. 1, 8.**

*Intellexisti cogitationes meas de longe & omnes vias meas præuidisti.*

Nondum cogitaueram hoc vel illud siue bonum siue malum facere, & tu iam videbas quid facturus es: Nihil adhuc iachaueram, adhuc omnia erat quæ

sic coagulatum & informis embrio virtutum aut  
vitiatorum, rudis erat & indigesta moles seu chaos  
quoddam, & tu iam videbas quale inde opus exiret:  
*Imperfectum meum viderunt oculi tui. Preparationem  
cordis eorum audiuit auris tua.*

Multo itaque perfectius nouit vitam tuam tran-  
sactam, siue in bono, siue in malo, sic Samaritanae di-  
xit quot viros habuerat & omnia quae fecerat, *Videte Ioan. 4.  
hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci.* Et hinc  
Graeci Deum appellarunt *θεός* quod deriuatur à verbo  
*θεωω* quod significat *video*, *speculor*, eo quod videat  
omnia; & sic Ambrosius dicit, *Deus dicitur quod speciet Hebr. 4.  
omnia*, & quia, *Non est vlla creatura in conspectu eius in-  
uisibilis*, ne quidem fabulosus ille Gyges Platonis &  
Ciceronis cum suo annulo magico.

*Matth. Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.*  
*Psal. Tenebra non obscurabuntur à te, & nox sicut dies  
illuminabitur; sicut tenebra eius ita est lux eius.*

Atque ita sane de Deo credendum est; alias enim  
non magis esset Deus quam ego, cum in Deo non  
possit aliqua impotentia aut ignorantia: & ratio di-  
ctat, cum qui potest alicui aliquid dare, illud ipsum  
habere saltem eminentiori aliquo modo, nam *Nemo  
dat alteri, quod non habet*: Ipse autem est, qui lucidos il-  
los oculos in fronte nostro constituit; æquum ita est,

vt ipse oculos, saltem excellentiore modo habeat; *Qui Psal. 98.  
plantauit aurem non audiet; aut qui finxit oculi non con-  
siderat.* Ipse est propter quem Prophete *Videntes* appel-  
lantur, eo quod futura post mille annos præuideant;

sicut *Isaias* passionem Christi cum dixit, *Vidimus eum, Isai. 55.  
& reputauimus eum quasi leprosum, & non erat ei species,  
neq; decor*, quod ante mille annos antequam nasceretur  
facta, ea promptitudine recolant, ac si præsentis  
fuisset, vt *Moyles* creatione mundi: quod videant ea  
quæ suo tempore contingunt, sed in locis admodum  
remotis, sic *Elizeus* vidit Auaritiam *Giezi* amanuensis  
sui à *Naaman* munera recipientis: Sic *S. Petrus* frau-  
de *Ananiae* & *Saphiræ* in venditione agri & oblatio-  
ne prætij quasi præsens intuebatur: Sic *S. Franciscus*

intel-

Dan. 1.

intellexit murmur cordis alicuius fratris indignantis, quod ipse pedes ambularet, cum S. Franciscus a sino veheretur. Sic Daniel somnium Nabuchodonosoris cuius ipse non meminerat exposuit. Si itaque secundum Auerroem, *Quod est potissimum in creaturis, Deo attribuendum est*, & non dubitemus Prophetas vidisse, & sciuisse plurima absentia, præterita, & futura; quidni hæc ipsa & in infinitum plura perfectiori modo cognoscit & videt Deus: omnia igitur videt, & quidem à longè: *Cum adhuc longè esset, vidit eum Pater*, siue sint longè quia iam diu præterita; siue sint longè, quia iam diu antequam fierent cognita sunt; siue sint longè, quia absentia, aut hominum malitia plus fucata & personata, quam sua paupertate noster Prodigus, qui totus laeget, & nudus, ac instar alicuius medicabuli vestitus redijt: siue sint longè, quia mala sua voluntate & iniustus dolis turpiores & factiosa facti sunt, quàm quoad vultu & corpus propter miseriam miseriam additam noster Prodigus: Hos & hæc omnia omni sublato velamine & fuce, in seipsis videt Deus, seu bona, seu mala, siue recta siue peruersa intentione facta sint: *Vidit & cognouit eum Pater ipseus.*

Psal. 138.

*Domine probasti me, & cognouisti confessionem meam, & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longè, &c.* O grandem oculum omnium

Hier. 1.

lustrantem, omnia explorantem & insipientem. *Vigam vigilantem ego video*: Omnia considerantem.

Cantic. 2.

*Prospiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* O oculum, qui videt omnia & tamen ipse inuisibilis & in fundo tenebrarum suæ incomprehensibilis latitat:

Psal. 138.

*Et quo à facie tua fugiam?*

O sanè quantum nobis expedit hæc ita se habere, & quam vile erit hæc sepius per fidem in memoriam reuocare, idque diuersas ob causas. Primo enim hæc ipsa consolationi erunt illis qui vanam gloriam in mentes bona opera in occulto perficiunt, *Hic venit ad Iesum de nocte*. Ex hoc enim certam spem æternæ remunerationis ab eo qui omnia videt & audit accipiant

icipiunt illi qui in occulto sub tecto & ianua clausa bonis operibus student, orationibus vacant, ieiunijs incumbunt, eleemosynas largiuntur, & cum Tobia de nocte mortuos sepeliunt. *Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.*

Hic oculus suo tempore declarabit quis fuerit ille S Nicolaus qui pro matitandis tribus pauperibus filiabus periculo prostitutionis expositis, tres saccos honestas dotes continentes per fenestram in aedes paternas cōiecit. Hic oculus declarabit S Elizabetham Hassiæ Langrauiam & Regis Hungariæ filiam ideo de latere mariti surgere solitam, vt liberius orationibus vacaret, & toti mundo notum faciet, quomodo in abscondito horti sui loco mendici alicuius scabiosum caput lauarit & mundarit. Hic oculus declarabit quod Tobias sapius & prandium & lectum deseruerit, vt interfectos clam sepeliret. Hic oculus cōsolatorius est his qui falso & Sycophanticè accusantur de his quæ ne somniarunt quidem, sæpe enim contingit quod ij qui ipsi ficus comederunt, alios accusent, sicut Susannam Seniores, Iosephum vxor Putipharis, Hyppolitum Phedra, Bellerophontem Stenobea, & conserui sui miserum Æsopum: Hi enim tandem in suis sceleribus à Iudice omnia vidente deprehendentur ac pœnas dabunt; Innocentes autem in nouissimo die coram toto mundo absoluentur & iustificabuntur. *Nihil enim opertum, quod non reueletur, Matt. 10. neque occultum, quod non sciatur, in die iudicii scilicet, ex mente Hilarii. Cum autem adhuc longè esset, vidit Hilar. in illam Pater Matib.*

Tunc oculus ille omnia explorans euidenter demonstrabit Iosephum non sollicitasse Dominam suam ad turpitudinem; Hyppolitum Phedra non acquiescisse; Bellerophontem hospitem suam non vitasse; Susannam senioribus non acquiescisse, sed è contrario omnia contigisse: tunc omnis fucus & persona detrahetur; tunc omnes impostura in pleno mundi Theatro publicabuntur, & seuerissimè punientur. *Reuelabo pudenda tua in facie tua. Ostendam genibus Anos: nudata.*

Job. 36.

*puilitatem tuam, & regnis ignominiam tuam,**Causa tua quasi impij iudicata est; causam Iudiciumq[ue] recipies.*

Hic oculus declarabit falso Theodoro Monacho impositam fuisse prolem, cum corpore monialis & virgo esset, exteriore solum habitu monachus, quem ideo assumpserat ut tanto securius Deo deseruere, prout in illa die omnibus constabit.

Deum esse omni scientem & omnia videntem, consolationi esse potest etiam his qui boni operis aut indifferentis aliquid cum faciunt, mox suos experitur calumniatores & maleuolos interpretes, qui quærit etiam bona in sinistram partem semper detorqueant, & ex omni melle venenum sugunt: Hi enim in spem eriguntur quod illo omnia-videns Deus manifestabit consilia cordium, & rectas ac sinceras ipsorum intentiones. Tunc videbitur cur Iesus cum Publicanis & peccatoribus manducauerit: Tunc patebit cur se ab hominibus subducant qui nulli odio sunt, sed à pluribus amantur, quod fecisse dicitur Timon ille Misanthropos; tunc scilicet constabit hoc ipso fecisse zelo sanctitatis, ne cum hominibus conuersando minus homines, & imperfectiores redderentur. sic enim Sanctus quidam dicere consueuerat, *Quoties inter homines fui, minus homo & minor in mercedibus.* Videbitur tunc (ut cum debita modestia & humilitate aliquid de me dicam) quid ego meo itinere Romam versus intenderim, cuius causæ gratia Dei & mea nonnulla industria hæcenus ita occulte manserunt, ut in tota Roma excepta Sanctissimo D. N. Paulo V. solum duo meorum consiliorum participes fuerint; quorum vnum sua Sanctitas mihi proprio ore Interpretem assignauerat, alter mihi speciali amicitia iunctus erat. Et tamen Romæ in illo orbis oculo, Vrbe ocularissima, quatuor menses sapientiam visitando exegi. Quamuis enim de hoc meo itinere diuersi diuersæ & satis præsumptuosè dixerint; vnus sic alius aliter illud interpretatus sit, prout cuique bonum videbatur, imo nonnulli existimant.

Remanuerint id acquirendi beneficij & officij causa  
 susceptum fuisse : tamen tunc patebit testimonio  
 oculi illius omnia explorantis & videntis, quod pro  
 bono publico iter illud ingressus sum ; quod ad-  
 modum Reuerendo P. Ioanni Neieno in Dedicato-  
 na Codri Evangelici verum scripserim; quod Patri-  
 meæ pacem, totius Reipub. Christianæ publicum  
 bonum, exaltationem Christianismi, euerfionem  
 Mahometismi, mediante *Pace-belligera*, id est, omni-  
 bus Christianis contra Turcas conspirantibus zela-  
 uerim; qualem pacem etiamnum desidero, & videro  
 aliquando spero. Hic oculus qui consilia cordis mei  
 & intentionem vidit, calumniatoribus meis manife-  
 stabit quid fecerim & quem scopum intenderim. Sed  
 satis. *Tantum valet homo, quantum valet in oculis Dei.*  
 & nihil amplius, inquit S. Pater Franciscus: Hoc er-  
 go inter tot calumniatores & iniquos iudices vni-  
 cum sit nostrum solatium, & spem nostram acuamus  
 dicentes: *Qui iudicat me Dominus est: Mihi pro minimo*  
*est ut à vobis iudicer, aut ab humano die.*

Efficit etiam Christianos castiores & religiosiores  
 si sapius Deum omnia videntem considerent, ac se-  
 cum iterent, *Ionis omnia plena*, quod facile gentilis  
 Philosophus Thales Milesius aduertit; nam ut refert  
 Cicero l. 2. de legibus, *Thales qui sapientissimus inter*  
*septem fuit, dicebat, Homines existimare debere, Deos om-*  
*nia cernere. Deorumq; omnia esse plena, & fore omnes ca-*  
*stiores, veluti quo insans esset maxime religiosus.* Præterea  
 huius rei consideratio utilis est ad retinendum & in-  
 timore continendum audaces quosdam & desperatos  
 peccatores: eiusmodi enim infallibiliter credentes  
 Deum omnia ipsorum opera & intentiones quantumvis  
 abstrusas, occultas & fucatas videre; ipsumq; legis-  
 latorem præsentem inspicere, quinam affixas leges  
 suis pedibus conculeet, aut a peccatis se continebunt,  
 aut saltem non tam impudenter peccabunt, & per-  
 præceps in quæuis peccata ruent, quam si sibi hoc *Boeth. l. 9.*  
*non persuaderent: vnde bene ait Boethius: Magna de Consol.*  
*nobis*

nobis inditta bene vivendi necessitas, qui agimus ante oculos cuncta cernentis Dei. Quod ipsum inter cætera Davidem in custodia mandatorum Deiretinuit, qui de se ait, *Servavi mandata tua & testimonia tua; quia omnia via mee in conspectu tuo.* & Psal. 15.

*Providebam Dominum in conspectu meo semper; quoniam à dextris est mihi ne commovear.*

Et sic etiam verum est quod ait Senec. lib. 1. epist. 11. *Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat;* qui enim socium habet & testem, pædagogum seu Magistrum præsentem habet, quamvis vel infans esset, iuxta illud Satyrici:

*Iuven.* Peccaturo obstat tibi filius infans.

*Satyr. 14.* Multo magis autem à peccatis deterrebimur si inspectorem actionum nostrarum habeamus virum probum & perfectum, quod non displicebat ipsi Epicuro, qui suadebat, *Vivere tanquam sub alicuius boni viri ac semper præsentis oculis.* Et quid ergo erit, si Deum ipsum omnium actionum nostrarum spectatorem credamus?

*1. Cor. 4.* Spectaculum facti sumus Deo.

*Iuppiter arce sua totum prospectat in orbem.* Si credamus Deum omnium dictorum auditorem? *Auris cæli audit omnia.* Si credamus, quod Deus omnes cogitationes & intentiones nostras scrutatur, *Deus scrutatur corda & renes.* Sanè hæc vnica consideratio sufficiens esset ad offensiones Dei prohibendas, considerato maximè hunc inspectorem infinitè magis esse reuerendum & timendum, quam ex superioribus aliquis, tum propter ipsius incomparabilem & excellentem maiestatem; tum, quia ipse est spectator & pars offensa; tum, quia ipse est Iudex, imo & tortor eorum qui ipsum offenderunt. O quam prudentes erant prisce illi Ægyptii, qui ex editis locis suorum templorum multos oculos & aures aureas suspendebant, Hieroglyphicè significantes per aurum Deitatem, per oculos & aures perfectam Dei de omnibus notitiam, simulque monentes, vt quisquis Deo inspiciente, quod sui officii est, faciat.

Hoc

Hoc enim modo S. Paphnutius meretricem Thaidem è sordibus luxuriæ eduxit: nam ad illam cupitis quasi amplexibus fruiturus rogauit in secretis aliquod conclaue introduci, quo nullius oculos formidantes tanto liberius animis suis indulgerent; obtinuit illa, cum que in secretis cubiculum deduxit; quo adhuc caute se alicuius oculum vereri, illa subiunxit, *Nemo te hic iam videre præter Deum potest.* Quod dictum excipiens S. Abbas rogauit, num crederet vnum Deum cui nihil est occultum, qui premia bonis, malis autem pœnas reponit, qua respondente quod sic, exclamauit, *ô te miseram, quæ cum hæc non ignores, te tamen omni venienti & redeunti exponis ac prostituis! ô miseram & infelicem, Hospita meretrix!* pro momentanea delectatione te perdituram, & mille doloribus ac æternæ damnationi te obnoxiam facis? Et quid inde! Tantum profuit meretriculæ illi oculi ipsius omnia videntis refricata memoria, vt torrentem lachrymarum de fonte oculorum suorum profuderit, pristinam vitam in castam & honestam commutauit, carnem suam castigauerit, eamque ieiunijs & orationibus castitatem docuerit. Prudenter itaque ex nostro ordine quidam dictus patribus suis inscribi curabat, *Cave, Deus videt, & Reuerendissimus Episcopus Audomarensis mihi persuadebat, vt in cellis fratrum describi curarem, Pense, que Dieu te void.* Memento, Deum te videre. Similiter mellifluus ille Bernardus ante illos dixerat. *Time oculos caprea; time illum, qui per Prophetam dicit: Et erit in illa die, Ego scrutabor Ierusalem in lucernis. Acuto visus est, nihil in scrutatum relinquet oculus eius.* Similes sententiæ breues aureæ sunt & neruosæ, plurimumque valent in anima eius, qui non omnino desperauit, ita vt non peccet facile, aut si peccauerit ad penitentiam redeat. Muleum grauat delictum in presentia eius qui offenditur peccasse: sic Absuerus in Aman excaecatus dicebat, *Etiâ Reginam presentem me voluit opprimere: Quid ergo erit, quod coram oculis Dei peccauimus:*

Psal. 50.

Luc 15.

Genes. 17.

*Malum coram te feci.**Pater peccavi in caelum, & coram te.**Homines autem Sodomitae erant homines pessimi coram Domino nimis.*

Et quis his non moueatur? imò omnes moueri puto, & si quis non, is verè ingenuus non est. Vtile itaque erit læpius cogitare, *Cum autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius*

Deiphilus Comicus, *Si quis mortaliū male agens putat Dei oculum effugere, is impia ducitur cogitatione. Caute, qui putatis Deum non esse, est enim, est inquam. Si quis autem perperam agit, tempus lucratur; Nam postea datur pœnas.*

Cicero lib. 2. de legibus. *Sic hoc à principio persuasum hominibus, Dominos esse omnium rerum ac moderatores Deos, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat Religionem, inuerti, perurumque & impiorum habererationem.*

Idem lib. 1. de Natura Deorum. *Sunt Philosophi qui fuerunt, qui omninò nullam habere censerent rerum humanarum procuracionem Deos, quorum si vera est sententia, qua potest esse pietas: qua sanctitas: qua religio?*

Ibidem, *Si Dii neque possunt curare, neque volent, nec omnino curant, nec quid agamus animaduertunt, nec quod ab his ad hominum vitam promanare possit; quid est quod illos Deis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus?*

Ibidem, *Atque, haud scio, an pietate aduersus Deos solata, fides etiam & societas generis humani, & una excellentissima virtus iustitia tollatur.*

## III.

QUOMODO DEVS DEXTRO SE  
benigno oculo nos aspiciat.

Quamuis Deus omnes videat tam bonos quam malos, & quicquid siue boni siue mali agimus.

Oculi Domini contemplantur bonos & malos.

Dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut videret, si est intelligens aut requirens Deum. *Psal. 52.*

Non tamen nos omnes & omnia eodem oculo intuetur; dextrum & sinistram oculum habet, vindictæ scilicet & fauoris: Eodē oculo notat omnes & omnia intuetur, omnia enim a quē nouit, ut in die iudicij reddat vnicuique secundum opera sua; non tamen eodem modo affectus: Malos enim sinistro oculo transuersim & rotue intuetur, quos etiā & minis intentatis & incussis malis interdū ad se pertrahere conatur, interdum ex toto perdit, *Vultus autem Domini*

*super facientes mala.* Bonos autem benigno & amico *Psal. 33.*

oculo intuetur, eorum opera & intentionem appro-

bans, sicut in Genesi dicitur: *Vidit Deus cuncta, que fe-*

*cerat, & erant valde bona:* Ac hoc sensu quidam ex Pa-

tribus ait, *Que probat Deus, videt; & que videt, probat:*

eiusmodi enim intuitus approbationis laudabilior est,

quā si verbis exprimeretur. Sic etiam Venerabilis Be-

da ait, *Videre Dei eligere vel amare est:* Sic Deus vidit Noe *Bed. in 19.*

& iustum approbavit, *Te vidi iustum coram me in gene-*

*ratione hac.* Sic Deus Pater opera Filij sui Iesu-Christi *Luc.*

pro nostra redemptione vidit, approbavit & accepta-

uit, *Gen. 7.*

*Vias eius vidi, & sanavi eum & reduxi eum, & reddidi* *Isai. 37.*

*consolationes ipsi, & lugentibus eius.*

Sic David orat, *Vide humilitatem meam, & laborem* *Psal. 14.*

*meum, & dimitte vniuersa delicta mea & alibi.*

*Quoniam pauper & inops sum ego:* *Psal. 85.*

*Respice in me & miserere mei.*

Bono oculo quosdam intuetur quando quosdā eli-

git & educit de numero imperfectorum aut damnā-

torum, & hoc sensu Nathanaeli dicit, *Prinquam te*

*Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.*

Sic etiam maiores populi Israel, Patriarchas scili-

cet & Apostolos, vidit apud Oseam cum ait, *Quasi*

*ruus in deserto inueni Israel; quasi prima poma ficulnea, in*

*acumine eius vidi Patres eorum: Ipsi autem intrauerunt*

*ad Beel-Phogor.*

Dicitur prererea quempiam videre, cum illis quos intuetur, boni aliquid præstat, conferens eis gratiam specialem aut purgando & illuminando intellectum, aut voluntatem mouendo & calefaciendo, aut præterita in memoriam reuocando, aut à malis imminuentibus præseruando, aut ab infortunio præsentis liberando. Hoc oculo intuitus est S. Petrum & S.

*Matth. 4.* Andream piscationi diligenter intentos; nam ex piscium, hominum piscatores effecit. Eodem oculo S. Matthæum telonio assidentem, vt vel pugillum bonorum incertorum & transeuntium cum periculo eterna damnationis lucraretur, tunc respexit Christus cum subito immutatus in alium virum ex Publicano Apostolus & Euangelista euasit: *Vidit hominem*

*Matth. 9.* *sedentem in telonio Matthæum nomine.* Eodem oculo intuitus est principem Publicanorum Zachæum nomine in Sicomoro sublimem, *Suspiciens Iesus vidit illum;* felix hic Horoscopus, & lucentium astrorum graciosus aspectus in causa fuit, vt subito in Christo renasceret, & ad bona sua cum pauperibus diuidendum, & quadruplum defraudatis restituendum, denique ad cogitandum serio de salute animæ suæ inclinaretur: *Hodie salus huic domui facta est.*

Eodem gratiofo oculo intuitus est S. Petrum cum post iteratam negationem, & horrendam execrationem maximo cum periculo & accelerato gressu ad infernum properaret; reuocauit enim ei in memoriam quomodo fatutas negationes prædixisset, quomodo gallum prius bis cantaturum prænuñtasset, & sic simul ei sua scelera & horrenda crimina tam breui tempore accumulata ab oculos statuit, & amarum mare calidarum lachrymarum effundere fecit, *Et egressus foras Petrus flevit amare.* Ita vt verè dicere possit hunc Magistri sui intuitum Amarum - Dulcem fuisse Amarum, eo quod instar mirantis Patris suo filio, timorem & horrorem in animo ipsius produxerit. Dulcem eam quia ex misericordia procedebat, & ab eo corde quod eius perditionem non volebat, sed fortiter colapsam amicitiam restaurabat:

*Amantium ira, amoris redintegratio est.*

*Terent. in*

Vnde & postea primatum totius ecclesie Christi  
obtinuit: Adeoque quia ex amore peccata sua deplora-  
bat, tanto amarius lachrymabatur quanto amoro-  
sius ea dessebat:

*Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.*

*Cant. 4.*

*Deus molluit cor meum & omnipotens contur-  
bavit me.*

*Iob. 23.*

Et secundum hos effectus apte dicit S. Ioannes in  
sua Apocalypsi, *Oculi Domini sicut flamma ignis: Ut e-*  
nim calor ignis glaciem instar fontis in guttas & li-  
quorem resoluit & fundit; ita etiam faustus Dei in-  
tuitus cor congelatum emollit & in lachrymas resol-  
uit.

*Apoc. 19.*

Dextro etiam oculo Deus hominem intuetur, cum  
ipsum aut a malo venturo praeferuat, aut ab eo in  
quod incidit liberat: sic respexit afflictionem populi  
Israel seruituti & tyrannidi Aegyptiacae subiecti, de  
quo ait,

*Vidi afflictionem populi mei in Aegypto.*

*Exod. 3.*

*Transiens per te vidi conculcari te in sanguine tuo*

*Ezech. 16.*

Quarecigitur quispiam quo oculo Iesus - Christus  
prodigum suum mysticum, publicanos inquam &  
peccatores intueatur? Respondeo sine dubio dextro  
& fauenti oculo, ut effectus consequentes euincunt.

D. Bonauentura hunc locum tractans ait: *Patris aspe-*  
*ctus, dulcis est creatoris affectus.* Et quid benevolentiae  
significauit hic aspectus? Approbationis seu Accep-  
tationis inquam. *Cum adhuc longe esset, vidit illum Pa-*  
*ter, id est, probauit acceptum habuit propositum eius, bo-*  
*num affectum ad meliora, vel cum tantillo effectu:*

*Serm. 2. de*

*Mortis.*

*Ut desint vires tamen est laudanda voluntas.*

Magnae certe benevolentiae erat aequi bonique con-  
sulere, imò acceptum habere quicquid boni fecerat,  
quamuis haec ipsa multis peralanguis a perfectione &  
fructibus dignis poenitentiae abessent. Benevolentiae  
fuit illius, bona desideria, suspiria, deliberationes &  
conatus pro ipsa satisfactione acceptare, *Et surgens*  
*uenit ad Patrem.* Placebat ei tale quale donum quod

offerebat, ut quondam vidua euangelicæ minuta duo, quia quod poterat faciebat, libero eius arbitrio præuenientis gratiæ auxilio cooperante:

*Et capitur minimo iuris honore Deus.*

*Non quantum, sed ex quanto: nec tam manum, quam animum spectat Deus*

*Leuius  
Ammon.  
in Tract.  
Lat sup.  
hanc Pa-  
rab.*

Benigno oculo ipsum respexit donans illi non gratiam præuenientem simpliciter (prout doctus quidam Carthusianus opinari videtur) quæ ei iam data erat: quomodo enim sine hac ad cor conuerti, seipsum cognoscere, pœnitere, ad Deum redire, peccatum fateri, mercenarij conditionem optare, viæ ad Patrem ducenti se committere potuisset? quæ tamen omnia ante hunc paternum intuitum præstitera, habebat itaque tunc temporis gratiam præuenientem & excitantem. Quam ergo gratiam Dei intuitus hic illi contulit? Dicam, gratiam concomitantem & adiuantem ad inchoatum ædificium consummandum, fructus dignos pœnitentia faciendum, quibus ad perfectam reconciliationem, integram Iustificationem, ac tandem ad æternam gloriam perueniantur: nam absque hac gratia operi nostro septem mundi miraculis excellentiori Colophonem non magis imponere poterimus, quam sine excitante aut præueniente, ut loquuntur Theologi, illud ipsum incipere potuimus. Ut *neruus belli, pecunia*, Proverbio militum dicitur; sic Iustificationis neruus gratia Dei præueniens & concomitans est. Sicut in Oratore sententia celebri faciendi Demosthenis primas habet *Actio*, habet secundas, habet tertias: ita & in materia Iustificationis primum maximeque necessarium est gratia præueniens ad inchoandum; secundum est gratia concomitans ad prosequendum; tertium est gratia subsequens ad perseverandum: Gratia enim diuina nobis necessaria est ut bonum spirituale inchoemus, prosequamur, & in eo persequeremur.

Significat itaque paternus hic intuitus Deum Publicanis & reliquis peccatoribus serio dolentibus

confe  
ad op  
pœnit  
prim

Qu  
tuam

Vid  
pœnit  
doctu

Ag  
nus P

mora  
hic p  
redire

ram  
hela

& lit  
cas se  
rand

bus  
toil  
tern

M  
ctior

grati  
telle

bis p  
ama  
deri  
sup

po  
& ac  
tes

col

conferre secundam & nouam gratiam adiuuantem ad opus inchoatum prosequendum, & fructus dignos penitentiae proferendum, eo quod priori gratia, vt primo talento benè vti fuissent.

*Gratia Dei in me vacua non fuit.*

*Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te confitemur.* Matt. 25.

*Vidit Pater à longè filium prodigū, quia ante opera digna penitentia, præuenit peccatorem suo auxilio, ait non indoctus quidam.* Hieron. Lauretius in Sylua Alleg.

Agit cum Publicanis & peccatoribus Deus vt bonus Pater cum suis prolibus in extera regione commorantibus, quas tamen sibi adesse optat. Sicut enim hic primum aut litteras aut nuntios mittit quibus reditum in patriam filio persuadeat, quem si in reditum propendere intellexerit, ac ad paternos lares arhelare, &

*Enumum de patrijs posse videre focis,* & litteras, & tabellarios, aut pecunias aut collybifticas seu cambij schedulas deferentes multiplicat, vt tandem aliquando cupitis filij fruatur amplexibus: Sic etiam Deus Publicanis & nobis peccatoribus immitit inspirationes & consilia interna:

*Ego sto ad ostium & pulso.* Apoc. 3.

*Loquor ad cor Ierusalem.*

*Audiam quid loquatur in me Dominus.* Psal. 84.

Apoc. 3.

Psal. 84.

Mittit etiam nuntia externa prædicationum, afflictionum seu aduersitatum, bonorum exemplorū; & gratiam suam præuenientem nobis elargitur, ita intellectum illuminantem, & periculum nostrum nobis proponentem, vt voluntatem nostram ad ipsum amandum accendat, & sic in nobis excirat bona desideria, vota, proposita faciendi benè, tonumq; quasi suppeditat, & in via salutis collocat.

Psal. 118.

*Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas.* Postmodum autem videns nos tractabiles, dociles, & ad benè volendum inclinatos, imò & benè volentes, manumque aratro admoventes, sed frustra,

nisi maiori gratia adiuuemur, iterum oculo amplioris misericordie nos intuetur, nouam gratiam ad perficiendum & consummandum pia nostra desideria a liuuantem & cooperantem conferens. *Vidit illum Pater*, Pater mysticus Prodigum mysticum nouas gratia auxiliatricis influentias in ipsum influens.

Sicut Rex quispiam simplici alicui Decurioni, qui pugillo hominum probè profuit, bipennem confert, mox etiam vexillum & Aquilas si se strenuè gesserit, imò & emensis gradatim omnibus castrensibus honoribus, Mare schallum aut Imperatorem exercitus declarat: Ita etiam Deus peccatoris miserus primam gratiam prauentem confert; qua si benè utatur, mox comitantem seu adiuuantem addit, ac gratiam gratia superaddit, donec perfectè iustificati ad æternam gloriam pertingamus.

*Psal. 53.* Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.

*Psal. 53.* Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

*Gratiam & gloriam dabit Dominus.*

Sicut peccatum præcedens sublequentis sæpè causa & occasio est:

*Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum.* Ita & bonus gratiæ vsus aliam nouam gratiam promouetur.

Sed adhuc aliter, *Vidit illum Pater*, id est, videre fecit suam miseriam, magnitudinem & multitudinem peccatorum suorum, quæ huc vsque superficie tenus solum agnouerat: Eodem enim sensu S. Paulus ait Spiritum sanctum orare pro nobis gemitibus inenarrabilibus, eo quod nos ad orandum instat follis excitet.

*Rom. 8.* Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, Postulare facit.

Sit itaque quicquid est, certum interim est hunc paternum aspectum significare nouam gratiam Dei peccatori priori gratia benè utenti infundi, cum è contrario acceptis donis & gratijs spoliatur, qui eis ab-

arantur, iuxta illud Iuriscultorum axioma, *Privilegium abutendo amittitur*. O dulcem & sanctum Dei intuitum! O mi Deus, quando quæso pauperulam meam animam intueberis? Quando felices, faustos, & scintillantes oculorum tuorum radios in me contorquebis? Quando per horum influxum tui, mei, omnium peccatorum meorum habebis? Quando ita igne amoris tui incallesciam, ut præter te nihil, aut saltem non æquè ac te amem, & proximum sicut me ipsum, & tamen tam me quam ipsum propter temetipsum solum? Si autem O Deus meus tua me gratia præuenieris, largire quæso ne ea abutar, ne rejiciam, sed in actum redigam, ei que quod possum cooperer, ut secundum fecundiorè aspectum promerear quæ me perficiat, & ad perfectionem vitæ æternæ perducatur. credo enim firmiter cum S. Augustino.

*Qui creavit te sine te, non saluabit te sine te.  
Cum numine dextra  
Dij laboribus omnia vendunt.*

*D. Aug.*

CONCIO QUARTA.

Thema. *Εἶδεν αὐτόν ὁ πατὴρ αὐτῆ, καὶ ἐπλαγχνίσθη.*

*Græc.*

*Vidit eum Pater ipse, & misericordia motus est.*

*Vulgata.*

*Vidit eum Pater ipse, & misertus est eius.*

*Syriac.*

Facta more solito breui repetitione,

- Hodie dicemus
- I. *Oculis mirabilem vim inesse.*
  - II. *Oculos & intuitum Dei haud vanos esse.*
  - III. *Quid operetur intuitus Patris ad Prodigum, Dei ad Publicanos, &c.*

G 5 *Oculis*

## I.

OCVLIS VIS ET MIRA  
energia inest.

**A**Mici Auditores, Monuit Paulus Apostolus, quod Inuisibilia Dei per ea, quae facta sunt, in illa conspicuntur; sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, id est, quod pons proprius, scapha commoda ad transitum; schala maximè idonea ad ascendendum à terrenis ad cœlestia, si hæc ipsa, quæ in manibus nostris sunt, & ante pedes versantur, perfecte intelligere, & ab his ad diuina, & sublimia illa ascendere. Sic Gregorius Hom. 11. in Euang. ait, *Cœlorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his, quæ animus nouit, surgat ad incognita, quæ non nouit: quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat; & per ea, quæ usu didicit, quasi conficitur intellegat: ut per hoc quod scit notum diligere, discat & incognita amare.*

Si itaque scire desideremus, cuius efficaciam si diuinus ille oculus & intuitus, de quo dicitur, *Vidit illum Pater ipseus*, videndum erit, quas vires habeant tot pulchri oculi, felices aspectus, quibus nos cœlum quotidie intuetur; Sol, inquam, Luna & stellæ, vera Cœi scintillantia & flammantia lumina: Quæ hominum, brutorumque in fronte gemini illi oculi valeant inquirendum nobis est, ut ex horum visibus diuinorum oculorum efficaciam intelligatur.

Imprimis itaque arbitrari oportet, Deum cœlos hisce planetis, & sideribus non tantum vani ornatus causa distinxisse; sed potius admirandorum effectuum producendorum causa cœlis affixisse, ut in totius Vniuersi utilitate magnifici illius Palatii ornatus redderetur: Producta autem sunt hæc lumina ad

1. Illuminandum,
2. Calefaciendum,
3. Generandum,
4. Hanc vel illam complexionem influendum.

1. *Ad illuminandum*, & luminis sui fauore omnium pulchritudinem prodendum: Sol iste, chari Auditores, pulcher ille Sol est, qui suo ortu rebus omnibus colorem pristinum reddit, & quæ, quales quantæ sint manifestat: Frustra Deus aues tam diuersis, variantibus, & videntibus coloribus depinxisset, mundum hunc tanta rerum diuersitate exornasset, nisi simul & lumen hoc, quo omnia illa conspiciuntur, produxisset.

2. *Ad calefaciendum* corpora, agros, plantas, & semina nostra. An non vulgò Sol *ignis pauperum* dicitur? Neque aliud voluit Diogenes Philosophus paupertati & veritati amicissimus, dignus qui Christum aut S. Franciscum Magistrum habuisset, qui aliquando in Sole apicans ab Alexando Magno quiduis petere iussus, nihil aliud se rogare respondit, quam, Ne umbram mihi ulterius facias, & communi igne, Solis scilicet beneficio, me priues.

*Laert. l. 6.  
de Vita  
Philos. in  
Diogen.*

3. *Ad generandum*. Bone Deus, quam inutilis præ siccitate & frigore suo nobis terra esset, nisi ab hoc calido lumine & viuificante igne iuaretur? Imò etiam aquam suo humore terram penetrantem, sine hoc semine vitæ, nihil nisi mera confusio & mortis imago consequeretur: necesse enim est, vt hic calor viuificans, terræ quasi incubans, eamq; accommodans, & duo hæc generationis principia copulans, eam fecundam faciat, omniaque vtilia producat. Requirit generatio calidum & humidum, & à duobus illis cæli oculis, Sole inquam & luna, adiuuatur: hæc enim refrigerat & humectat; ille suo calore calefacit & exsiccatur: Ab hoc benigno cæli intuitu nobis omnia procedunt, fertilitas terræ, plantæ, arbores, frumenta, animalia. Et quid? Non defuerunt sanè Philosophi, vt Anaximander & Empedocles, qui tantum Solis aspectui tribuerunt, vt eum primum hominum parentem fecerint: Volebant enim Solem suo calore nescio, quam materiam limosam coagulasse, indurasse, & quadam pellicula vestiuisse: hac autem ad perfectam  
putre-

putredinem deueniente, rupta pellicula homines primos, vt ex materno utero, prodijſſe, fingentes homines primos non aliter natos, quam prout minores cancri poſt paruas pluuias à calore ſuperueniente producantur; aut ſicut ex corporis ſudore ac calore pediculi & vermes naſcuntur. Et ex hac forte opinione ortum ſtulta & imprudens Ægyptiorum idololatria habuit, ſicut & aliorum quorundam, qui ſolem & lunam, hanc ſub nomine Iſidis, illum ſub nomine Olyridis, vt Deos adorabant, & tanquam communes parentes & ſatores humani generis colebant; & ſic Deo vero titulum creatoris generis humani (ò inſaniam!) detrahentes, cum creaturis ipſius, imò miniſtris, vt ſic dicam, hominis contulerunt.

Qui autem paulò prudentius philoſophati ſunt, dixerunt,

Vide Plin.  
l. 2. c. 6.

*Homo hominem generat & ſol*, id eſt, Poſtquam parentes operi coniugali ſæcundè incubuerunt, ſol quod ipſi inchoauerant, ſuo calore ſemen calefaciendo, eique quaſi ouis incubando, perficit, quod in fumos & nihilum ſua putrefactione abiret, niſi dulci ſolis calore totum fuiſſet: Et ob hanc cauſam quidam dixerunt vocem illam: *Ignis*, à gignendo, ſeu generando deriuari; & græcum, τὸ φῶς φωτός, quod aliquando ſolis ortum, aliquando vitam ſignificat: ex qua radice etiam Gallicum noſtrum *Fœul* ignis, deriuari poſſit.

Quæſ pro  
vita in  
Axioco.

4. *Ad hanc vel illam complexionem inſuendum.* Certè aſpectus illi maiorum luminarium ſuis mirandis motibus mirabiliter, & maxima cum efficacia agunt in hæc corpora elementaria & inferiora, prout docti Aſtronomi & Medici ſciunt ac demonſtrant: Hæc enim ſunt, quæ ſuo ordine, & quaſi in circulum nobis adducunt Ver, Æſtatem, Autumnum, Hyemem, quorum ſingulis ſuis quodque alterationibus decoratur. Bone Deus, quomodo omnia ardent, & viciſſim prope modum flammis abſumuntur, mox ac Canicula (ſi dus ob ſuam paruitatem & mordacem calorem ita dictum) capita noſtra vna cum ſolis radijs ferre ceperit?

Vide Pto-  
lomeum  
c. 8. l. 1. de  
Iudicio  
Aſtror.  
Plin li. 2.  
c. 39.

perit? quomodo tunc mare agitur? quomodo vina in promptuarijs commouentur? quomodo paludes & stagna præter solitum agitationi & motui subijciuntur? quomodo durante hoc Canicula regno, quasi rabidi per plateas canes discurrunt? Forte quispiam dicet tunc omnia sursum deorsum ferri, non aliter ac cum stultus ille Solis auriga Phaeton orbem totum graui incendio afflixit:

*Sicca q̄ est campus arena*

*Quod modo Pontus erat.*

Sic Plinius lib. 2. cap. 39. *Canicula exortu accendi Solis vapores, quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in tellus vina, mouentur stagna, canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem agi non est dubium.*

Vnde quæso tam diuersæ complexionis & differentes temperaturæ in diuersis nationibus? aut etiam in diuersis personis eiusdem nationis? Cur quidam ita iouiales sunt, & hilares; alij ita Saturniani & humoris planè phantastici, ac siluestreis? Cur quidam ita Martiales, vt Scipiones bellando superent; alij verò ita Venerei, suisque desiderijs dediti, vt nihil Sardinapalo concedant? Cur quidam hoc, alij aliud viuendi genus eligunt?

*Trahit sua quemq̄ voluptas.*

Dicam, aspectus astrorum has inclinationes corporibus nostris immittunt & influunt; & quamuis anima nostra rationalis sit, & libera, ob Sympathiam tamen quam habet cum corpore fideli suo compari, sæpius ab inclinationibus corporeis se trahi sinit. Dicit Manilius natos sub ortu Hyadum, quæ constellatio pluuiosa est, amare custodiam pecorum immundorum, vt Prodigus noster porcorum, &

*Immundisq̄ greges agitent per sordida rura*

*Efficiunt; & non alium genere Bootem.*

*Hos generant Hyades mores.*

Sic etiam nationes Soli viciniore cæteris ingeniosiores & prudentiores reputantur: & sic Dido aiebat:

*Non*

*Ouid. l. 2.  
Met.*

*Manil. l. 6*

Virg. lib 1.  
Æneid.

Non obtusa aledè gestamus peñora Pœni,  
Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe:

à Solè enim remotiores, vt plurimum, hebetiores sunt: ac eodem sensu docet Vegetius milites ex climatibus Soli vicinis oriundos, ad inuenièda & perficièda belli stratagemata Septentrionalibus præstare; Septentrionales verò illis audaciores, manuque magis promptos, & sanguinis sui prodigos esse. Similiter Plutarchus refert in Oriente & vicinis partibus omnia aromata & odorifera suauius, quam alibi, spirare, eò quod Sol ibidem peccantes terræ humores mox, vt medici ex apostemate pus solent, educat & absumat. Meritò itaq; hæc luminaria & oculi animati, maximè autem Sol, à Poëtis *Anima, Spiritus, Pulchritudo, Vita & fortitudo mundi* appellatur.

Et quid de animatis quarundam bestiarum oculis dicam? Inuenio enim eis tantam energiam inesse, vt vix mihi persuadere possim, quod narraturus sum. Communis opinio est, etiam quorundam Medicorum, aspectum lupi ita periculosum esse, vt si quem primò intueatur, antequam ab illo conspectus sit, ipsum voce ac loquela priuet, quod ante mille sexcentos annos cecinit apud Virgilum quidam Corydon,

Virg.

*Vox quoq; Mœrim*

Eclog 9.

*Iam fugit ipsa lupi Mœrim videre priores.*

Plin. l. 8.  
o. 16.

Plinius disertè dicit, *Omnis vis leoni constat in oculis*, ita vt si oculi ei velentur, maxima eius ferocia euanescat; ad cuius rei fidem asstruendam facit, quod de quodam pastore Getulo narratur, qui cum inermis & absque socijs gregem suum fideliter pasceret, leonem aperto rictu in gregem inuolantem conspexit, ac mox exutum, quo induebatur, sagum, in caput leonis coniecit, eoque ei oculos obuelauit: mox stupefacta stetit bellua, & leonino furore multo tempore intermisso, Pastori, vt cum ouibus ad tutiora se reciperet, spatium dedit. Solent autem rerum naturalium periti dicta attribuere siccitati oculorum leonis, quam inde demonstrant, quod nihil æquè quàm claritatem ignis fugiat; nam vt inquit Plinius, *Hoc rabi*

Plin. supra.

ramq;  
vt exp  
haber  
sifici  
quod  
intue  
fici d  
nas  
mes  
reper  
Mari  
auicu  
quen  
mum  
sic  
fuisse  
quam  
suis  
Eo  
mun  
liora  
ribus  
gios  
exce  
omi  
vltim  
cans  
& pa  
tum  
ne, n  
cere  
in du  
lisre  
mata  
reliq  
te m  
vel e  
infer  
plan

tamq[ue] iuuum animal terrent maximè ignes : iam autem, vt experientia constat, qui calidos, siccosq[ue] oculos habent, plurimum ignem timent Sed ad oculos Basilisci serpentum Regis trāseamus; de quibus dicitur, quod aded terribiles & venenosi sint; vt omnes illos intuentes interimant, teste Plinio l. 8. c. 24. Inò Phisici dicunt, quod si speculum oculis Basilisci opponas, ipsum sola reuerberatione sui aspectus interimes. Eiusdem generis erat animal illud quod in Lybia repertum homines suo aspectu enecabat, vt tempore Marij contigisse legimus. Sed longè præstat oculus auiculæ illius, quam Galli *Rubiennæ* appellant, qui quendam oculorum morbum sanat, intiendo infirmum, & per oculos malum educendo, si credendum sit *Æliano* & *Suidæ*; & ob hanc causam aiunt moris fuisse hanc auiculā velo obductam vendere, ne priusquam venderetur, sanaret affectum. Sed omnis be-  
stij ad homines veniamus.

Equidem mirum in hoc Microcosmo, seu paruumundo animato, quod minora membra, admirabiliora, pulchriora, magis necessaria & efficacia maioribus sint: linguam prætereo, particulam illā spongiosā carnis, quæ cum in latitudine vix tres digitos excedat, hominum inter se cōuertantiū interpretis est: omitto cor, membrum quod omniū primum viuit, vltimum moritur, reliqua omnia mouens & viuificans, sedem cogitationum nostrarum, desideriorum & passionū, vnica delicias Dei, *Fili præbe mihi cor tuum*: Sed de oculi humani admirandis, pulchritudine, necessitate & effectibus quis *Aristoteles* dignè dicere poterit? Et quæ non miranda, & quasi miracula in duobus illis scintillantibus capitis nostri orbiculis reperiantur? Opportunè autem in summitate animatæ huius turris, tanquam speculatores & custodes reliquorum membrorum collocantur, vt imminente malo, reliqua præmoneant & periculo subducant: veleriam, vt moneamur relictis hisce terrenis & inferioribus, ad sublimia & cœlestia illa contemplanda mentem eleuare: Sunt etiam exploratores  
animæ,

Lact. de  
Opif. Dei  
2. l.

animæ, ad omnia cognoscenda quasi egredientes, & & quæ viderunt fideliter referentes: Sunt geminæ animæ fenestræ per quas ad animæ thronum rerum materialium species transmittuntur. *Mentem enim esse, quæ per oculos, ea quæ sunt opposita transpiciat, quasi per fenestras lucente vitro, aut speculari lapide obductas,* docet Lactantius: Sunt quasi duæ portæ, inquit Polemon, per quas se interdum, ut Reges solent, ostentat: *Mens & voluntas ex oculis sæpe dignoscitur,* inquit Lactantius ibidem. Sunt duo legati, interpretes, & nouarum rerum relatores primi, *oculus cordis nuntius.* Sunt gemini nuntij, etiam absque linguæ opera, satis clarè & manifestè affectum cordis, maximè amoris & odij exprimentis, ut docet Albertus Magnus: signa sunt euidencia Affabilitatis, Modestix, Mansuetudinis, Clementix, Fortitudinis, Quietis & tranquillitatis quarundam animarum. In alijs autem signa sunt Fastus, Arrogantiæ, Superbiæ, Stultitiæ, Ferocitatis, Astutiæ, Cholera, Inuidiæ, Odij, Iræ, Indignationis, Timoris Spei, Desperationis, Gaudij, Tristitiæ. Hi sunt duo exploratores, qui mediante inspectione vtriusque, & aliorum, Medicis occultas infirmorum dispositiones annunciant; nam ut aiunt Zamosiris & Abaris Philosophi, in his adeo totius corporis complexio apparet, ut si quis oculos curatos velit, necesse habeat prius totum corpus curare: Adeo etiam subinde facundi & eloquentes sunt, ut clarè & discretè enunciant, quod in secreto pectoris nobiscum volumus; sic enim amantes sibi mutuo multò plura unico momento per affectuosum intuitum loquuntur & insinuant; quàm si multo tempore verbis vna egissent: *Vngunt verba, sed lachryma, & oculorum ictus pungit.* Ad dulces Syrenum cantus quis obdormiscit; sed ad Gorgonis intuitum instar petra obrigescit. Sunt hi duo Magistri gemini veritatis parentes, qui nos in mundi huius vniuerso omnium ferè rerum differentias, ac plurimarum artium disciplinas edocent; ex quo haud malè dictum.

*Visus sensuum maximè disciplinalis, & ad doctrinarum inuentionem aptissimus.*

Sunt duces & lampades corpori humano summè necessariæ, quæ quocunque libuerit nos ducunt; *Visus doctor vitæ, viæ ductor.* vt olim columna ignis per noctem, & columna nubis per diem filios Israel ducere consueuerat. Sunt gemini Carbunculi, gemmæque Crystallinæ pretiosæ, quæ in suo meditullio, vt aureus annulus splendentem Adamantem, habent pupillas pulcherrimas, quibus Dei operâ intuemur, & in quibus natura seipiam superasse videtur, imò & à suis principijs aberrasse, cum in paruis illis orbiculis maximi pagi, populosæ ciuitates, longissima regionum spatia contineantur; cum vnico quasi momento, velut in speculo, imagines centum hominum, centum urbium imminuto illo circulo depingantur, cum illa polleant agilitate, & celeri motu huc illucque se vertendi, vt fulminis celeritatem penè adæquent; cum in suo domicilio instar Regum nullius imperio subsint, nullus eos ad videndum, quod nolunt, ad dormiendum aut vigilandum, cum non placet, suo imperio, vt ferè reliqua membra, possit. Sunt Paracliti & consolatores hominum, qui homini omne gaudium conferunt, quibus sublatis in maiore contabescunt; sic enim senior Tobias aiebat, *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Eandemque ob causam Tyranni quibusdam visum potius, quam vitam abstulerunt: hinc putant à Sole punitum Phinæum Bythinia Regem, quod ratus esset minus malum oculis, quam vita priuari. Deniq; sunt interpretes per quos absque sono mandamus, comminamur, corda hominum obduratorum findimus, lachrymas ab ipsis elicimus, gratiam nobis, & aliorum amorem conciliamus, quamuis præter venustum intuitum nihil diuiciarum habeamus, vnde Musæus,

*Musæus  
in Heron.  
& Leand.  
dre.*

*Estq; oculus via prima, oculo tum deinde profectum,  
Labitur ima sub vsq; viri præcordia vlnus.*

& Propertius l. 2. Eleg. 15.

H

Si

*Si nescis, oculi sunt in amore duces.*  
 & Iudith cap. 9. Holoferni imprecatur,  
*Capiatur laqueo oculorum suorum.*  
 & Sponsus in Canticis Canticorum,  
*Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.*  
*Quod oculus non videt, cor non desiderat.*  
*In oculis quasi hamo capiet eum.*  
 Perq; tuos oculos, magni mihi numinis instar,  
 Perq; tuos oculos, qui rapuere meos.

Cant. 4.

Iob. 40.

Ouid. 3.

Amor.

Virg. 3.

Georg.

— Vriq; videndo

Fœmina.

Nam, ut inquit Plato, vulnera Amoris sunt subtilissimi quidam radij à cordis intimis penetralibus emissi, ubi sanguis vitalis maximè dulcis & calidus residet, qui via regia oculorum amantis egredientes ad profundum cordis amati penetrant. Sunt duo aspectus splendens, quæ nos faciunt amabiles; sunt duo fulmina, quæ nos maiestate plenos & formidabiles efficiunt: Adeoque meritò apud Ægyptios oculus, Hieroglyphicum signum Dei erat, eò quod dignior hominis pars, & quæ sola tam puro sanguine nutritur, esset.

Augusto Imperatori inter cætera relucens oculi pulchritudinem, splendorem & maiestatem maximam contulerunt, quorum fulgorem miles quidam non ferens, & vultum auertens, rogatus respondit, se radios scintillantium oculorum eius non ferre, ut Eutropius & Aurelius Victor narrant, cui non aliud simile est quod de Magno Tamerlane refert Ioannes Bec in sua Historia.

Eutrop.

l. 7. de gest.

Rom.

Aurel.

Victor in

Aug.

Imò oculorum ea vis est, ex sententia quorundam, ut vim fascini habeant: quidam enim maligno & sinistro intuitu greges integros, & armenta subinde ita fascinant, ut infirmentur, langueant, & instar vaccarum Pharaonis marcescant, ac tandem moriantur, ut docent Plinius, Iulius Pomponius, & illud Virgilij:

Virgil.

Eclog. 3.

*Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.*

Aulus Gellius l. 9. Atticar. Noctium c. 4. ait, Id est.

iam in ijsdem libris scriptum offendimus (quod postea etiam in libro Plinij Secundi naturalis historie septimo legimus) esse quasdam in terra Africa familias hominum, voce atq; lingua effascinantium, qui si impensius forte laudauerint pulchras arbores, segetes, et iores, infantes amantiores, egregios equos, pecudes pastu atq; cultu opimas, emoriantur repente hac omnia, nulli\* alia causa obnoxia. Oculis quoq; \* Nota a-  
 exitialem fascinationem fieri. in ijsdem libris scriptum est; Liapro aliq;  
 traditurq; homines esse in Illyrijs, qui interimant videndo, quos diuinitus irati viderint, eosq; mares, foeminasq; , qui visu tam nocenti sunt, pupillas in singulis oculis binas habere.

Quidam Iuriconsulti, & inter alios Petrus de Tarentasia, defendunt infantes saepe flammis incantu, & maligno oculo incantari & fascinari: & S. Thomas de hac re agens docet; fieri potest, vt per imaginationem animae spiritus corpori coniunctos moueatur, quae mutatio ordinariè in oculis relucet, eò quod ad ipsos subtiliores & delicatiores spiritus confluant: Si enim spiritus hilaris est, etiam oculi hilarescunt; si tristis est, languent & hebescunt; si irascatur, intumescunt. Addit quidam Doctor, Si incantatio imaginatione fit, quae virtus spiritus est, etiam per oculos fieri poterit, qui eius ministri & affines sunt: Oculis enim emittunt radios quosdam, quia instar iaculorum cor eorum, quos incantare volunt feriunt, & humore venenato inficiunt; eodèque modo arbores, fruges, & bestias emori cogunt. Quod ipsum, vt testes oculares, experti erant Mercatores, qui cum Ponti incolis negotiabantur: hi enim empra mancipia mox euehebant, eò quod fascinum venenati alicuius oculi, nulli parcens, mercibus suis timerent: Cauendum itaque ab illis, foeminis potissimum, quibus gemina in oculo pupilla est; horum enim aspectus, vt Cicero docet, venenosus & periculosus est. Ferrum etiam, speculum siue chalibæum, siue argenteum, siue cristallinum, quantumcunq; politum & nitidum sit, intuitu menstruatæ obscurari & fædari; & hinc ortum puto, quod aliqua obstetrices

parturientibus foeminis prolem non mox à partu, sed post aliquod demum tempus ostendant, eò quod habeant oculos à menstruo, & alijs sordibus infectos. Imò hoc genus fascini quidam etiam ad effectus spirituales extendunt; aiunt enim, si quæ speculum, quo antea meretrix uti consueuerat, intueatur, aut eius vestibus induatur, impudicam & effrontem fieri. posse enim foeminam suam audacem impudicitiam transfundere in aliam, sicut Adamas virtutem suam attritiuam in ferrum, quod tetigit: Additque quidam non indoctus, fascinum esse genus incantationis, quo homo ita constringitur, ut libertate & intellectu priuetur. Sed posse nocere & damna inferre quid ad encomium oculi facit? Redeo itaque ad commodum, quod ab oculo consequimur: commendat oculos, quod per ipsos æquè ac per os medicinam, tam corpori quam animæ attrahere possimus. Dicunt enim Medico regio laborantes intuitu cuiusdam auiculae, quæ Galgulus Latinis, Aristoteli Corios, Gallis Lorios, dicitur, sanari, ipsa auicula moriente: Serpentem aræ intueri præsens remedium erat mortis à serpentibus ignitis in deserto. Quale putatis solatium animæ aucti illius Iacob recepit, cum vidit filium suum Iosephum in Ægypto viuentem & regnantem? Qualem gaudium lentij senex ille Simeon videns & amplexans paruulum mundi Saluatorem? puto quod præ animarum tripudio, ipsorum corpora ex parte reiuueneſcere coeperint. Sine dubio anima incredula Thomæ sanata fuit, cum humanitatem Iesu. Christi resuscitatam vidit: Sine dubio amantes crudellis sui tormenti solatium experiuntur, dum mutui amorem obiectum, vel in tabula depictum, intuentur: Sine dubio grati colores, qualis inter cæteros viridis est simul & oculus, & spiritum recreant: Aspectus pulchrorum hominum, festiuorum spectaculorum, horum bene ordinatorum, picturarum Appellea manu elaboratarum, vsque ad animam magnam & efficacem medicinam sæpè transfundit:

*Ille sanantur vulnere cordis ope.*

*Aristot.  
lib. 9.  
Hifor.  
Anim.*

Se  
de fili  
I  
Mi  
rem fa  
seruan  
caſi  
chru  
lios fe  
malè  
leat  
plus  
nec fo  
mus i  
aufere  
repe  
sed po  
rum a  
cinus  
Tertu  
Lucia  
ginita  
rimè  
amate  
quam  
dictur  
Si  
nim t  
oculos  
& cer  
tum, t  
Dei  
re. Oc  
ſibi m  
denti  
Ex  
da ſa

Sed interdum etiam dolores causant: nam merito de filiabus Darij dicebat Magnus Alexander:

*Dolores oculorum sunt Persica puella.*

*Plutar.  
in Alex&  
dro.*

Mirandi itaque & non imitandi sunt, qui ut maiorem sanctitatem acquirerent, aut acquisitam conseruarent; ut Deo perfectius seruirent, aut ne alijs occasio ruinae essent sibi oculos, donum Dei tam pulchrum, utile & necessarium, eruerunt: quod inter alios fecisse legitur Leontius Episcopus Laodicensis, malè intelligens dictum Christi: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum.* Idem fecit Democritus Philosophus Abdera; non, ut putat Laberius Poeta,

*Matt. 18.*

*Laberius  
in Mima.*

*Malis bene esse, ne videret ciuibus.*

nec fortè etiam propterea, ut cogitationes tantò firmius in contemplatione rerum naturalium figeret, auferens ea, quæ ipsum ab hac contemplatione auertere possent, ut post Lucretium vult Aulus Gellius: sed potius, quia feminas absque concupiscentia illarum aspicere non poterat, quod Christiana phrasi dicimus, quia oculi ipsum scandalizabant, ut sentit Tertullianus. Annon admirandum & heroicum S. Luciae factum? quæ cum intellexisset Tyrannum virginitati suæ insidias struere, ob suam singularem, maternè oculorum, formositatem, eos erui curauit, & amatori suo dono misit, malens cæca cælum intrare, quam apertis oculis in infernum prolabi; simpliciter dictum Christi interpretata:

*Aul Gell.  
lius l. 10.  
Nocturn  
cap. 17.*

*Si oculus scandalizate te, erue eum. & projice abs te: bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.*

*Matt. 18.*

& certè perfecti erga Deum amoris signum est, seipsum, tam necessarijs membris potius priuare, quam Deum offendere, aut ut ab alio offendantur permittere. *Oculos vestros ernissitis*, dicit Apostolus quibusdam sibi maximè amicis, quasi hoc maximæ amicitiae euidentiissimum signum sit.

*ad Galat.  
4.*

Ex aduerso autem barbara, crudelis, & abominanda saeuitia est inimicis captis oculos eruere, quod

quondam Philistæi Samsoni, Sedecia Regi Babylo-  
nij; Imperator Iustinianus Belizario ex leui suspicio-  
ne post deuictos ab ipso Persas & Vandalos ac Bar-  
baros Italia pullos, fecerunt: Sic Basilius quidam  
quindecim millia Bulgarorum, quos deuicerat, in  
patriam excecatos remisit, dato per singulas cen-  
turias vno duce Cochite seu monoculo: Sic Turca  
sapius in Principes viros deuictos seruire solent  
Meo itaque iudicio inter cætera beneficia corpora-  
lia, hoc non infimum est, quod cæci nati non sa-  
mus, aut diuino miraculo visum deperditum, rece-  
perimus: Illi etiam in Republ. Medici maximis ho-  
noribus affiendi sunt, qui singulari dexterrate  
arteque oculos à quibusdam pelliculis ipsos offe-  
santibus liberant: aut tam dextrè collyria prapa-  
rant & Chelidonium temperant, vt iamiam perit-  
rum visum præseruent, cum his aut præseruatis, aut  
sanitati restitutis, oculorum priuatio maius mul-  
tò malum fuerit, aut fuisset, quam cæcis natis, eò  
quod hi nunquam experti sint, quantum bonum sit  
clare videre. Atque hæc de visu & oculis sint facta,  
& ad diuinum intuitum transeamus, occasione o-  
cius, quod dicitur, *Vidit illum Pater ipsius.*

## II.

*Oculi Dei, eiusque intuitus haud vani sunt.*

**S** igitur magnus ille mundi oculus Sol, si ani-  
malium irrationabilium oculi in corpora & ani-  
mas tantas vires habeant, quis est qui dicere non  
audeat, oculos & aspectum magni illius & immor-  
talis Dei infiniti maiorem efficaciam in corpora &  
animas nostras habere? & si aspectus luminarium  
cælestiū corporibus sublunariis necessarius est ad  
illuminandum, ad calefaciendum, ad honorandum,  
ad has vel illas complexiones influendum, & quidam  
benignus Dei intuitus necessarius erit animabus,  
vt in illis similes effectus spirituales producat. *Si*  
*magnus*

magnus ille mundi oculus omnia corpora & loca, quæ aspicit illuminat, maximè quæ directo oculo, & perpendiculariter intuetur, veluti Siensem Ægyptij regionem; in hisce enim partibus octauo Cælandas Iulij, seu 24. Iunij in Natali S. Ioannis Baptista, sol in puncto Meridionali consistens, radios suos tam perfectè ad perpendicularum iacit, vt profundissimos puteos æquè in fundo ac orificio illuminat, quo alluissè videtur Virgilius Ecloga 3.

*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,*  
*Tres patet cæli spatium non amplius vltimas.*

*Serui. i.  
Eclog.  
3. Virgil.*

Sivquam hic Sol omnia secundum suas quantitates & colores visibilia reddit: certè oculus & intuitus magni Dei infinitè perfectius animam, quam respicit, illustrabit & illuminabit, vt seipsam videat & exactè cognoscat, quid sit & quid non sit; quam turpis & abominabilis etiam sibi sit in statu peccati existans; & è contra, quam pulchra sit in statu gratiæ, cum sublata fama peccatorum pristinus animæ nitore redit. Intuitus diuinus confert animæ tam exactam cognitionem sui, vt iam videat non solum peccata grauiora instar trabium, sed etiam leuissimula illa, quæ venialia appellamus; idque in tanto numero quanto atomi in radiis solaribus in cubiculo aliquot incidentibus interdum conspiciuntur.

*Iniquitatem meam cognosco, & peccatum meum contra me est semper.*

*Psal. 50.*

*Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.*

*Multiplicata sunt super capillos capitis mei*

*Dum nos gratia diuini respectus illuminat, cuncta mentis nostræ arcana nobis abscondita manifestat.*

*Greg. l. 8.  
Moral.*

Petrus Rauennas, Pater vidit illum, vt ille Patrem posset attendere. Patris visus filij venientis illustrauit aspectum, vt tota fugaretur obscuritas, qua circumfusa fuerat de reatu.

Ex hac autem perfecta sui cognitione cõsequitur contemptus sui, & quadam de præteritis displicetia,  
H 4 *Falsus*

Job. 7.

*Factus sum mihi - met ipsi grauis.*

Studium etiam & sollicita cura sese expurgandi, ut Maiestati diuinæ dignum præpararet tabernaculum,

Psal. 25.

*Domine dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae.*

Radij diuini istius intuitus clarè ipsi exhibent turpissimam & sœdissimam peccatorum faciem, quæ fucò boni & larua honesti multorum erga se amorè concitant: Non aliter, ac rugatæ illæ & exhaustæ Aulicæ anus, quæ lassatæ viris, nondum tamen satiatæ, fucò se depingunt & stibio ornant, ut incautos adolescentulos in retia sua pelliciant, qui dum edentatæ & malè olentes fœminas colunt, virentes Helenas aut resuscitas Veneres sibi fingunt & somniant. Aut sicut Incubi & Succubi Magorum & Sagarum demones, qui pulcherrimarum puellarum & formosiorum iuuenum ad decipiendum species assumunt.

Silius Italic. ex Xenophonte.

*Achæmenium spirabat vertice odorem,  
Ambrosias diffusa comas, & veste resurgens,  
Ostrum quam fuluo Tyrium suffuderat auro;  
Fronte decor questus acu, lasciuæque crebras  
Ancipiti motu iaciebant lumina flammæ.*

Efficiunt itaque dicti radij, ut misera anima decipit se videns, stultum suum amorem, in odium peccati conuertat; nec cessat, donec destruat corpus peccati, & vitulus aureus, quem adorauerat, in cinerem redigatur.

Efficiunt præterea diuini intuitus radij, ut homo reuelata facie pulchritudinem virtutis contempletur, quam in tenebris peccatorum suorum hærens, falso ut monstrum horrendum, ut rem difficilem & turpem auerfabatur; cuius nomen aures eius vix ferrebant, imò timorem ei incuriebant, non aliter ac modo infantibus Turcarum nomen Ioannis Humidis præclari Christianorum aduersus Turcas Ducis terrori est, quo audito stentes conticescunt, sicut Parisienses puerili cum inclamari audiunt *Moine bonnie* reuelata itaque facie & detracta persona clarè die inueniunt

tuens ipsam virtutem & inueniens eam tam pulchrā, amabilem, simplicem, solertem, & quousuis ad suum amorem sapientem, ex animo eam amare incipit, dolerq; quod non prius eam nouerit & amauerit, quod ad umbram & nomen eius quasi panico terrore tactus expauerit, quod tam diu proprium bonum auersatus fuerit: Hæc autem mutatio nobis omnibus cōtinget, si intuitu diuino illuminati fuerimus ad pulchritudinem virtutis semoto omni velo contemplantam.

Cicero lib 1. Offic. *Honestum, etiamsi nobilitatum non sit, aut si etiam a nemine laudetur, laudabile est natura: quod si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientia.*

Et lib 5. de finibus, *Si ipsam honestatem vndiq; perfectam & absolutam, rem vnā præclarissimam omnium, maximeq; laudandam penitus videremus, quonam gaudio completeremur, cum tantoperè eius adumbrata opinione latemur?*

Idem 2. Tuscul. *Honestatis si quasi lumen aliquot aspicimus; nihil est, quod, ut eo potiamur, non parati simus, & ferre, & perpeti.*

Sapientiæ cap. 8. *Amator factus sum forma illius.*

Syllius Italicus ex Xenophonte.

*Virtutis dispar habitus, frons hirta, nec vnquam*

*Composita mutata como, stans vultus, & ore*

*Incessuq; viro propior, latiq; pudoris,*

*Celsa humeros, niuee fulgebant stamine palla.*

*Vidit eum Pater ipsius, hic diuinus intuitus animam fidelem penetraus mentis oculos ad cælum eleuat, ut futuræ quietis pulchritudinem & ad eundæ hæreditatis & possessionis præstantiam, quæ omnes pios post hanc vitam manet, contempletur, ipsum horum omnium Dominum, Creatorem & Collatorem Deum videat,*

*Regem in decore suo videbunt.*

diuinorum etiam & cœlestium desideria & suspiria, comitante contemptu huius mundi, quem exilium, carcerem, & ergastulum suum arbitratur, excitat,

H 5 ad cō

adeo ut ex animo clamet,

*Psal. 72.*

*Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram?*

*Quomodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.*

*Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?*

*Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo.*

*Luc. 2.*

*Cupio dissolvi & esse cum Christo.*

*Nunc dimitte seruum tuum Domine in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti &c.*

*Rom. 7.*

*Quis me liberabit de corpore mortis huius?*

*Heu mihi quam longa sunt in amore mora.*

Ut falco adempto velamento oculorum manu auctoris ultra detineri nequit, sed ad aptatam prædā motu auolat; ita etiam anima ardentibus radiis diuinorum oculorum illustrata & illuminata, cognoscens beatam quietem immortalium spirituum, amplius in hoc corpore & inferiore mundo quietē venire nequit. Et nisi æquē illicitum esset seipsum aquis suffocare, veneno aut laqueo perire sine expresso Dei mandato, sicuti illicitum est militi absque Ducis iussu locum ordinemue deserere, sine dubio multi facerent, quod quondam virgines Milesianas fecisse legimus.

*Aul. Gell.*

*e. 15. Noct.*

*Artis. ca.*

*11.*

Quæ cum Hegeham Cyreniarum neruo se de contemptu huius vitæ perorantem audiuisent, mox colla laqueis indiderunt; non alio remedio malum hoc fisti potuit, quam quod ipsis interminatū sit toras denudatas ac laqueum ex collo gestantes, populo exhibendas, quæ sibi ipsis in posterum violentas manus intulissent. & si Cleombrotus Ambraciota ex alta turri in mare præcipitem se dedit cum Phædonem Platonis de immortalitate differentem legisset, ut post Ciceronem narrat Augustinus, certè maiore animo multi nostrum quocumque modo de hac vita se extruderent (nisi fides Christiana hoc tacientes damnaret) diuina hac illustratione multò clariùs & exactius edocti de superexcellenti pulchritudine patriæ illius Transmundanæ, quæ omnibus Ele-

*Cic. l. 1.*

*Tusc.*

*quæst.*

*Aug. l. 1.*

*de ciuit.*

*Dei c. 22.*

et videtur nam Mepl medic imme non i à Dec rumin via la ad inf que i diuini optab

ctis, ac maxime omnium creatori & fundatori perpetua mansio futura est. Scintillantes oculi Dei benignè animam intuentes semper pulcherrimi apparent, hominem in amorem rapiunt, naturalemque rerum cœlestium excellentiam ita exhibent, ut Sol suo intuitu suam pulchritudinem nobis proferat, simulque rerum aliarum speciem & formam ostendit. An non hoc voluit Propheta cum dixit:

*Domine in lumine tuo videbimus lumen.*

*Psal. 35*

Lumen gratiæ tuæ lumen gloriæ vestræ nobis demonstrat: ô lumen admirabile! ô intuitum desiderabilem.

*Vidit illum Pater ipseus.*

*Deus meus illumina tenebras meas!*

Gratiæ tuæ vel vnico radio tenebras meas expelle, ut te cognoſcam melius, amem feruentius!

Præterea benignus Dei intuitus ad animam peccatricem conuersus oculos eius ita acuit & penetrantes facit, ut timorem inferni cui ignorans appropinquauerat,

*Altero pede in cymba Charontis,*  
planè non excutiat, & tamen dicat

*Nisi Dominus adiuuisset me paulo minus habitasset in inferno anima mea.*

ut videns horrendum illud Barathrum, igneam Aethnam absque vlla claritate, Auernum & Cauernam Mephitim exhalantem, miseros illos damnatos in medio tor tortorum & carnificum; deplorandos illos immortales in medio mortis mortem quærentes & non inuenientes; maledicentes illos blasphemos & à Deo maledictos, & desperatos, semper secum esse ruminet, *Terra deuorat habitatores suos:* & sic deferta via lata quæ ingressa fuerat, & magnis passibus recta ad inferos ducebat, dexteram ingrediatur & angustâ quæ in cælum deducit: An non hic insignis effectus diuini intuitus est, quam David forte peccatoribus optabat eû diceret, *Veniat mors super illos & descendant*  
*in in-*

in infernum viuentes, quasi dicat, mors eis in memoriam redeat, & sic viui ad infernum descendant, ne mortui inuiti eò detrudantur? Ego sanè ausim inter maxima Dei beneficia collocare perfectam cognitionem loci illius infelicis & perpetuorum tormentorum, quam continua memoria eorūdem comitatur. Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Vt columba quam diu in aquis effugiet & vmbra mului contemplatur, diligenter sibi ab eius vnguibus cauet; ita & prudens anima facillè cauebit, ne diabolo præda fiat, quam diu in stygium illum torrentem mentis oculos defiget.

Deinde diuinus intuitus animam illuminans, facit vt seipsam intuens & cognoscens, semper aut in sanctis lachrymis, aut sancto gaudio viuat: In sanctis lachrymis si forte peccauerit; in sancto gaudio si aliquo vsque peccata fugerit & virtutes amplexa sit. Quando anima auxilio diuini luminis videt se velut nuptiali innocentia ornata, præstantissimis Margaritis & carbunculis onerata, hoc est, omni genere bonorum operum abundantem, vt dicere possit, *Ieiuno bis in Sabbato, Decimas do omnium quæ possideo, &c. Benè calceatam & ocreis munitam, ne in peregrinatione huius mundi luto terrenarum cogitationum inquinentur:*

Luc. 18.

Cant. 5.

*Lau pedes meos, quomodo inquinabo illos?*

Bone Deus, quam quæso lætitiā concipiet? Non lux oriri visa est. Sanè ex orientis Solis radij non ita infirmum qui tota nocte auroram optauit recreant, quam talis illustratio diuina animæ mundæ & innocenti facta: *Lux oculorum lætificat animam:* præ gaudio enim & lætitiā eam exilire facit, cum se in hac vita videat dignam amore & fauore creatoris sui, & amplexibus eiusdem in futura vita se fruituram sperat.

Cant. 8.

*Læua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me;* quasi dicat, nunc eius gratia me consolatur, postmodum gloria coronabit: Atque hoc spectabile pura Prophetam Regium cum dixit,

*Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, desisti*

latit  
mult  
escan  
me:  
laris  
titia  
ere  
glor  
man  
spe  
quia  
bon

O  
ip  
unu  
star  
cele

De  
puer  
dere  
cider  
2. S  
Dici  
quer

Fe  
tu in  
que  
mis  
in su  
reue  
ues i

latitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini & olei sui, multiplicati sunt: In pace in idipsum dormiam & requiescam: Quoniam tu Domine singulariter in spe, constitisti me: quali dicat: Domine, Quia lumen scintillans Solaris faciei tue mihi impressum est: plantasti in me letitiam, & vexillum solidi gaudij in castro cordis mei erexisti: ex quo consecuta firma & secuta spes futuræ gloriæ, qualem habere solent qui semina sua terræ mandarunt, vineas oleasque plantarunt. Et in hac spe dormiam & requiescam, imò & moriar in pace, quia me speciali tua gratia in tam munito fortalicio bonæ spei collocasti:

*Iam letus moriar:*

Genes. 46.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.

Luc. 2.

*Quia viderunt oculi mei salutare tuum.*

O exoptandum aspectum Dei! Vidit illum Pater ipse. Sed vltius progrediamur. Insuper oculus diuinus iam nobis qua eundum fit demonstrat, & instar Phari alicuius in hoc mari magno fluctuantes ad cælum deducit:

*Oculus sui cæco.*

Iob. 29.

*Dominus est oculus hominis.*

Zach. 9.

Denique sicuti Elizeus oculos suos oculis defuncti pueri adiuuens eum à mortuis reuocauit & clarè videre fecit; ita etiam diuinus intuitus in animam incidens perfectæ eius illuminatio est.

4. Reg. 4.

2. Solis intuitus calefacit, ita etiam aspectus Dei: Dicitur de famineis oculis, quod intuentem, aut quem intuentur ipsæ adurant:

*Vritq; videndo*

*Fœmina.*

Fertur Helena quosuis iuuenes & senes suo intuitu inflammasse. Cupido in oculis illas faces, prunasque ferre narratur, quibus vniuersum hoc igni & flammis dare posset. Igniuoma quoque sunt specula, quæ in suo concauo reflexos & multiplicatos Solis radios reuerberantia, eiecto quasi igne, obuias domos & naues incendant: & tamen nihil æquè flammiferum & igni-

igniuomum, quam aspectus diuinus ad animam quam sibi copulare decreuit: Mox ac aspicit, statim igne amoris sui inflammat:

*Apo. 1.*

*Oculi eius sicut flamma ignis.*

*Vt vidi, vt perij.*

Flamma non ita subito Napghtha Babylonicum accendit, nec admotus ignis tam celeriter tormenta bellica sulphureo puluere inferta fulmina iacere cogit, quam Deus vnico suo intuitu in nobis ignem sui amoris accendit. Neque etiam aromaticum rogam quem sibi moriens Phœnix mox reuicturus construit, tam subito solis ardore accenditur quam anima vnico diuini oculi ictu flammis diuini amoris accenditur. Si enim *Ignitum eloquium eius vehementer*: Si exponens Scripturas verba eius adeo ignita erant, vt duo discipuli euntes in Emaus dicerent, *Nonne nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas*: quomodo oculi eius igni-omi non erunt? quam non amoris diuini Æthnam in corde illius excitabunt quem amicè intuari dignantur? Sunt enim hi oculi veri Phaetontes & alia inflammantia, qui paruum nostrum mundum totaliter inuertunt, & vnico momento multa plura operantur, quam quouis facundus Orator die æstiuo dicendo exequi possit: *Deus noster ignis consumens est.*

*Luc. 24.*

Et quidem oculi, cum volumus, admodum garruli sunt, & ignem etiam ex longinquo iaculantur, abiq; eo quod aut fumum aut flammam persentiscas, adeo viuacibus flammis vrunt. Quando Helias ad confusionem falsorum Prophetarum & defensionem veræ Religionis signum à Deo petijt, ignis de cælo descendens non tam expeditè suppositos fascēs & aqua confersā victimam incendit & absumpsit: sicut neque aqua illa crassa quam loco ignis absconditi sacerdotes à Nehemia missi inuenerunt, tam celerem ignem in sacrificia immisit, quam diuinus intuitus animam quantumuis duram, viridem, frigidam & glaciale magno charitatis ardore incendit, mox ac dextero

*3. Reg.*

ocul

ardor

à fac

rus e

scilic

Ignem

dat

dai a

diu

dio c

uaru

relic

star n

Pater

oc. I

incen

quasi

umme

Sinc

cord

li qui

miga

qui c

Pater

ignu

ait:

misit

amor

lijs ip

Mag

rigue

gnor

nuoi

te De

nisiq;

mora

nudu

ocu

*2. Mac. 1.*

oculo ipsam intueri cepit, *Halitus oculi eius prunas* Job. 41.  
ardere facit: & idem insinuat David cum ait: *Ignis* Psal. 17.

in facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Hi intuitus efficiant id ad quod Christus in mundum venit, scilicet omnia igne amoris & charitatis incendere: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Luc. 12.

Hi intuitus oculorum fuere qui filios Zebedaei a suis retibus & charissimo parente tam celeriter diuulserunt, ac si nauicula ipsorum aut domus incendio conflagrare cepisset. Hi intuitus fuere qui auarum illum Matthæum a telonio abduxerunt, vt relicti pecunijs pauperem Christum ipse pauper instar militis, qui *zonam perdidit* sequeretur: *Vidit illum* Proverb. *Pater ipsius: Vidit Iesus hominem sedentem in telonio,* Castrense.

Hi fuere intuitus illi quibus igne diuini amoris incensus Petrus & ceteri Apostoli, præ nimio calore quasi nudi Christum secuti sunt: *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te:* Matt. 19.

*Nudi, angustiati, in pellibus caprinis.*

Hebr. 11.

Sine zona vt Carthaginenses, sine burfa & calceis, vt cordigeri discalceati. Hi erant flammium illi oculi qui titionem illum ob trinam negationem iam fumigantem denuo accenderunt: S. Petrum inquam, qui corpore & animo adeo frigebat. *Vidit illum Pater ipsius: Conuersus Iesus respexit Petrum.* Et verè lignum fumigans tunc erat Petrus. nam vt Lactantius ait: *Titionem vulgus appellat extractum foco torrem semustum, extinctum:* nam Petrus ille qui adeo diuino amore præ ceteris discipulis arserat, vt tacentibus alijs ipse & verbis & opera paratum se in mortem cum Magistro ire iactaret, ad vocem ancillæ omnino obfiquerat, & extincto charitatis lumine carbone nigrior erat. Sed benigni Domini intuitus tantum denuo ignem amoris in corde eius accendit, vt apparente Domino in littore, non expectarit donec velis remissq; adiuuantibus ad ipsum pettingeret, sed nullam moram ferens præ amoris magnitudine & calore nudum se aquis commisit, vt ante alios cupitis Domini

Domini amplexibus fruereur,

*Hei mihi! quam lenta sunt in amore mora!*

tunc præ ardore amoris in medijs undis nudus natas

Plin l. 29.  
cap. 4.

Ioan. 18.

Cant. 3.

frigus non sentit, qui ante aliquot tempus Salamandra frigidior, & diuino igne destitutus inter medios milites ad calefaciendum se accurrit, *Erat autem cum eius & Petrus, stans & calefaciens se.* Erat sanè tunc Petrus *Ignis - græcus*, in medio mari ardens, & dicere poterat,

*Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem,*

Et cum Leandro apud Ouid. in ep. Heroid.

*Frigora ne possim gelidi sentire profundi,*

*Qui calet in cupido pectore præstat amor.*

Si enim anima nostræ amore Dei incalesceret frigus externum parum corpus nostrum affligeret

Bonau. in  
Vita S.

Fran. c. 5.

Ioan. 21.

Interrogatus enim aliquando S. Franciscus quomodo tu tam tenui se possit ab hiemalis algoris asperitate tueri Spiritus seruore respondit: Si superna patria flamma per desiderium contingeremur interiorius, frigus istud externum facile portaremus. Hi intuitus effecerunt ut pedibus Domini sui, pedibus triplici confessione *Tu scis Domine*

quia amote, triplicem negationem in domo Pontificis factam, *Non noui eum*, elueret. Vnde Augusti Tract. 123. in Ioan. *Redditur negationi trina trina confessio, minus Amori lingua seruiat, quam Timori: & plus excruciatu eliciuisse videtur Mors imminens, quam vita præsentis: & sit amoris officium pascere Dominicum gregem, si fuit amoris indicium negare Pastorem.* Hi sunt illi oculi, qui ita sancto amore Martyres irradiarunt, accenderunt, & quasi ignesunt, ut difficillimum sit anime amplius in hoc corporis ergastulo commorari, sicut molestissimum ob continuos & directè ferientes radios Solis in zona torrida commorari, quam propterea omnino inhabitabilem Vereres putauerunt, de qua Virgil.

Ioannes  
de Sacro-  
boscho in  
Sphæra  
cap. 3.  
Virg l. 1.  
Georg.

lib. 1. Georg. *Quinque tenent cælum Zona, quarum una torrida,*

*Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni.* & Ovid.

& Ouidius, lib. 1. Metam.

*Vtq; dua dextra cœlum, totidemq; sinistra  
Parte secant zona, quinta est ardentior illis;  
Sic onus inclusum numero distinxit eodem  
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur,  
Quarum qua media non est habitabilis æstu.*

Sed experientia nunc docuit etiam sub ipsa zona torrida & æquinoctiali linea non modo Insulas, verum etiã integras regiones habitabiles reperiri: quãvis illæ partes Africæ quæ arenosæ sunt & aquis destituuntur, ab incolis suis deserantur: Sicuti itaq; in his regionibus commorari difficillimum est, maxime in diebus canicularibus, & quando rapidus torret sitientes Syrius agros, aut si quando imperitus Phaeton patrum curram ac Solis equos male regens mundi incendant, ita vt

*Tum Nympha, fontesq; lactisq;*

*Defluxere comis; querit Bœotia Dircem, &c.*

*Ouid. 2.  
Metam.*

& multò post,

*Ima petunt pisces, nec se super aquora curui*

*Tollere consuetus audent delphines in auras.*

tot sicuti Hercules viuis flammis suæ inducullæ quam ei Nessus centaurus incantarat, & zelotypa Deianira tradiderat, vstulabatur, se omnib<sup>9</sup> vestibibus spoliabat; sic etiam Martyres Iesù-Christi inflammati ardenti intuitu oculorum, Dei moram vltiorem in hoc mortali corpore & fugaci vita vltierius non ferunt, mortem quærunt & mutationem loci pro refrigeratione sui amoris desiderant: Tyrannorum gladios, ignes, furcas, bestias siue obtinere optant, vt per hæc ex fornace huius militantis & desiderantis amoris ad fornacem amoris triumphantis & exultantis transfertantur.

*Quis me liberabit de corpore mortis huius ?* inquit Apostolus Paulus. Si bestia mihi parcant irritabo eas, & ad mei lanienam prouocabo, dicebat S. Ignatius. S. Apollonia in rogum preparatum seipsum immisit, promptior inuent a est ad mortem famina quam persequitur ad pœnam. Sub Valeriano & Galieno Impp. tre. *Euseb. l. 6.  
Hist. eccl. 3.*

*Martyr.* centi martyres in accensum fornacem apud Carthaginem sese coniecerunt. Imò diuinus intuitus tā uacibus flāmis hominem accendit interius, ut nō sciat ignē qui à Tyranno adhibetur exterius. An hasitas? An non vides quotidie maiorem flammā minores absorbere? maiorē dolorē minorē expellere? leuiorē adustionē totius corporis incēdio sopiri? Et iterū, An non experitis simile simili non nocere? verbi gratia, pisces qui frigidaē naturae sunt in aquis nullū frigus sentiunt, & *Quod frigus aeris (mulieres) tolerabilis uariis fuerit, facit hoc frigus suum: Similibus enim similia gaudent: ideo nec corpus carū frigus horreat facit consuetudo natura, quam fors ita sunt frigidiorē.* Ignis diuini amoris benigno Dei oculo in animā immisus & accensus vehementius, quā fornax Nabuchodonosoris tribus annis preparata, aut ignis à Decio S. Laurentio supplicium illius, incenditur: Ignis ille Tyrannorum corpora illum contingit, ignis uero diuini amoris uitas animas assat: *Segnior fuit ignis, qui foris uisit, quam qui intus accendit,* inquit S. Leo. *Vulnus alit uenis & caeco carnis igne.* Maior pœna est multo tempore abiq; uisio latitio quempiam amare, quā ictum gladij. S. Pauli autem ignem S. Laurentij perferre, maximè cum certi simus hanc mediam infelicē seu potius miserā horā nos ad perpetuā fruitionē rei tantoperè amare & concupere deducere. Quid quælo ignis igni additus priorem calefaciendo impedit? An aqua aquae addita facit ut prior refrigeret? Aut quomodo oleum oleo infusum uerabit ne ardeat? Simile gaudet simili: Quid ergo Martyribus nostris qui iam diu ætheis flāmis charitatis erga Deum in fornace diuini amoris arserunt, corpori exterius admotus ignis nocēbit? contingit illis quod Agathæ uirgini de qua legimus, *Agathæ laetissime & gloriante ibat ad carcerem & quasi ad epulas uisitata.* Sic duo fratres germani natione Romani, palam alligati & clauis pro fide Christi fixi, tuadenti Fabiano ut pro euitandis tormentis Christo nuntium remitterent, unanimitè & Romano pectore responderunt, *Nunquam tam incunde epulati sumus, quam huius*

*Leo Ser. de Natal. S. Laurent. Virg. 4. Eneid.*

*Breuiar. Rom. 5. Februar.*

*Breuiar. Rom. 18. Junij.*

libenter Iesu Christi causa perferimus, in cuius amore nunc  
fixi esse cepimus. Vtinam tam diu nos hac pati sinat, quam-  
diu hoc mortali corpore vestiti erimus. Qui diem, noctemq;  
in tormentis diuinis laudat, canentes, deniq; telis transfixi  
ad martyrij gloriam peruenerunt.

Sic S. Polycarpus discipulus S. Ioannis Euangeli-  
sta, Episcopus Smyrnenfis, totius Asiae Doctor & om-  
nium Christianorum Pater, cum iam octoginta sex an-  
norum esset, & ad mortem se queri praesciret, non fugit,  
quod per fenestram in vicinam domum ingressus facere  
potuisset; sed cum dixisset: *Voluntas Domini fiat, nihil*  
*moratus continuo apponi mensam hostibus, quasi hospiti-*  
*bus, iubet; atq; eis epulas largius ministrari, omnis hora ab*  
*eo spatio orationis gratia impetrato: & tandem reuinctis*  
*manibus & incendio proximus, in haec verba omni-*  
*bus audientibus prorupit, Deus, benedico te, qui me in*  
*hanc diem atq; in hanc horam perducere dignatus es, ut*  
*particeps existerem martyrum & Calicis Christi tui in re-*  
*surrectionem vitae aeternae anima ac spiritus mei, &c.* In-  
uenti quoque sunt qui ex animo querebantur sibi  
parci, cum alij Christiani eiusdem fidei consortes ad  
supplicia raperentur, *Tormenta quasi thesauros prae-*  
*ferentes, ut de Machabæis Gregorius Nazianzenus,*  
loquitur: Inter alias autem virgo quaedam Roma-  
na nomine Secunda, videns sororem suam Ruffinam  
similiter virginem coram se virgis caedi, Praefecto di-  
xit, *Cur sororem meam hoc honore, me vero ignominia af-*  
*ficitis? Iube ambas simul caedi, qua simul Christum Deum*  
*confitemur.* S. Tiburtius filius carnalis Chromatij  
Praefecti Urbis, & spiritualis S. Sebastiani, facto signo  
crucis ardentes prunas nudis pedibus calcans Iudici  
Fabiano dicebat; *Disce ex hoc solum esse Deum, quem*  
*Christiani colunt; pruna enim mihi flores videntur.*  
Quid Sanctus Laurentius Decio dixerit, quomodo  
Tyranno semiustus insultarit, lippis & tonforibus  
notum est. & de eo ait S. August. Ser. 30. de San-  
ctis, *Hoc igne, Saluatoris scilicet, Beatus Lauren-*  
*tius acensus flammarum non sentit incendium, dum Chri-*  
*sti ardor desiderio, persecutoris poenam non sentit.* Et sicut

Euseb. l. 4.  
Hist. c. 14.

Orat. 202  
de Mach.

Breuiar.  
Rom. 10.  
Iulij.

Breuiar.  
Rom. 11.  
Aug.

I I  
Empe

Empedocles postquam se in fornacem Æthiæ mōtis coniecit, leuem aliquem calorem corporis, nō sensit, viuis illis flammarum fluctibus ipsum vndique amburentibus & penetrantibus: Sic nec Martyres nostri ignes & tormenta à Tyrannis inflicta sentiebant, cō quod vndique inuisibili igne diuini amoris circumdarentur, qui sanè visibili illo multo efficacior & potentior est: quamuis enim per se consideratur, multum actiuus videatur, comparatus tamen ad diuinum haud multo efficacior quam ignis depictus est. O incomparabilem calorem ex amico Dei aspectu ortū.

*Vidit eum Pater ipseus.*

3. Aspectus magni illius huius mundi oculi an non generat? an mutus amantium intuitus ad generationem non prouocat? Idem facit benignus intuitus Dei nostri: operatur enim in nobis omnia genera bonorum operum, omniaque facta Heroica, qui pulcherrimi fatus, partusq; sunt, *Amor magna operatur, est*: præterea efficit vt infideles, aut mali Christiani videntes bona nostra opera, deserta gentilitate ad fidem veram, aut relicta vita dissoluta ad bonam frugē conuertantur; allecti scilicet pulchritudine virtutum nostrarum, charitatis, sobrietatis, contemptus mundi & diuitiarum, Patientiæ, imò & Mortis ipsius tolerantia. Enumerari vix possent spectatores, qui videntes Martyres nostros tam alacriter & intrepidè mortem & tormenta subire, conuersi sunt. S. Iacobus Apostolus frater Ioannis sub Imperatore Claudio, & Herode Rege constanter ac patienter subiens Martyrium, antequam moreretur filium spirituale Christianū genuit: Illum ipsum dico qui nomen eius coram tribunali detulerat: hic enim in ipsa arena in qua S. Iacobus decertabat, Christianam fidem professus, veniam rogans, osculū & Apostolicam benedictionem meritus, eadem constantia cū suo spiritali patre S. Iacobo capite truncatus est, ita post Clementē Alexandrinum narrat Eusebius. Videris itaq; calorem hunc diuino aspectu piæ animæ infusum, non magis sterile esse quam corporeus ille sol corporibus intusdit.

Adeoq;

*Act. 12.  
Anno Domini 44.*

*Clem.  
Alex. l. 7.  
Stromat.  
Euseb. l. 2.  
Hist. c. 9.*

Adeoq;  
fabit,  
terit p  
bi sim  
Paulu  
signu  
quilib  
tam  
& lucr  
plo, pe  
natur  
4. Hi  
plexio  
ritum  
re: An  
libera  
nevol  
quam  
mam  
Coni  
fuit, d  
proba  
charit  
cum  
sic acc  
Magd  
culis  
quam  
modu  
hume  
deret  
ne dar  
Bex  
O q  
rapax  
minar  
sucta  
ne ad

Adeoq̄ue quisquis verus Christianus est, nunquā cessabit, quin totum orbem (quantum in se est) conuenterit prædicando, consulendo, alliciēdo vt omnes fibi similes aut meliores efficiat; verē enim dicebat S. Paulus: *Volo omnes esse, sicut meipsum.* E contrario autē signum exigui caloris & amoris in nobis est, quod quilibet nostrū secundum statum & vocationem suā tam parum sollicitus sit proximum suum ædificare & lucrari, quem Christo natum potius malo exemplo, peiori consilio destruit & enecat, quam nondum natum spiritualiter Christo regenerat.

4. Hic vel ille aspectus astrorum talem vel talem complexionem influit; & quis nescit benignum Dei intuitum humores & complexionem hominū immutare? An non ex superbis humiles? ex sordidis & auaris liberales? ex impudicis castissimos facit? An non beneuolus Iesu Christi aspectus Magdalenam alteram, quam describit Salustius Semproniam, in honestissimam matronam commutauit? De hac ait Salust in Coniur. Catil. *Hæc mulier genere atq̄ forma fortunata fuit, docta psallere, & saltare elegantius, quam necesse est proba. Multa alia, quæ instrumenta luxuria sunt. Sed ei chariora semper omnia, quam decus atq̄ pudicitia fuit: Pecunia, an fama parceret, haud facile discerneres: libidine sic accensa, ut sapius peteret viros, quam peteretur: Hæc de Magdalena dicta puta, quæ tamen beneuolis Dei oculis immutata tam modesta in habitu & ornatu, quam antea fastuosa & elata, incessit: tam castè postmodum, quam prius lubricè, vixit. Quis S. Pauli humorem tam citò immutauit, vt vesperi eos defenderet eamq̄; religionem assereret, quam & quos manè damnauerat & persequeretur?*

*Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia.* Gen. 49.

O qualis mutatio complexionis, qui mane erat Leo rapax, crudelis, sanguinarius, & carniuorus, *Spirans minarum & cadis in discipulos Domini,* vesperi tam mansueta ouis est, vt mori paratus sit pro iisdem quos mane ad ignem & crucem depoposcerat! Quæ noua comple-

plexio! sub vesperam maximum bellum Iudaismo indicit, pro quo defendēdo manē arma assumpserat: pro Christianismo decertat cuius iam ante ruinas optabat.

*Act. 9.* Saulus autem conualescebat, & confundebat Iudeos, affirmans quoniam hic est Christus.

*Act. 9.* Ervnde hæc? Non aliunde nisi quia circumfulsit ei lux de caelo. Vidit eum Pater ipseus. Hæc mutatio dextera excelsi.

*Luc. 18.* Apud Illyricos quorundam oculi & greges, & homines fascinare dicuntur, ita ut in illis vigorem naturalem supprimat: eodē modo Deus in quibusdam, sed in utilitatem eius qui patitur, benigno suo intuitu superfluam & masculam carnis, libidinisq; vim suppressit, & ab ordinarijs stimulis quos etiam Sancti, qualis S. Paulus fuit, patiuntur, liberat. Et hæc gratia specialis quam S. Paulus suis precibus obtinere non potuisset, diuo Thomæ Aquinati collatam legimus, quæ & forte Origini concessa est, cum castè vixisset inter septem virgines amanuenses seu librarias, quas ei quidam Ambrosius, studijs ipsius favens, quotidiè alebat à quibusdam putetur. Faxit ut omnes nos, maxime illi quibus ex voto aut regula castè continētur, quæ viuendum est, hoc dono speciali ornemur. Et qui quæso talis Dei intuitus necessarius non erit? Auditus itaque maximam affinitatem Dei, Solis & hominis.

*Euseb. l. 6.*  
*Hist. c. 17.*

## III.

QVID INTUITVS PATRIS OPERATUR  
in Prodigio nostro, & quid Dei in  
Publicanis.

Siquis ex me quærat, quid profuerit Prodigio nostro quod eum Pater aspexerat? *Vidit illum Pater.* Respondebo duplicē esse intuitū, vnū planè externū, nō inheerentē nec aliquid in persona visa producētē: internū seu inheerentē alterū. verbi gratia, intuitus externus est, si videā miserū misericordia motus meliora

liora ei  
miseria  
ej cond  
solarus  
ultus iu  
pulchri  
prædis  
tatam a  
tibus si  
re vt cu  
te cor i  
tuitus l  
inherē  
sarus in  
nihil n  
dens ac  
ella lib  
tuitus a  
na aut  
gratia,  
gros ca  
aut qu  
cula or  
agit, h  
adurit  
*Vidit*

Au  
piam;  
minit

hic en  
in eo,  
nes, te  
oculo  
cogni  
tam o  
circa  
& spe

liora ei opto, sed opto tantum, & nihil boni quo suam  
 miseriam subleuet confero; & cum nesciat quod  
 ei condoleam ipsique bene vilim, æquè in animo de-  
 solatus & in marsupio inops remanet: Vel si quis ad-  
 ultus iuuenis virginem viro aptam, decora statura,  
 pulchrioris formæ, gratis moribus, facundo eloquio  
 præditam, honesto loco oriundam, & sufficenter do-  
 taram aspiciat, eiusq; amore captus statuatur eam par-  
 tibus sibi in vxorè deposcere, omnemq; lapidè moue-  
 re vt cupitis fruatur amplexibus, illa interim ignorã-  
 te cor incogniti sui proci tam grauius sauciatu; in-  
 tuitus hic respectu puellæ omnino externus, & non  
 in hærens erit; omnis enim effectus ab hoc intuitu cau-  
 satus in intuente residet, quamuis sic viso, visum se esse  
 nihil noceat, nihil enim obest misero si videatur & vi-  
 dens ad misericordiã commoueat, sic nihil nocet pu-  
 ellæ liberæ si ad matrimonium honestè expetatur. In-  
 tuitus autem internus seu in hærens est, qui in perso-  
 na aut re visa nouum aliquem effectum causat, verbi  
 gratia, quando Sol suo intuitu oportuno tempore a-  
 gros calefacit, & ex sempre herbas fructumq; educit:  
 aut quando Leonis signum ingressus comitate cani-  
 cula omnia adurit, arbores exsiccat, canes in rabiem  
 agit, hominibus febres conciliat, oculos faciemque  
 adurit & fædat:

in suo  
 in suo  
 in suo  
 in suo

*Visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui conficiat* *Leu. 26.*  
*oculos vestros, & animas vestras.*

Aut quando instar Taurorum transuersim, quem-  
 piam, aut propter inuidiam, aut propter iram, quasi  
 imitantem intuemur;

*Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* *Iob. 16.*

hic enim aspectus, aut dolorem, aut timorè generat  
 in eo, in quem vultus talis desigitur; imò nec ipsi leo-  
 nes, teste Plinio, obliquè obtutu ferunt: Aut quando  
 oculo misericordiæ, quis pauperem intuetur; vel in-  
 cognitum hilari vultu recipit; aut in personam ama-  
 tam oculos amoris plenos vibrat; modò alijs quid  
 circa se actum sit constet: hoc ipso enim delectantur,  
 & spe aliqua obtinendi, quod sperant recreantur,

*Plin. l. 8.*  
*cap. 16.*

si videlicet quempiam sua miseria motos intelligat. Sic gaudet miser, si cōpatientem sibi nouerit; nā miseria miseriarum est, miseriā sine misericordia parā hinc quidam capitali suo inimico oprabāt:

*Sisq; miser semper, nec sis miserabilis ulli.*

*Ouid. in  
Ibin.*

Magnū autem in malis solatium est, si quis nobis compatiatur; vnde Menander ait, *Plurimum prodest apud infortunatos, praesentes sibi videre, qui condolent.*

Vt itaq; eō vnde digressi eramus reuertamur, dico intuitum hunc Patris ad filium terminatū produxisse in Patre misericordiam, & lachrymas, *Vidit eum Pater ipseus, & misericordia motus*: nam quod non vidit oculus, cor non dolet.

*Ouid. de  
Arte.  
Iuuen.  
Sat. 2.*

*Dum spectant laesos oculi, laeduntur & ipsi,*

*Vnaq; conspecta liuorem ducit ab vna*

Prodigus autē, si visus eius reciprocus vsq; ad paternum vultum pertingere potuit, vidit eum partim subridentem, quod filium perditum redeuntem cerneret; partim autem tristē ac calidas lachrymas plorantem, quod tā malē habitū intueretur. Hic itaque reciprocus intuitus varia in Prodigio nostro cauere potuit: Imprimis solatiū quod Patrē suis passionibus & miserijs cōpatientē videret. Secundo, spē bonam concepit se admittendū fore, aut vt admisā culpam purgaret, aut vt veniā precaretur. Tertio, Mutuā fortē erga Patrē cōpassionē excitauit, cū videret Patrem nunc annis grauem, vt quem lachrymæ vix decerent, sui causā flentem. Denique displicentiā, aut nouam, aut renouatam, quod sua prodigalitate & luxuria Patris canos ad tantā miseriā redegisset: Et hoc sensu, quod dicitur, *Et misericordia motus*, etiam filio accommodatur: cum enim videret Patrem tam amarē lachrymantem, sine dubio paternarum lachrymarum misertus est, eodē modo quo Christus, qui cum sua Passione esset obiectum cōpassionis benedictæ Matris suæ, ipseq; esset gladius doloris virginalē cotē penetrans, considerato Matris dolore, & cor amaritudine quasi disruptum aspiciens, cōpassioni Matris suæ cōpatiēdo mutuas vices rependit, ita vt

vt passio  
pelleret  
fluctus

Aqu  
Multum  
profuit

2.  
3.  
4.

Nam no  
nem in  
neum c

Qui  
Iesu Ch

bus, nun  
lumines

quam fl  
rendis i

epre ser  
rini; qu

hic pun  
apud In

bore, su  
constru

oportet  
ante oc

placere  
populo

quam i  
cum Ca  
tem od  
dolos, i  
riantur  
ferenda  
(cum of  
citiæ fi  
rium m  
pum; n  
Prophe

vt passio compassionem, & compassio passionem impelleret, vt fluente refluxenteque Euripo se mutuo fluctus s' lent,

*Aque diluuij euntes & redeuntes.*

Genes. 8.

Multum igitur aspectus paternus Prodigio nostro profuit; ipsum enim

1. illuminauit, vt perfectius suos agnosceret errores.
2. inflammatum amorem, cum tantam Patris clementiam videret.
3. Bona in ipso proposita, & desideria generauit:

Nam non aliter, ac si nouam omnino complexionem induxisset, cor lapideum emolliciens, in cor carneum commutauit.

Quidnam autem possit spiritualis aspectus Dei & Iesu Christi in nostris publicanis, & aliis peccatoribus, nunc videndum est. Primum itaque est, quod illuminentur in cognitione sui ipsius, ita vt videant, quam stultè elegerint pro bonis huius mundi acquirendis in æternam damnationem incidere; quam in epre seruum Domino, creaturas creatori præposuerint; quam amplum in cælo regnum amiserint, vt hic punctum, aut pedem terræ possiderent; quales sibi apud Inferos mansiones præpararint, dum hic de labore, sudore, & sanguine pauperum, superba palatia construerent, ipsos nimium opprimendo, & plus quàm oporteat interdum exigendo. Hic Christi aspectus ante oculos ipsis proposuit, quomodo cupientes placere Cæsari, eiusq; mandata rigidè exequi, toti populo, ipsique Deo sæpè displiceant, cum plus, quam iura dicent, exigunt. Ostendit ipsis, quomodo cum Cæsare Cæsaris fauores pereant; populare autem odium & maledicta in exactores nimium subdolos, importunos, & molestos nunquam intermorianantur; amicitiam vnus amicitia multorum præferendam non esse; amicitiam inconstantem vnus (cum officia non sint patrimonia) debere postponi amicitia firmæ, solidæq; totius populi: amicitiam patrum maius faciendam, quam Magnatum & Principum; nam, vt Martialis ait, *Pares amici: & Regius 10. Epigr. Propheeta.*

Mart. l.

Regius 10. Epigr.

Nolite 47.

I 5

*Psal. 145.* Nolite confidere in Principibus, &c.

Quæ cum ita se habere videant, deliberate resoluunt Publicanorum officium deserere. Hic etiam Christi inuitus qua Deum cognoscunt, augmentat.

Secundo Diuinus inuitus in nostris Publicanis, calorem quempiam, & nouum amorē operatur, ita ut ament, quod oderant, verbi causa, restitutionem male partorum, & distributionem bonorum legitimè ac-

*Luc. 19.*

quisitorum in pauperes; Domine, ecce dimidium bonorū meorum de pauperibus. Et si quem defraudauit, reddo quadruplū: thesaurizare in cælo, quò nec fur appropriat, nec tinea demolitur; non in terra, ubi nihil certum, nihil tutū: Deo non hominibus scenerari. Patrimonia tua Dio scenera, dicit Cyrianus: bona sua variis summis per-

*Cypr. de Habitu Virg.*

manus multorū pauperum in cælum præmittere potius, quam cistæ simul includere; ut sic, & bona nostra in perpetuū conseruemus, & diuinam iram à nobis auertamus, exemplo Iacob Patriarchæ, de quo legimus,

*Genes. 32.*

Et perterritus diuisit populum, qui secum erat: greges quosque oves, & boues, & camelos in duas turmas, dicens: si uenerit Esau ad unam turmam, & percusserit eam, alia turma, que reliqua est, saluabitur. Sic S. Laurentius per manus pauperū, Decij unguis rapacibus, thesauros

*Leo in*

*Natali S.*

*Laurentij.*

ecclesiæ subduxit, de quo S. Leo: Numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atque

vestitu, inamissibiles considerat facultates; qua tanto integrius erant salua, quanto sanctius probabantur expensa. Facit hic amor, ut hæc bona temporalia tanquam

*Iob. 14.*

prodromos quosdam, & pignora in cælum præmittant, ubi in æternum uiuitur, cum quantumcunque

vita nostra producat, semper tamen breues dies hominis sint. Facit, ut nunc promptiores sint ad distribuendum, & quasi dissipandū bona sua in pauperes, qua fuerint parati expilandum populum & nummos corrogandum, sub fucato subinde prætextu Cæsaris, aut

Dominorum: Cumulus illi auri, quem ex agro Reipublicæ collegerant, in pauperes erogatur & denud feminatur, ut post hanc vitam multo meliorem acceruum, pro uno centum, in altero mundo colligere valeant.

leant: Sicut Reges & Principes, cum primū aliquam urbem suæ ditionis egrediuntur, aurum & argentum in populū spargunt; ita etiam illi, in quorumuis occurrentiū pauperū manibus eleemosinas seminant.

*Dispersit dedit pauperib. iustitia eius manet in saculū saculū.* Psal. 112

Sic, sic diuinus intuitus illos calefacit; ita corda illorū pullulantia & fecunda facit in omni genere bonorum operum; ita priorem complexionem, & nō uum omninō humorem influit,

*Quod placuit, spernit; repetit quod nuper omisit.*

*HORAT.*

Adeo, ut quisquis corū dicere posset, se in nouū hominem transformatum, & cum Apostolo, *Viuo ego, iā non ego; uiuit uero in me Christus*; & quod iuuenis poenitens, & bonæ frugis hominē imitatus, percunctati meretrici, cum qua ante consueuerat, *An me nescis?*

*Ambr. 1.*

respondisse dicit, *Ego iam non sum idem ego*; optimo iure etiam Publicani ad Christum conuersi dicere poterant; si quis, n. eos rogasset, an essent quales fuerāt, exactores, concussores, raptores, plebis sanguisugæ &c. respondere potuissent, *Nō sumus tales, iam tempus illud præterit, noui homines sumus, eadem restant corpora, sed alius animus, mens alia, noua uoluntas*; & de ipsis uerum erat: *Fuistis aliquando tenebræ, nūc autem lux in Domino.* Fuimus tales, & natura nostra, ut libero arbitrio; sed noua Christi Philosophia, influxus misericordis ei⁹ intuitus, efficacia gratiæ ipsius nos reformauit, falsa Metempsychosis, seu transfusio animæ de corpore in corpus à Pythagora cōficta, renatos haud adeo alterare poterat, sicut fauorabilis aspectus oculorū Dei misericorditer super quēpiam directus, uoluntates nostras, & desideria alterat, *Dedit potestatiē filios Dei fieri.* Ut hominis intuitus in lucidum speculum delixus facit, ut producta in speculo imago, ipsum uicissim fixis oculis intueatur: Ita etiam aspectus Dei in animas nostras, ueras Dei imagines incidens, facit ut quæ oculum in rebus terrenis figebant, quæ solum Cæsarem, eius iura, & propria lucra consecrabantur, prohdolor! mox felici metamorphosi nihil nisi cælestia contemplerentur,

*IOAN. 1.*

præter

præter honorem Dei, & suam salutem nihil quærant, *Hac mutatio dextera Excelsi.* O fœlicem & benedictam horam, qua Dominus noster Iesus Christus oculo misericordiæ suæ nos intueri dignabitur. *Vidit eum Pater.* Præterea etiam hic intuitus magnanimitatem, & heroicam fortitudinem excitat, cum ex hoc intuitu cognoscamus quod *spectaculum facti sumus Deo.* Ad præsentiam Imperatoris alacrius concurrunt milites, fidelius laborant serui *ad oculum seruientes;* sic S. Stephano animi vigor duplicatus est, cum *vidit cælos apertos,* & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Aspectus hic oculorum ita attractiuorum plenorum omnimoda gratia nos ad amorem Dei pertrahunt, & vt Sol hortorum decus Heliotropium circumducunt, ita vt semper Deum obuerso vultu sicuti Heliotropium solem, quocumque conuersus fuerit, intueamur. *Oculum ex oculo comparant.* vt solis radii in oculos nostros incidentes, volentibus, nolentibus lachrymas excutunt, ita diuinus intuitus calidas Pœnitentiæ lachrymas, amoris indices, pro eluendis peccatis causat. O vtilem intuitum! Domine Deus cuius providentiæ oculus vniuersam hanc mundi machinam administrat benigno oculo, *Aspice in me & miserere mei!* vt videam peccata mea, miseras meas; paradysum tuum, vt amem; infernũ vt timeam; Intueare animam meam vt tuo amore accendatur, vt bonis operibus fecundetur, vt mala eius complexio in meliorem humorem commutetur. Et quia oculi nostri sunt instat speculorum imagines quorumcunq̃ue obiectorum recipientium, oculos tuos mi Deus in meos conice, vt in meis oculis ac intellectu imprimant imaginem viuam tuæ Maiestatis & oculorum tuorum cuncta videntium, omnia manifestantium!

*Oculus cœli videt omnia.*

*Muri tui coram oculis meis semper.*

*Videt hic Deus omnia primus.*

*Cæcæ, Deus videt.*

*Stans in propinquo cominus videt Deus.*

*Respice in me Domine vt ego respicam in te, sicut*  
*imago*

*Act. 7.*

*Isai. 29.*

*Vide Plu-  
 tar. in  
 Tract.  
 aduers.  
 Colotem.*

imago  
 ego sim  
 enim  
 teris a  
 tuitus  
 qua or  
 pend  
 sole iu  
 spice, s  
 & om  
 mea q  
 biles b

*Quo*

*Fer*

*Them*

*Et n*

*Et*

*Dicam  
 hodie*

QVOD PATER PRODIGI DIVERSIS  
*considerationibus huc illucque agitatus, tan-*  
*dem rationibus misericordiae per-*  
*suasus sit.*

**H**Æc formula loquendi, *Pater misericordia motus*  
*est*, suspicari me cogit, quod bonus ille Pater,  
 cum subito filium suum tam malè vestitum re-  
 ducem videret, diuersis & sibi contrariantib; rati-  
 onibus agitatus fuerit, sc. An in domum, pristinaamq; gra-  
 tiã reciperet filiũ, an potius obstinata areaq; fronte  
 probè cõmeritum refelleret? Aduentũ ne ipsi gratu-  
 laretur, aut verbis maledicis, aut fustibus duris, aut  
 trisq; Carcerine m̃cipandus instar teræ siluestris es-  
 set, an vt prius libertati solita permittendus? Exiit  
 millenæ & millenæ cogitationes diuersæ & contra-  
 riæ, vt colluctantes inter se ventorum turbines, aut in  
 summis Alpibus annosam quercum, aut in medio oc-  
 ceano periclitantem nauem, nunc huc, nunc illuc,  
 donec in alteram partem inclinetur, agitare solent,  
 animum senis nostri conturbant.

*Virg. l. 1.  
 Æneid.*

*Vna Eurisq; Notusque ruunt, creberq; procellis  
 Africus, & vastos voluunt ad littora fluctus.*

Hinc enim zelus vindictæ Iustitiæ pallio conrecta  
 verisimilibus & appatentibus rationibus miserum  
 lum senem imperebat, dicens:

\* 1. Meruisse à domo paterna excludi, & dignũ qui  
 cum pauperibus fores paternas obseruet, & nõ inero-  
 mittatur, qui sua sponte, reclamante parente, calidis  
 lachrymis, interruptis singultibus & suspitiis abitam  
 deprecante, nec horam moratus paterna domo se e-  
 iecerat: Neque enim melioris iuris sunt filij familias  
 in ædibus paternis, quam vxores in domibus marito-  
 rum. Et tamen si eorum aliqua dixerit:

*Osee 2.*

*Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi &  
 quas meas, lanam meam & limum meum, oleum meum*

imago in speculo in illum quem repræsentat, cum & ego sim imago tui, conuerte me, & conuertar ego: nequeo enim me ad te conuertere, nisi tu me prior conuerteris ad te; nec te prius intueri valeo quam tu me intuitus fueris. O me miseram imaginem specularem quæ omnimodo à Proto typo meo & spectatore dependeo. O me miserum florem, qui occidente mihi sole iustitiæ claudor, & eo exorto demum aperior! Aspice, aspice in me Domine & miserere mei. Aspice in me & omnia opera mea, vt videns oculos tuos super me meaque apertos, cogat quasi ad oculos meos volubiles bene gubernandam.

Quos si Argus seruet, qui totus oculus fuit, quem quondam Ioui Iuno tutelam addit, is nunquam seruet. Plaut. in Aulularia

Fertilissimus in agro oculus Domini est. Plin. l. 18. c. 6.

CONCIO QVINTA.

Thema, καὶ ἐπιλαχὺν σῶσθαι.

Græc.

Et misericordia motus est.

Vulgata.

Et misertus est eius.

Syriacæ.

Facta repetitione præcedentium,

I. Quod Pater Prodigii diuersis considerationibus huc illucq; agitatus, rationibus Misericordie persuasus sit.

Dicam hodie II. Quid hunc motum in corde Patris excitauit: & quomodo deceat nos erga pauperes potius opere facundos esse ad benefaciendum, quam lingua facundos ad benedicendum.

Aue.

QVOD

QVOD PATER PRODIGI DIVERSIS  
*considerationibus huc illucque agitatus, tan-*  
*dem rationibus misericordiae per-*  
*suasus sit.*

**H**Æc formula loquendi, *Pater misericordia motus*  
*est, suspicari me cogit, quod bonus ille Pater,*  
*cum subito filium suum tam malè vestitum re-*  
*ducem videret, diuersis & sibi contrariantib; rati-*  
*onibus agitatus fuerit, sc. An in domum, pristinaamq; gra-*  
*tia reciperet filiū, an potius obstinata areaq; fronte*  
*probè cōmeritum refelleret? Aduentū ne ipsi gratu-*  
*laretur, aut verbis maledicis, aut fustibus duris, aut*  
*tristiq; Carcerine mācipandus instar teræ siluestris es-*  
*set, an vt prius libertati solita permittendus? Exiunt*  
*millenæ & millenæ cogitationes diuersæ & contra-*  
*riæ, vt colluctantes inter se ventorum turbines, aut in*  
*summis Alpibus annosam quercum, aut in medio oc-*  
*ceano periclitantem nauem, nunc huc, nunc illuc,*  
*donec in alteram partem inclinetur, agitare solent,*  
*animum senis nostri conturbant.*

*Virg. l. 1.*  
*Æneid.*

*Vna Eurusque, Notusque ruunt, creberq; procellis*  
*Africus, & vastos voluunt ad littora fluctus.*

Hinc enim zelus vindictæ Iustitiæ pallio contexta  
 verisimilibus & appatentibus rationibus miserum  
 lum senem imperebat, dicens:

\* 1. Meruisse à domo paterna excludi, & dignū qui  
 cum pauperibus fores paternas obseruet, & nō inero-  
 mittatur, qui sua sponte, reclamante parente, calidis  
 lachrymis, interruptis singultibus & suspitiis abitam  
 deprecante, nec horam moratus paterna domo se e-  
 iecerat: Neque enim melioris iuris sunt filij familias  
 in ædibus paternis, quam vxores in domibus marito-  
 rum. Et tamen si eorum aliqua dixerit:

*Osee 2.*

*Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi &*  
*quas meas, lanam meam & limum meum, oleum meum*  
*& m;*

Et potum meum: Et postmodum ei diuortium malè  
cesserit, vt solet, iuxta illud Ennodij,

*Credite mihi ultionem criminis, dum admittit crimen  
executa est: Et turpi mersa contubernio, Et flagitium, Et  
penam flagitij reperit in adultero.*

Ennod. l. 1.  
8. ep. 35.

ac poenitentia ducta dixerit, *Vadam Et reuertar ad  
virum meum priorè, quia bene mihi erat tunc magis quàm  
nunc; nam & maritus meus est, & primos amores ra-  
puit, Dux virginis meae: Redibo itaque ad illum,*  
nam

Ose. 2.

*Ille meos primus qui me sibi duxit, amores  
Abstulit, ille habeat secum seruetque sepulchro.*

Virg. l. 4.  
Æneid.

tunc eius maritus, neque iure diuino, neque humano  
teneatur redeuntem in gratiam recipere, ad domū aut  
thorū admittere, sed perpetuum cum ipsa diuortium  
facere poterit, eò quod illa prior corpus suum marito  
suffurata alieno prostituerit, & fidem conjugalem  
extraneo se commiscens violarit.

*Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*

Hinc & Christus & Apostolus ob adulteriū perpetuū  
diuortium cōcedunt, *Omnis qui dimiserit uxorem exca-  
pta fornicationis causa, facit eam mœcham.* Cum itaque  
filius tuus prior à te recesserit, quamuis spōte redeat,  
in perpetuum excludere poteris. Ecquid enim iuris  
sibi superesse putat redeundi in familiam illam, à qua  
contra tot vestras preces & instantias seipsum eman-  
cipauit? Itaque, si discedit, discedat.

Matth. 5.

\* 2. Variis de causis leges Imperiales parentibus  
concedunt filios exhæredare: quarum vna est, si pa-  
tribus notabilem iniuriam intulerint. Et quam ma-  
iorem inferre potuit, cum quasi iugulo cultrum, pe-  
tori gladium admouens ad diuisionem bonorum te  
coegit, suam partem extorsit? Quid? suam gratiam, tuā  
mortem præuenit; imò eam tibi accelerare quantum  
potuit conatus; nam te bonis fulcro senectutis tuæ  
priuauit, timores & pauores senili animo militari ia-  
stantia incussit, & hæc violentia patri illata abdic-  
ationem perpetuam non merebitur? Quid!

In Au-  
tent. col-  
lat. 8. vs  
cum de  
appell. §.  
alind. quo-  
que.

*Filius ante diem patrios inquirat in annos?*

Ouil. 1.  
Præ. Meta.

Præterea, si ob mala consortia frequentata exheredationem permittunt Imperatores, vide quæ collegia malorum implet pessimus non frequentarit, nã merito de eo dicit frater, *Dissipauit substantiam suam cum meretricibus*, & fama communis aliquid amplius me suspicari facit, nã indistinctè dicit, *Dissipauit substantiam suã viuẽdo luxuriose*, sub general. n. titulo Prodigalitatũs omnis excessus etiam imaginarius comprehendĩ potest. Deinde si ob inobedientiam notoriam & coram Iudice euictam liceat Patri exheredare filium, ita vt ne quidem ad alimenta præstanda aut sustentationem filij teneatur, & possit ipsum seminudum foras protrudere, quod iniuste in S. Franciscum coram Episcopo Assisinate pater eius exercuit, cur quales Prodigum istum in gratiam recipies, & ad successiõnem hæreditatis quæ restat admittes? Cũ precor eunt de uo vesties & ditabis qui nunquam tibi obediens fuit, nec futurus apparet, cum in longinqua illa regione sine iugo & obedientia viuere, & concupiscentia & desiderijs regi consueuerit? Iam se ipsum emancipauit & exheredauit: seipsum pauperẽ fait, vestibus spoliatur, & iuri suo renũciauit; & quare de uo tam rebellem exheredẽ hæredẽ scribes, qui exheredari proueruit, & quẽ omnia iura exheredationem proueruit clamant? Cur non potius dicis, *laud illum quem magis amas quam Patrem, me hæredem uigilantem scribam, inimicum relinquam.*

\* 3. Si denuo in domum admittatur, toti familie & parenteie ignominie perpetue nota inuretur. Quoties enim in publicum prodibit, toties male actæ uitæ memoria refricabitur; toties aut ipsi aut suis præterita scelera audienda erunt; toties in fronte nouus pudor, in corde dolor omnibus probis orietur, omnibus materia discordie & luctus: Ob huius uisus presentiam plurimi se vestro consortio aliud ipsis gratissimo subducent, aut sane frontem pudoris, cor doloris periculo exponent, aut impudenter & uerbo & gladio iniustam prodigi tui causam defendendam suscipient. Sin autẽ a domo tua exclusus, nec inter amicos,

Bonau. in  
Vita S.  
Francise.

micos,  
per ipsu  
petuam  
cogitatis  
populo, e

Vnu  
Si pro

\* 4. I  
tam in fi  
speculu  
nequiti  
simus ef  
eorum, e  
in scanda

Vnius

Vnaq

Dum

Modi

Nec ob

lato La

nes pere

tatis ca

tur eni

insicien

que etia

te, vt Il

puerum

quia cu

tenter a

cum illo

tionis d

bero hæ

mater d

derisera

tiam &

& Saran

micos

amicos, nec in patria vsquam conspectus fuerit, omnis per ipsum familiae iniusta ignominia in fumos & perpetuam obliuionem abibit. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis; quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Vnum pro multis detur caput

Virg.

Si propter illum tempestas hac grandis, tollite illum, Ion. 1.  
vt mittite in mare, & cessabit mare à vobis.

\* 4. In familiam se recipiatur periculum est ne totam inficiat, imò & seniore[m] fratrem obedientiae speculum & baculum senectutis tuae; nam omnium nequitiarum in his regionibus incognitarum peritissimus est; Commisti sunt inter gentes & didicerunt operarum, & seruiuerunt sculpsilibus eorum, & factum est illis in scandalum

Psal. 103

Grex totus in agris

Iuuen.

Vnius scabie cadit & prurigne porci.

Satyr. 2.

Vnaq; constata liuorem ducit ab vna. & alius:

Dum spectant laesos oculi laduntur & ipsi.

Ouid. l. 2.  
de Arte.

Modicum fermentum totam massam corrumpit.

Plutar. in

Nec ob alia causam Lycurgus prudentissimus legislator Lacedaemonis vetuit nò solù ad exterarum nationes peregrinari, verum etiam peregrinos nisi necessitatis causa in suam regionem admittere; verebatur enim suos ab exteris dissolutioribus moribus inficiendos: Hinc etiam factum quod Sara, adeoque etiam diuinum oraculum Abrahamum viderit, vt Ismaelem tredecim aut quindecim annorum puerum, vna cum matre sua domo exigeret, aut quia cum Isaaco luserat, aut nimis saepe, irreuerenter aut minorem percutiens luserat; aut quia cum illo contenderat, praesagium futurae persecutionis de qua S. Paulus, & ambitionis qua seruus libero heredi & Domino suo imperare affectabat, & mater dono prophetiae praeuiderat; aut quia Isaacum deriserat, nam in Hebraeo textu est vox quae substantiam & illudere significat; imo quia & Abrahamum & Saram subsannarat; narrant enim quidam Do-

oycurgo.

Ioan. Boe-

mus l. 3. de

moribus

Gen. c. 3.

Gen. c. 3.

Petrus Co-

mestor.

Histor.

Scholast.

c. 61 in

Genes.

Genes.

Genes.

Genes.

Genes.

Genes.

Genes.

K

Stores Genes.

Stores Hebræi Abraham solemnem conuiuium instituisse, cumque ei omnes de nato Isaac patri iam facti gratularentur, nebulonem illum ex ancilla prognatum Abrahamum & Saram derisisse, quod videns Sara indicauit marito, quæ sanè opinio non omnino explodenda est: nam textu originali non legitur Ismaelem cum Isaac iussisse, sed à septuaginta hæc additio facta est, adeoque Paraphrasis Chaldaica simpliciter habet, *Vidit Sara ludentem*: aut secundum aliam traditionem hebræorum, quia Ismael cogebat Isaac adorare imagines luteas quas ipse confecerat, ut sic puero puer idololatram instillaret; aut quia ipsum ad actus lususque impudicos & lasciuos sollicitabat. Denique sic quicquid volet, quod Ismael Isaac fecerit, Sara videns aut timens suum Isaacum conuersatione Ismaelis deteriorem fieri, & eius scabie inficendum si diutius domi retineretur, ut omnem malum vltioris cauam & occasionem præscinderet, marito suo dixit, *Fuge ancillam hanc, & filium eius; non enim eris hæres filius ancilla cum filio meo Isaac*; quod diuino oraculo monitus Abraham quamuis irascens & dolens impleuit, iussus in hac re uxori obsequi. Hæc enim prudens matrona omnes parentes præmonuit, ut tempestiuè & remotissimè oculis prolium suarum auferant omnia irritamenta malorum, omnem materiam corruptionum, omnia mala exempla, quæ teneræ ipsorum aetatis, quæ tabulis illis ralis, & instar ceræ omni formæ idoneis scândalo esse possint, cum ex natura vitio facilius malas quam bonas formas recipiamus: certum est Auditores, nec aliter euenire solet, quam ut similes eorum efficiamur cum quibus familiariter & multo tempore conuersamur.

Senec. l. 3. de Ira capit. 7. *Sumuntur à conuersantibus mores: Et ut quedam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit.* Ebrissus

Petrus Comestor supra.

*fitu conuictores in amore vini traxit. Impudicorum coetus, fortem quoque & silicem virum emollit. Avarus in proximos virus suum transtulit: Nec tam valetudine profuit vtilis regio, quam animis parum firmis in turba meliorum versari.*

Item l. de vita beata, cap. 1. *Versat nos & precipitat traditus per manus error, alienisque perimus exempla.*

D. Hieron. *Talis quisque afficitur, qualium societate fruatur.*

*Oscit ante vno oscitat & alter.*

*Claudo vel vni si propinquus manseris,*

*Disces & ipse claudicare protinus.*

Et quid? Abraham suum affectum superavit, & foras eiecit filium suum tredecim aut quindecim annorum, qui nunquam alium quam patrium fumum viderat, nunquam à parente abierat, solum cum fratre iusserat, cum pueris lusus aded naturalis sit, vt græci nomine à ludo derivato pueros appellent: puer enim græce vocatur *παις*, inde vox fit *παιδια*, id est, ludus, à verbo *παισσω*, ludo: & tu adultum illum iuvenem recipies, qui sponte sua iam extraneus est: hoc lupanarium columen, hunc exolecum scurram, hoc prostibulum & mille meretricum excrementum, dissipavit substantiam suam cum meretricibus. Itane seniore filium, hominem prudentem & probum, periculo tanto, ne ab hoc desperato nebulone corrumpatur, expones? Itane benigno vultu, hilari animo, læto amplexu peregrinè venientem recipies qui mox ac admissus fuerit te ipsum eradicabit & foras eijcet? Si tibi minor ille natu tam charus esset quam oculi, tam necessarius quam manus, pedesque, omnino eijciendus esset, & nunc, qui seipsum eiecit, admittes? Egregiam verò laudem? *Virg. l. 4. An non recordaris illius: Si oculus tuus scandalizat te. Æneid. 8. meum, & projice ab te: bonum est tibi cum vno oculo Matth. 9.*

*intrare ad vitam, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.*

Si autem salus animarum tibi ita lenis videatur, cur te filium tuum seniore[m] totamque familiam tuam periculo infirmitatis corporalis expones? Itaque ut minori pessimè de te merito, scabioso, putrido, & morbo gallico laboranti benefacias, tibi, seniori, toti familiæ optimè de te meritis malefacies? Vah, non consideras malum Neapolitanum viscera eius depasci? ex halitu, in fronte totoque corpore luis illius indicia habes: An ignoras quam infestus, inhonestus, contagiosus & incurabilis hic morbus sit? contagio hæc in omnes dum simul edetis, bibetis, dormietis, & eandem auram quam ipse suo habitu infecit, respirando attrahetis, instar canci proserpet. Certe parum se suosque existimat, qui ut prodigo adolescenti fauorem impendat, se suosque periculo euidenti tam contagiosi & dedecorosi morbi obijcit. Pereat, pereat membrum putridum ut reliqua saluentur: *Immedicabile vulnus Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.*

\* 5. Si hunc in domum tuam ut filium recipis, stultè clementiæ nomen affectas: Quæ enim clementia est ut malefico parcas in multos innocentes defæuire? hoc manifestè crudelitatis est, illud effamati cordis:

*Qui iustificat impium, & condemnat iustum; abominabilis est uterque apud Deum.*

Si hunc prodigum domo admittas post tot scelera & flagitia, nunquid ut vestias nudum, ut dices qui legitimam suam dissipauit, ut honestè ei provideas qui contra omnem honestatem cum meretricibus vixit luxuriosè, necesse erit hæc omnia filio tuoleniori detrahere, filio inquam seniori & semper obedientissimo? Cur malitia minoris natu bonitatem maioris superabit? Si iniquum sit S. Paulum spoliare ut S. Petrus vestiatur, & quid erit innocentè denudare ut nequam amiciatur? *Recte iudicate filij hominum.*

*Psal. 57.*

\*. 6. A. B.

\* 6. An non consideras Pater impunitatem veram facem omnis malitiæ esse? ipsum enim ad similia iteranda excitat; aliis autem ad eadẽ audenda vexillum præfert; hac enim indemnitate spe, & fratrem suũ, & totam viciniam ad sui imitationẽ excitabit. Quod ipsum concernit, an non audater in eadem peccata relaberur, si senserit priorem lapsum nihil asperum promeruisse?

*Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam,*

§. Bernardus, *Facilitas venia incentiuum parit delinquendi.*

Idem l. 3. de considerat. c. 7. *Impunitas incuria soboles, insolentia mater, radix impudentia, transgressionum nutritrix.*

Chrystost. Hom. in c. 1. ad Galat. *Qui pusilla dissimulant, ad maiora inuitant.*

Et quid non damni tam fratri quam aliis hanc eius indemnitate allaturam putas? An non spe eiusdem gratiæ eadem præsumunt & audebunt?

\* 7. Si misericordia aut clementia præstanda, bonis præstanda est, qui quamuis peccauerint, raro tamen, idque per ignorantiam aut inaduertentiam, aut fragilitatem humanam, non à proposito & merita nequitia dataque opera, quasi nihil aliud quam offensam Dei quærent:

*Cuncta cogitatio cordis intentia ad malum omni tempore.* Genes. 6.

*Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

*Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt.*

Euripides in Auge apud Stobæum Orat. 44. vel Sophocles in Tyro ibidem.

*Misericordia digni, nõ malefici, sed probi hominos.*

Plautus in Truculento Act. 1. Scen. 1.

*Picaculum est misereri nos hominum*

*Rem malè gerentium.*

Author incertus:

*Æquo animo, qui malis misereatur, est malus.*

Hæc & similia suggerente Iustitia, tot rationibus, ac argumentorum arietibus quassatus Pater iam in rigorem propendebat, animo secum volens quibus asperis verbis prodigium suum exciperet, iam fortè ostio admouerat, ut ad excludendum filium pessulum obderet; iam fortè scipionem suum eleuarat, aut arrepto nouo ad mensurandum dorsum filij properabat, ut iteratis & repetitis ictibus familiam deuoraturam feram longè à caulibus arceret: Et sic aduersus Prodigium Iustitia triumphabat.

Sed in pedes se erigens Misericordia causæ suæ nõ defuit, sed pro prodigo ad commouendam in Patre misericordiam rationes æquissimas temperauit, dicens,

\* I. Et quid? An non hominum est offendere?

*Labi, errare, decipi humanum est*

*Ingenium est omnium hominum procliuè ad libidinem.*

Terent. in

Andr.

Act. 1.

Scen. 1.

Genes. 8. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua; Non igitur percutiam ultra omnem animam uiuentem, sicuti feci. Spiritus quidem ad faciendum bonum & fugiendum malum alacer est; sed pondere suo animam ad sublimia euolantem aggrauat caro.

*Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

*Deprimis terrena cogitatio sensum multa cogitantem.*

*Dextera tenet lapidem, manus altera sustinet alar,*

*Ut me pluma leuat, sic graue mergit onus.*

Vide

Alciat.

Emble.

120.

Quis nescit mundum subinde etiam prudentissimos incantare? Diabolus peritissimus circumforaneus & astutus consiliarius, qui in angelum lucis se transformans subtilissimos quosque decipit: Iuuenili etiam sanguini in adolescentulis ebullienti aliquid concedendam est; neque enim pueri nascuntur senes,

Quam

*Quam iniqui sunt Patres in omnes adolescentes iu-  
dices,*

*Qui aequum esse censent, nos iam à pueris ilicò nasci  
senes.*

\* 2. Considerandum Prodigum ex animo de  
commissa offensa dolere, peccatum suum agnosce-  
re, illudque calidis lachrymis deplorare:

*Quem poenitet peccasse penè innocens est.*

*Senec. in*

*Cum ingemueris tunc saluaberis.*

*Agamè.*

*Crede mihi, miseris caelestia numina parcunt*

*Cum bene peccati poenituisse vident.*

\* 3. Et illud perpendendum est, ipsum pro pecca-  
tis suis magna ex parte satisfacisse; si enim co-  
medendo aut bibendo excefferit, quam caninam  
famem & inediam pertulit? Si iugum paternum ex-  
cussit, si libertatem suo malo affectauit, quam vilem  
& rigidam apud extraneum Rhadamantum teruitu-  
tem, teruit?

*Duo & duo, & unum contra unum.*

*Ecccl. 33.*

Si bona aura praecesserit, nubila tempestas subse-  
cuta est; iam fumus ergo pares.

*Paululum supplicij pro magno peccato satis est Patri.*

*Terent.*

Et quamuis Dei maxima sit iustitia, tamen non iudi-  
cabit bis in idipsum, nec consurget duplex tribulatio, vt alia  
verbo habet.

\* 4. Quamuis Prodigus plurimum Patrem offen-  
derit, nulli tamen furando, latrocinando, percutien-  
do, violentiam intulit: sibi solum hilariter & geniali-  
ter, vixit, bona sua cum gaudio expendit, & quicquid  
secuturum erat mali, idiotum in capiteius redunda-  
uit: *Secum Rei personam perit, & Tortoris.*

\* 5. Afflicto non est addenda afflictio. *Calamum Isai. 42.*  
*quassatum non conteret, & linum fumigans non extin-*  
*quet.* Si non recipiatur, sed asperè reiiciatur, quid ex-  
pectandum erit, nisi vt desperatus abeat, omnem o-  
mnino conscientiam abijciat, ac tandem semetipsum  
perdat? Nulli fortius pugnant, quam qui de fuga de-  
sperant; nec vlli liberius & grauius peccant, quam  
qui de diuina misericordia desperant.

*Nulla salus lapsis, nullam sperare salutem.*

*Periculosa res desperatio.*

*Crescunt culpa venia desperatione.*

*Gravissimi sunt morsus irritae necessitatis.*

*Port. la-  
tro in de-  
lam. con-  
tra catal.*

\* 6. Quamuis Patrem offenderit, forte horum pars aliqua in patrem redundat; aut, quia eius tene-ram iuventutem non satis castigavit; aut, quia ei legitimum nimis cito concessit, & furioso petenti gladium, quo periret, in manus dedit.

*Blanda Patrum segnes facit indulgentianatos.*

*Mantua-  
nus.*

Ita ð Auditores benevoli, sic, sic, parentes faciles, & ad quævis filiorum facta conniuentes, ipsis auctores peccati sunt, & laqueum quo suspendantur parant, viamque ad æternam damnationem aperiunt; adeoque meritò maleficus quidam furcæ proximus, quasi valedicturus osculo, ore matri nasum præmordit, dicens, *Nō Prator, sed mater mea, me ducit ad suspendium*, significans se matris indulgentia corruptum in flagitium istud incidisse.

Quintilianus l. 1. Instit. ca. 2. *Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus! Infantiam statim delictis solvimus, gaudemus si quid licentius dixerint: verba, nec Alexandrinis quidem permittenda delictis, risu & osculo suscipimus.*

Fieri etiam potuit, ut malo exemplo filio tot peccatorum causa fuerit, sua scilicet sæpè iterata crapula, leuitate, aut stultitia, vel erga uxorem, vel ancillas, aut amicam superadductam, dum non cauet parvulorum aures & oculos; nec meminit Prouerbialis consilij, *Si non caste, saltem caute*. Vnde Quintilianus supra:

*Nos docuimus, ex nobis audierunt; nostras amicas, nostros concubinos vident. Omne conuiuium obscæna cantibus strepit, pudenda dicta spectantur: fit ex his consuetudo, deinde natura: Discunt hac miseri antequam sciant vitia esse*

*Ituen.*

*Sæp. 14.*

*Velocius & citius nos*

*Corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis*

*Caus*

*Cum subeunt animos authoribus.* Et quomodo Cham poruit esse prudens, sobrius, & honestus, qui vidit Patrem suum Noe, ita vino obrutum, ut instar mortui in tabernaculo resupinaret, & pudenda detegeret? Merito itaque Cato Censor Manlium quendam Senatu amovit, quod uxorem suam praesente filia osculatus esset, ut refert Caelius Rhodoginus l. 4. c. 3. Deinde, Quantumvis aliqui Parentes plus æquò faciles & indulgentes sunt; aliquando tamen ab aurea mediocritate recedentes, nimio rigore suo causa sunt, ut paternum iugum excutiant filij, & in contemptum parentum per varias regiones vagentur; uti nimia indulgentia licentiam quidvis faciendi concedunt, & sic totalem perditionem ipsis commonstrant: Sic insignis ille Comicus introducit senem quendam miserè plorantem, & capillos euellentem, qui nimio suo rigore filium vnicum ad militiam protruserat, dicentem:

*Vbirem rescivi ceppi non humanitus,  
Neq; ut animum decuit agrotum adolescentuli  
Tractare; sed vi & via peruulgata patrum  
Quotidie accusabam, &c.  
Postremo adeo res redijt, adolescentulus  
Sapè eadem & grauius audiendo victus est:  
Eum ego sicci hinc miserum iniustitia mea.*

*Heaut.  
Act. i.  
Scen. 11.*

quæ audiens vicinus, & vitam scilicet filij, & rigorem patris, vtrumque arguit, hunc rigoris, illum luxuriæ, dicens:

*Ambo accusandi.*

*Terent. ib.*

Quis ergo scit, an non aliquando vehementi furorè, & ira erga Prodigium tuum exarseris! Chrysostomus in Matthæum, *Iustitia sine misericordia, crudelitas est.* Equum est, ut parentes instar cotium à suis filijs omnem rubiginem malitiæ abradant; sed sicut eos interdum oleo inungitur, ita etiam correptio filiorum paterna dulcedine, & benignis verbis temperanda est.

*Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui Galat. 6.  
spirituales estis, corripite huiusmodi in spiritu lenitatis.*

K 5

Bona-

Bonarum mentium est, ibi culpam timere, ubi culpa non est, inquit S. Gregorius, & quid si tu, aut nimia indulgentia, aut nimio rigore, aut malo exemplo Prodigum tuum perdidicisti; an non æquum erit, ut aliquam cum illo pœnam sustineas, ut in gratiam ipsum recipias, ut sub tua senili directione à desiderijs, concupiscentijs, & passionibus magis libera, de novo reformetur? quod in me est ego ita tibi faciendū cōsulo.

\* 7. Considera hominem pronum ad humanitatem, à qua nomen ducit, natum; quæ virtus homini ad eò propria est, ut Deus volens suam clementiam significare, se hominem nominet; cum verò Iustitiam & Rigorem Leonem, aut Ursam, ut notavit Theophilactus. Misericordia homini ad eò naturalis est, & cordi eius insita, ut Hieron. dicat, *Misericordia affectus est, qua nec voluntate coercetur, nec rationi subijcitur; sed ipsas pias mentes ad compassionem dolentium necessario agit affectu; ita etiam, ut si peccatum esset misereri, & multum vellem, non possum non misereri.* & Cassiodorus,

Hier. in ep.

*Sola misericordia est, cui omnes virtutes honorabiliter cedere non recusant.*

Quint. l. 5.

Inst. c. 1.

Hæc virtus apud Athenienses in tanta æstimatione fuit, ut scribat Quintilianus: *Prudentissima civitas Atheniensium misericordiam non pro affectu, sed pro nomine accepit; & alter:*

Stadius li.

12. Heb.

*Vrbe fuit media nulli concessa potentum, Ara Deum, mitis posuit clementia sedem, Et miseri fecere sacram, sine supplice nunquam.*

Imò & fides nos docet. Misericordiam aureas cœli claves habere, quibus Cœlū nobis panditur, vel eam ipsam portā. Quod mysticè significavit sapiens Rex Salomon in structura Templi sui, fabricando portas ex oleis, nihil enim aliud significare voluit, quam actiones & affectiones Misericordie nobis aditum in Cœlum æternum Dei templum patefacere.

Psal. 88.

*Misericordia edificabitur in cœlis Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

E contrario autem,

*Iudicium durissimum ei, qui non fecit misericordiam.*

\* 8. An non decet eum erga miseros & delinquentes misericordem esse, qui & ipse aliquando, aut Dei, aut hominum, misericordia eget? Neque enim vllō meliori iudicio quispiam conuincere potest, se recordari hominem esse ictibus fortunæ expositum, quam si miseris compatiatur & subueniat.

*Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.*

Ille apud Deum, & homines in aduersis auxilium reperiet, qui prosperis aliena miseria subuenit.

*Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices, in altero quemque, quod pro se timeret asserere. Nondum hac Charitas est, nec personis impensa reuerentia, sed similitum accidentium prouidi metus, & communium fortuitorum reliquus horror.*

Publius, *Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat.*

*Bona comparat presidia Misericordia.*

*Iucundus homo, qui miseretur & commodat; in aeternum non commouebitur. In memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.*

*Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, uniuersum stratum eius uersabit in infirmitate eius.*

Publius, *Bonum ad virum cito moritur iracundia, quam Dei, quam hominum,*

Et quamuis parentes misericordia filiorū opus nō habeant, est tamen quod à suis parentibus, quos saepius offenderunt, veniam petant; opus etiā habet clementia Dei communis omnium patris, quē quotidianis suis delictis saepissimè offendunt: Æquum itaq; est,

vt & ipsi clementia erga suos filios vtantur.

9. Ne diffidas, potest hic tuuus Prodigus in vinum probum & baculum senectutis tuæ euadere. *Athenenses abdicato vicerunt duce: Themistocle videlicet, qui iuuentutem suam tam malè exegerat, vt à patre hæreditate exclusus fuerit, & mater eius præ caetera vitam laqueo finierit: Paulatim maturefcunt fructus vt ex oue in lupum, ita & ex lupo in ouem transformatio possibilis est.* Bernardus lib. 4. de consolat. cap. 3.

*Quid diffidimus reuerti posse in oues, è quibus ueritatem lupos potuerunt?*

Minus indecens est, si arguaris te bonitate & clementia excessisse, quam furore aut rigore. *Ignorant multa alijs, nihil tibi, aiebat Cleobulus: & ipse Christus mandauit Petro peccanti non septies sed septuagies septies culpam dimittere: Quod si hoc facerent est personæ publicæ, quid erit priuatæ, cuius patrem nomen omnem dulcedinem & clementiam promittit, maximè erga proprium filium ita afflictum & consolatum?*

Quintil. Declam. 5. *Ignorat profecto patrem dolentem, astus, quisquis solatium putat, vt de languente filio queritur, vt moribus mentiq; maledicat.*

*Ibidem, Impatientissima res est, perdere filium cuius dearis irasci.*

His rationum atietibus cor Patris impetebatur hinc zelus Iustitiæ, inde Misericordiæ affectus in partes senem pertrahere conabatur: qui ad consiliu rationem aduocans, simul & modicum illud experientia & profectus in Sacris litteris quod fecerat memoriam ei uenit, Abrahæ & Saram in gratiam recepisse Agar, quæ à Domina sua profugerat postquam se humiliasset; recordabatur etiam in diuinis oraculis se legisse, Deumque factis comprobatur quod nolit mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & uiuat: iudicabat insuper crudelitatem hominem non decere maximè patrem: occurrebat. *Misericordiam uolo & non sacrificium, aliaque consilia*

bona quæ ei Deus concilio illi priuato præsidens sug-  
gererat, ita vt tandem misericordia motus in eius  
partes totus concesserit, ac Prodigum in gratiam  
recipere decreuerit: quod qui primus prodigo auctori-  
fuerat, Euangelium ei attulisset, & bonum honorarium  
meritus fuisset.

Cicer. ad Attic. lib. 2. *O suauis duas Epistolas, quibus  
Euangelia deberi fateor!*

Roman. 10. *Quam speciosi pedes euangelizantium pa-  
tam, euangelizantium bona?*

Videamus itaque quomodo videtur misericordia  
victum senem agitaauerit.

II.

**QVID HIC MOTVS IN CORDE**  
Patris operatus sit, & quomodo oporteat nos erga  
pauperes affici, & esse potius manu facundos ad  
benè faciendum, quam ore facundos ad  
benedicendum.

**N**Otandum itaque verbum græcum *ἰσπλαγχνία*  
ἢ misericordia motus, derivari à verbo *σπλαγ-  
χνίζομαι*, quod magnam afflictionem cordis  
significat, & quasi totalem perturbationem omnium  
viscerum, quæ etiam exterius se prodit, ita vt homo  
interius exteriusque fremat; nam eius primitiuum  
*σπλάγχνον* significat cor, viscera & intestina. Græcus  
itaque textus hunc Patris affectum, ita ferè describit  
sicut affectus Dei ante diluuium.

*Tandem dolore cordis intrinsecus.*

*Genes. 6.*

quod vnicuique etiam exprimit nostrum *Misericordia*  
motus; perinde enim est ac si dicas, cor eius repletum  
est miseria, vel angustia cor eius oppleuerunt, videns  
Prodigum suum in tam misero statu; nam vt inquit  
Isidorus: *Hinc appellata est misericordia, quod miserum* *Isid. l. 9.*  
*cor faciat, dolens de aliena miseria.* & Cicero, *Misericor. Etymol.*  
*dia est agritudo ex miseria alterius iniuria laborantis, aut Cicer. l. 4.*  
*agritudo ex alterius rebus aduersis. Ex quo vltimus Tuscul.*  
cor

reor communem versionem nostram quam intactam reliquerunt Erasmus, Varabius, Arias Montanus, meliorem esse quam Castalionis, qui transtulit: *Confessus pater misertus accurrit*, quasi in greco esse dicitur quod est. miseror vel misereor; aut *αὐτρίστος* quod est. Miseresco: quamvis enim *misertus* apud Latinos Aethores anxietatem cordis ex aliena miseria conceptam significet, non tamen tam magnifice in auribus Christianis sonat, quam illud, *motus misericordia*: vovula enim *motus* facit ut magnae perturbationis & restitatis in corde patris meminerim, in quo antea summa malitia erat: quando autem alteri additur, *motus misericordia*, facit ut mihi imaginem aliquod internum malum in corde Patris, & quoddam fastidium seu displicentiam in eius anima: cum autem sumptum illud, *Misertus* Castalionis aures meas ferit, nihil mihi alterius compassionem concipio.

Textus itaque graecus & nostra versio indicant primum conspectum miserabilis Prodigii, cor, viscera, totumque corpus Patris riguisse & contremuisse, non aliter ac simulo illo quod Graecis *Καρδιαλγία* aut *Κορδιαγμός*, id est, Syncope seu palpitatio cordis dicitur, subito correptus esset; eoque significare voluerunt compassionem illam verè paternam & cordialem fuisse; non superficiale tantum in ore aut labijs, aut unius & alterius gemitus, unius aut alterius lachrymas, quales ut plurimum compassionem esse solent quae ad cor rarissime penetrant, & propriae sunt hominum malae fidei, leuium amicorum, aut potius Parasitorum: Sic Aeschylus in Agamemnone: *Infelicitè agentis quiuis condolere, & una suspirare promptus est: morsus autem doloris nullus ad hepar penetrat.*

Apud Sto-  
bæum,  
Ser. 3.

Misericordia & compassio proborum hominum est & verorum amicorum, quae quamvis per gemitus, suspiria, singultus, & lachrymas exterius ostendatur, ab ipso tamen corde ut viuo fonte procedere debet & ad succurrendum misero conari. Sic Deus videns peccata hominum ante diluuium, & considerans quam seuerè exigente diuina iustitia punienda essent,

datus est dolore cordis intrinsecus. Et apud Hieremiam *Genes. 6.*  
 tribui seu regno Ephraim condolens, *Conturbata Ierem. 31.*  
*sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius,* ait  
 Dominus; Iterum apud Oseam de eodem populo lo- *Osea 11.*  
 quens: *Conuersum est cor meum, pariter conturbata est*  
*penitudo mea, non faciam furorem ire mea, non conuertar*  
*ut dispergā Ephraim.* Et Christus Lazarum quem ama-  
 bat resuscitaturus, *infirmum spiritu,* & turbauit seip-  
 sum: Alio tempore obuians viduæ iuxta Naim plo-  
 ranti & eiulanti (nam flere hæc duo inuoluit) *miseri-*  
*cordia motus est,* & mox de corde tacto compassione  
 verba illa consolatoria prodire, *Noli flere,* quæ sta-  
 tim ipse effectus subsecutus est, cum resuscitatum  
 iuuenem, *reddidit matri suæ.* Amici Auditores, Deus  
 ante omnia à nobis cor exigit, *Probe fili mi cor tuum*  
*mibi.* Cor est quod homines amant, illud potissimum  
 siue in iniurijs, siue in obsequijs intuentur: si mihi io-  
 co iniuriam aut contumeliam dicas, cum mihi de  
 sincero affectu & corde tuo constet, nihil eo offen-  
 dat: si autem quis me amplexetur, osculetur, & tan-  
 tum non adoret absque amore & affectu, offendet  
 me potius & irritabit, quam fauorem meum con-  
 ciliabit: *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudu-* *Prou. 27.*  
*lenta oscula odientis,* aut, *Crocodyli lachrymæ.* Ut enim  
 cor vita animalis est, quod in homine primum for-  
 matur, primum uiuit, & reliqua uiuificat ac ultimo  
 moritur, ita ut corruptis reliquis interioribus, adhuc  
 in corde vita resideat, donec tandem etiam ipso defi-  
 ciente mors ipsa subsequatur, ut docet Plinius. Imò & *l. 11. Nat.*  
 hominis sanitas est, eo enim infirmo totus homo in- *Hist. c. 37.*  
 firmatur, & anima ipsa quæ in corde residet, ut docet  
 Plinius & insinuat Christus dicens, *de corde exeunt co-*  
*gitationes,* hoc autem sano facillè homo alias infirmi-  
 tates tolerat: Ita etiam omnes nostræ actiones ex-  
 teriores sua nomina & species sortiuntur ex qualitate  
 seu affectu cordis de quo proficiscuntur, ex eo enim  
 prouenit ut bonæ, vel malæ, calidæ an frigidæ dicantur.

Voluit itaq; Euāgelista per suū *ισαλαγγνισδν.* & Inter-  
 pres

pres per illud, *Motus misericordia*, significare cor paternum mox malè affectum fuisse ac Prodigum suū ita male vestitum vidisset; ac miseras ipsius vel vno ictu oculi intuitus esset; adeoq; à filij miseria paternum oculum haud aliter in fectum fuisse, quam cum Basiliscus suo venenato obrutu animalia quæ inueter inficit.

Attraxit Pater per oculum ad cor suum omnem filij miseriam, quæ ita cor vulnerarunt, vt deliquium animi passus in terram conciderit : *Misericordia motus est, aut miseria cordis lapsus est*; ita vt si filius per clachritas Momi fenestellas in paternum pectus penetrare potuisset oculis, sicuti Christus in cruce pendens cor Virginis-Marris iuxta crucem stantis intuebatur, vidisset, quod sicuti dulcis illa Mater quæ filium suum vnicum vnicè diligebat,

*Dilectus quemadmodum filius unicornium,*  
cor gladio transfixum gerebat,

Luc. 2.

*Tuam ipsius animam pertransibit gladius,*  
plus quam martyrium sufferebat, de qua S. Bernardus,

*Vnde te plus quam martyrem predicamus,*  
& Hieronymus,

*Quia mente passa est, plus quam mart. r. fuit.*  
Ita etiam vidisset miser parens cor tegetet compassione disruptum,

Psal. 104.

Plant. in  
Pauulo,

*Ferrum pertransijt animam eius,*  
*Cordolium vorum Patri fuit.*

Omnes miseras quas filius diuisim in corpore & animo supportabat, Pater simul in fasciculo in corde ferebat: ita vt si hæc Patris miseria filio cognita fuisset, eius miseriam auxisset & duplicasset, sicuti Christus Matris suæ compassio altera passio fuit; ipsumque occupasset, vt potius cogitaret quomodo Parentem consolari eiusque miserie mederi, quam propriè posses: Sicuti Christus magis sollicitus fuit vt condolentem Matrem animaret & confortaret, quam vt ingenti oneri suorum dolorum leuamen quaereret.

NON

Nox & tua testis

Virgil l. 9.  
Æneid.

Dextera, quod nequeam lachrymas perferre parentis.

O amores ! ô affectiones parentum erga liberos quam estis semper cordiales, reales, ardentis, immoderata: De vobis dicere licet

*Amor nihil moderabile suadet:*

imò nec facit; quæcunque cogitat, quæcunq; facit, quæcunque attentat magna & ardua sunt,

*Amor operatur magna, si est.*

Gregor,

*Commota sunt viscera (veræ matris) super filio suo.*

Salomone scilicet sectionem viui pueruli decernente ad partitionem iustam vtrique meretrici. Poterat dicere hic Pater cum sponsa in canticis, nisi fortè animi deliquium vocem intercluserat: *Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo, &*

Cantic. 2.

*Vulnerata charitate ego sum.*

*Misericordia motus; aut miseria cordis lapsus est.*

Sic, sic Misericordia immisericors adepta aduersus Iustitiam victoria miserum illum Patrem exagiraui. Et sanè necessarius erat Prodigio talis Pater, qui esset riuum exemplar Iesu-Christi, qui est Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, necessarius ei erat qui miserijs & infortunio Prodigii compateretur: Quid futurum fuisse putatis si in Patrem incidisset, de quo dici non posset: *Misericordia motus est, sed potius, iratus est furore Dominus in populum suum: & maximè cum obiectum iræ sibi præsens conspiceret?*

Et nos igitur similiter Auditores Christiani, mox ac pauperem conspexerimus ad misericordiam moueamur: oportet etiam nos ipsorum miseras sentire, apprehensione miseriarum & infirmitatum alienarum oporteret corda nostra languere:

*Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Gal. 6.*

Christi, inquit Apostolus, imò & naturæ, quæ iubet vt nobis bona malaque sint communia etiam aliorum, ita vt illa æquè ac nostra sentiamus; hæc enim vera Sanctorum Communio est. Quod animaduertens quidam gentilis dixit, *Homo sum, humani nihil à me*

L

alie.

*alienum puto.* Quia Christianitatis totius, huius Reipubl. Monasterij aut collegij membrum sum, mihi cuiusque membri dolorem sentio & condoleo. Vnde Cato apud Ciceronem lib. 3. de finibus, *Ex hoc nascitur, ut etiam communis hominum inter homines velle sit commendatio, ut oporteat hominem ab homine, et idipsum, quod homo sit, non alienum videri.* & Seneca lib. 15. ep. Omne hoc quod vides, quo diuina humana conclusa sunt, vnum est: Membra sumus corporis magni, natura nos cognatos edidit. Hec nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit, illa æquum, iustumque imposuit: Ex istius institutione miserius est nocere, quam lædi. Ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus. Isti versus in petore & in ore sunt: Homo sum, nihil humani à me alienum puto. Habeamus in commune quod nati sumus.

**2. Cor. 11.** *Quis infirmatur in vobis, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?*

Sed pro dolor quam longè à benignitate huius patris absumus? Multi nostrum vident aut cerdè seivnt miseris proximorum suorum necessitates, sed in animo nihilo magis quam lapis commouentur, & dicunt, *Nulli cedo terminus*, non mouentur, flouent sunt, affectibus carent, instar statuæ salis, in quam vxor Loth transformata est, nullum compassionis sensum in se experiuntur:

**Amos 6.** *Nihil patiebantur super contritione Ioseph.*

**Genes. 42.** *Videntes angustiam anime illius, dum deprecaretur nos, & non audiimus.*

Aliorum passiones in Tigribus facilius quam in obduratis illis compassionem generarèt, planè obtruerunt, ac si cum Niobe in rupem conuersi essent, & de petra vel ære excisi, quod sanè pessimum signum est, nam

*Viri improbi viscera non mollescunt.*

**Luc. 16.** Similes sunt diuiti Epuloni, qui Lazarum viceribus plenum ventre vacuo foribus suis assidentem videbat, & erga illum misericordia motus non erat quem

quem videbat canes suos medicinali lingua lambere, & quod poterant mederi. Sunt similes Sacerdoti & Leuitæ qui transeuntes gemitum peregrini, qui ex Ierosolyma descendens in Iericho in latrones incidit, & varijs vulneribus confossus pro semiuino relictus fuerat, audierunt & fortè denudatum vident, sed nulla misericordia mori sunt, *Sacerdos viso illo præteruit: similiter & Leuita, cum esset secus locum.* O barbaram duritiam! Vah, digni qui nomen filiorum meretricis portetis; & sicut senior Osee, *Absque misericordia, appellemini.*

O naturæ humanæ spurios! ð Christianissimi totius dedecora!

*Coagulatum est sicut lac cor eorum, id est, asperum.* Psal. 116.  
*Cor fera detur ei.*

Daniel.

Sunt & alij magis impij qui non dignantur miserum scabiosum intueri, ne cum cognoscant & misericordia moueantur, sed auerso vultu alio oculos conuertunt:

*Oculos habent, & non videbunt.*

Psal. 134.

*Auertit vultum & subit ora pudor.*

Ouid.

Opus esset his miseris tintinnabula per plateas circumferre vt pauperes illi Græci Mythagora dicti; aut cum facibus vel Diogenis lucerna claro meridie obambulare, vt sic saltem oculis misericordiæ aspici possint, quod quondam Pædagogum quendam suo nobili discipulo fecisse ferunt. Cum enim dictus nobilis adhuc sub Pædagogi ferula esset, sæpè dicebat: si ad dignitatem Episcopalem prouectus fuero optimè prouidebo tibi: Factus autem Episcopus Præceptoris omninò oblitus est: ille, vt iuueni Episcopo memoriam refricaret, instar Diogenis claro die Parisijs accensis facibus & cereis occurrit; rogatus cur hoc faceret, acutè & animosè respondit, *Quia videris mihi nihil videre & oculos compassionis amississe.*

Alij sunt qui libenter pauperes vident eisque compatiuntur, cor carneum & misericordis habent:

*Cor meum tanquam cera liquefcens in medio ventris mei.*

L. 2. sed

Sed mox vt recesserint nihil sequitur, compatiuntur quidē, sed nihil præterea. Misericordia ipsorum sterilis est, aut si quid pariat verba & lachrymæ sunt. Sunt misericordes facundi, benè consulunt & consolantur, optima quæque miseris optant, interim tamen facilius Diabolum ex orco quam nummum ex eorum marsupio eduxeris. Non hoc est quod natura, quod Deus, quod Apostoli, quod Prophetæ volunt, cum nos ad misericordiam inducunt dicentes:

*Coloss. 3.* *Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiae.*

*Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.*

Non, non: loquuntur de misericordia non facunda sed facunda, misericordia affectus & effectus simul, de misericordia & miseratione; de illa, vt de fonte ac matre; de hac, vt riuiulo & filia: de illa, vt causa, de hac, vt effectus; De misericordia, quæ affectum dicit; de miseratione, quæ demonstrationem affectus per verba, gemitus, lachrymas, & maximè per opera misericordiae, subventionis & auxiliij importat, adeoque in Deo semper coniunguntur:

*Psal. 111.* *Misericors & miserator Dominus, escam deicit timoribus se.*

Hinc Christus nos monet vt simus misericordes sicut Pater noster cœlestis misericors est, non vt eius infinitam misericordiam adæquemus, sed vt ipse semper misericordiam cum miseratione copulemus, id est, vt simus efficaciter misericordes, nec vnquam misericordia moueamur, nisi & operibus misericordiae miseris assistamus,

*1. Ioan. 3.* *Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate.*  
*Greg. sup.* *Amorem nostrum erga proximum, plus bona opera loquantur, quam lingua; vt in ipso opere bono proximus amari se videat.*  
*Ezech.*

D. Augustinus, *Misericordia quid est, nisi aliena miseria quadam in corde nostro compassio, qua (si utiq; possimus)*

mus) subuenire compellimur?

Cicero l. 4. Tusculan. Cur miserearis potius, quam  
feras opem, si id facere possis?

Martialis, Quod peto, da Cai, non peto consilium.

Quid enim mihi proderit ut in macellum eam si  
mecum plores, & me aut famem meam tantum de-  
plores? quod omnia mundi bona mihi optes & ne de-  
narium largiaris?

Iacobi 2. Si frater & soror nudi sint, & indigeant victu  
quoridiano; dicat autem aliquis ex vobis illis; Ite in pace,  
calescimini & saturamini: non dederitis autem eis qua  
necessaria sunt corpori, quid proderit? Quid profuisset pau-  
perculæ viduæ ex Naim si Christus ei tantum dixisset  
Noli flere, & filium neque resuscitasset neq; matri red-  
didisset? Quid profuisset turbæ quod Christus dixe-  
rat. Misereor super turbam, nisi simul multiplicatis pa-  
nibus & piscibus famelicam turbam satiasset. Manus  
eius verba sequebantur, & misericordiã eleemosynæ.

Virtus de illo exibat & sanabat omnes.

Manus illius tornatiles; aureæ, plena hyacinthis. Ut in-  
utilis est medicus Cicerone ipso eloquentior, qui le-  
cto affidens de morbis multa disserit, & tamen nul-  
lum medicamentum ordinat, aut dietam præscribit,  
ut amissam sanitatē infirmus recipiat: ita misericor-  
des absque miseratione inutiles sunt, qui quidem mi-  
sericordiam erga proximum in corde & ore gerunt,  
sed opere nihil præstant quamuis possent, nec miserū  
inopia subleuant, neque salutem animæ suæ procu-  
tant. Si familia solis compassionibus & desiderijs ali  
& sustentari posset, compati satis esset & dicerem,

Cantic. 5.

Misereat, si familiam alere possim misericordia

Plaut. in

Si quis fumo & nidoribus de culina aut epulis re-  
gijis euaporantibus viuere queat: Si licuit cau-  
ponariæ, illi vapores & aspectum ciborum æquè ca-  
rè ac cibos ipsos vendere (digna sanè quæ Termerū  
cognomento fumi-venditorem maritum sortiatur) si  
pictæ in mensis epularum structuræ, vel opipari con-  
uiuij infomnium famelicum ventrem satiant: fatebor  
miseros illos & egenos ditiorum compassione & desi-

Pseudolo

Act. 5.

derijs satiari, ipsosq; æqualem, ac si re ipsa satiasset, à Deo mercedem relaturos: Qui volet, credat.

Sic miseros pascere, est vanum ventrem musica reficere, quod quendam pauperem Musicum tempore famis anni 1587. & 1586. fecisse narratur; cum enim paruuli à non habente calidis lachrymis panem peterent, ipse arrepta Testudine, alioue instrumento musico, cantilenam vnã aut alteram personabat, & sic famelicos vt prius dimittebat: An non bene misellos suos paterno affectu pauerat? An non fame & inedia tantum non absumpti recedebant: Idem omninò faciunt diuites, qui quidem misericordia erga pauperes commouentur, sed manum ad porrigendam eleemosynam non extendunt.

Cum itaque quempiam egenũ conſpicimus, oportet in corde nostro ita alienam miseriam contemplari, vt ex ea misericordia resulet, eaque non sterilis sed fecunda quæ miserationem vt filiam comitantem habet, quæ verba consolatoria producat in ore, lachrymas in oculis, in toto corpore horrores, in manibus promptas eleemosynas producat: non sic inſtat recentiorum palmitum vinearum, qui spem bonæ vindemiæ faciunt, sed mox frigore absumpris gemmis steriles perseuerant; non sit, inſtar rosæ gemmantis, quæ gelu percussa antequam in rosam aperiat, decidit, non sit embryo in fœtum abortiuum delinens; non sit ouum vrinum ex quo nullus pullus excluditur: Sed sit misericordia affectus boni & operis melioris vndique effectus misericordiæ pululans.

1. Ioh. 3.

*Non diligamus verbo, neq; lingua; sed opere & veritate.*

Habeamus cor bonum, profundum, largum & tenerum: linguam modicam & breuem; manus autem longas, apertas, & ad benefaciendum extensas, & oleo miserationis inunctas: Ita, cor inquam profundum & largum, vt multum misericordiæ capiat; tenerum, vt facile impressiones alienarum miseriarum recipiat, quamuis naturaliter dura ac coagmentata

carne

carne constet; carneum sit & non chalybeum, aut de rupe excisum; ut sit ita facile ad bonum & amorem amicitiae seu charitatis, sicut quidam Poeta dicebat, suum cor esse facile ad malum & ad amorem concupiscentiae.

*Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis*

Ouid. l. 4.

*Cor mihi, quodq; lenius causa moueret, erat.*

Trist.

& alibi,

Eleg. 9.

*Centum sunt causa cur ego semper amem.*

Idem l. 2.

Eleg. 4.

Linguam habeamus modicam & breuem, hoc est, absque multis promissis, prolixis deplorationibus, longis discursibus, tam de passione aliena, quam de compassione nostra, manus nostra sint longae, ut illa Arraxerxis filij Xerxis, qui cognominatus est Longimanus, eo quod absentibus & praesentibus aperta & larga manu benefaceret:

*Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.*

Prou. 31.

aperta sint, ut per eas aurum & argentum facile transeat ad pauperes; inuncta sint, ut absque labore & solita sponte nummi excidant, iuxta illud:

*Te faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.*

Est & aliud genus hominum, qui miserationem sine misericordia erga pauperes exercent, hoc est, qui consolantur inopes, eorum miseris subueniunt, afflictionibus medentur; sed sine misericordia absque affectu cordiali, sine vilo sensu interno miseriae proximi: absque vero affectu bonos effectus producant & dicunt.

*An sine misericordia liberales esse non possumus?*

Cicer. l. 4.

Si autem quis quærat vtri plus mereantur, aut qui misericordia mouentur & nihil pauperi donant, aut qui illis benefaciunt & de misericordia parum solliciti sunt, de suis superfluis, ut micis à mensa Dominorum decidentibus solent, pauperes nascuntur?

Tuscul.

*Catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.*

Respondebo apud pauperem plus mereri qui absq[ue] misericordia donat, quam compatitur & nihil mi- ro largitur: neque enim pauperes curate solent nu- dane manu an furcula ipsis eibus ministraretur: & sic quidam: *Non exigo, ut tuis manibus porrigas cibos, ut consoleris, ut foueas; projice, quod rapiam; abijce, quod colligam.* Apud Deum tamen misericors absq[ue] dono, si ad- sit voluntas, desit facultas plus meretur, nam

*Animum magis, quam manum, & Superi, & magni spectant.*

Gregor. sup. Ezechielem, *Quum tantum non possi- mus, quantum volumus operari, omnipotenti Deo occulta cordis nostri sufficiunt.* Deus etiam bonas voluntates quæ in actum externum erumpere prohibetur, coro- nat: Deus ponderat, *Non quantum, sed ex quanto,* in- quiunt Theologi; testatur vidua, quæ duos denarios in gazophilacium coniecit:

*August. in Psal. 105.* *Coronat Deus intus bonitatem, ubi non inuenit facul- tatem: Nemo dicat, Non habeo; charitas de sacculo non e- rogatur. & alius:*

*Ouid. l. 3. de Pont.* *Nec, qua de parua pauper Dijs libat acerrâ, Thura, minus grandi quam data lance valent.*

Coram Deo, hoc *Quid pro quo,* affectus pro effectu, tantum valet quantum apud Medicos succedaneum, sic cum nihil melius ad manum esset Cyrus Iunior frater Artaxerxis, aut malum granatum, aut aquam de flumine manu contaua hauſtam, obtulisse & li- balle dicitur. Neque etiã talis misericordia, quam- uis exteriora opera annexa non habeat, omninò in- fructuosa est, modo miseris de compassionem constet, nam, ut ex antiquis quidam ait,

*Menæder.* *Plurimum potest apud infortunatos presentes sibi videri qui condoleant.*

& alius,

*Quint. Decla. 12.* *Vltimum miseris est miserationem perdere.*

Et è contra donum quod à diuite præstat paup- eri, tantum honesto animo & liberali dolebit, quan- tum corpori adfert solatij, si sciat absq[ue] misericor- dia & compassionem dari; nam ut quondam egens

Patet

Pater immisericordi filio aiebat,

*Genus ultionis est, pascere, nec misereri.*

*Idem De  
clam. 5.*

Deinde qui absque misericordix affectu, eleemosinae effectum largitur, materialiter tantum Dei mandatum exequitur; qui autem propter propriam egestatem nihil largitur & condolet, formale praecepti adimplet: notissimum autem est formam materiae & animam nostram corpori anteferri: Melior itaque coram Deo est misericors absq; opere, cum aliud non potest, quam qui multa distribuit absque misericordia: Imo quicquid tali animo donat, si rigide loquamur, non putem nomine eleemosinae censendum esse; nam in nouo Testamento & apud Ecclesiasticos Scriptores, nomen *Eleemosina*, quod pure graecum est, nunquam aliter accipitur, quam pro dono quod misero seu pauperi ex Misericordia datur, & eleemosynae vocantur opera misericordiae, ut doceamur, omnia illa quae pauperibus donamus aut facimus, nomen eleemosinae coram Deo non mereri, si absque misericordia praestentur, cum ipse cor nostrum & non manum intueatur: sed huiusmodi dicenda sunt liberalitatis effecta, quo sensu Cicero ait, *An sine misericordia liberales esse non possumus?*

*Cicer. l. 4.  
Tuscul.*

Ethinc forte Daniel cum Nabuchodonosore & eleemosinarum & misericordiarum meminit, dicens,

*Peccata tua eleemosinis redime, & iniquitates tuas misericordibus pauperum.*

quasi dicat, dona pauperibus praestita eleemosinae non erunt, nisi ea comitetur misericordia, aut potius nisi ab ipsa misericordia proficiantur. Et quidem huius obiecti consideratio plurimum me in paupere S. Francis ordine consolatur; quamuis enim paupertas mea voto firmata mihi non permittat quantum & quando placuerit in eleemosynam elargiri; tamen hunc defectum facile supplere queo, ipso affectu & interno sensu miseriarum & afflictionum proximi mei, quod proprium Misericordiae est: Mereri ego possum dum miseris optima quaeque aueo, bona verba

L 5 & con-

& consolatoria impartior, ac tanto vehementiori affectu ea profero, quo longius facultate beneficiendi absum : Similes eleemosinas elargiri solebat Beatus noster Didacus, de quo in eius officio canimus:

*Tanto beatus Didacus erga Christi pauperes amore flagrabat, ut cum eorum calamitates pro voto subleuare non posset, vim lachrymarum profundens, verbis eos dulcissimis solaretur. Atque hoc modo ego & omnes pauperes bonæ voluntatis æquè & plus mereri possumus, quam multi diuites qui absque vlla aut exigua interiori misericordia eleemosinas distribuunt,*

*Qui non habet in re, aut are, ore pro se ferat habere in pectore.*

Isai. 50.

*Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustinere eum, qui lassus est verbo.*

Neque tamen diffiteor pauperi plus prodesse donum sine misericordia, quam misericordiam sine opere: sed optimè faciunt qui affectum bonum bono effectui seu operi copulant.

Spartian.  
in Caracalla.

*Affectu & effectu pius : non tenax in largitionem, non lentus in eleemosinam.*

*Hi sunt viri misericordia.*

Proprium tamen huius, *Et misericordia motus*, interior eleemosina est, quam etiam pauperes pauperibus impendere possunt : Memor itaque sit vultus quisque nostrum, & secundum vocationem suam & statum meliori quo potest modo pauperibus beneficiat, & sciat docente Christo

*Beatius est dare quam accipere,*

Actor. 20. & Artaxerxem Xerxis filium dicere solitum, *Beneficium dare multo magis Regale, quam accipere.*

CONCIO

## CONCIO SEXTA.

Thema. *καὶ ἰσπλαγχνίσθη.*  
 Et misericordia motus.  
 Et misertus est eius.

Græc. +  
 Vulgata.  
 Syriaca.

Facta repetitione,

- Dicam  
 hodie
- I. Quis fuerit iste motus misericordia in Deo; & quid inde in Publicanis & aliis peccatoribus secutum.
  - II. Num fuerit aliqua remissio peccatorum sine iustificacione.
  - III. Si non hoc, quid ergo fuerit.
- Auc.

I.

QV ID FVERIT ISTE MOTVS MISE-  
 ruordia in Deo; & quid inde in Publicanis, &  
 aliis peccatoribus conse-  
 cutum.

Q Via hodie parum nobis temporis superesse vi-  
 deo, benevoli auditores, cum in diuino officio  
 multa adhuc peragenda restēt, & iam multum  
 temporis elapsū sit, absq; Prologomenis rem ipsam  
 aggrediar, vt Domicellis sufficiens spatium residuum  
 sit quo pro festi solemnitate, suaque deuotione com-  
 modè reliquum diuini officij persoluant. Agite ita-  
 que, ad rem ipsam veniamus.

Si queratur, quid fuerit motus iste in Deo, cū pro-  
 digum, id est, publicanos & reliquos peccatores vi-  
 ditine diutius vos sustineam, breuiter dicam.

\* i. Fuit quadam abstinencia ab vltiori pœna tē-  
 porali; suspētio virgarū & flagellorū; acceptatio gra-  
 tuita

tuita pœnarum temporalium, quas Prodigus iam pertrulerat, & modo patiebatur à vindice Dei manu, vt sic aliquo modo solueret & capitale pœnarum restantium imminueret, maxime cum de præteritis doleat, meliora proponat, ad confessionem anhelet, ad satisfactionem se offerat, quamuis in domo paterna solum vt mercenarius receptus fuisset. Perinde est ac si Deus diceret Pauperiati, seruituti, fami, morbis, & angelis tortoribus:

*Psal. 77.*

*Immissiones per angelos malos.*

cessate, satis est: Sicuti iudex pro tribunali sedens si conspiciat furem iam dju patienter verbera pertulisse, & omnem emendationem verbis & vultu pollicitum esse, licetorem inclamans ait, Heus mi homo, feritum satis est, virgas abijce, iustitiæ satisfactum est, *Sat sanguinis haustum* Exemplum habemus in libris

*Virgil.*

*2. Reg. 24.*

*Regum, vbi legitur: Cum extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam, miserum est Dominus super afflictione, & ait Angelo percussente populum: Sufficit, nunc contine manum tuam, seu, iam cesset*

*1. Par. 21.*

*Scot. in 4.*

*d. 14. q. 1.*

*n. 1. & 5.*

*manus tua.* Si enim iram Dei dicamus esse voluntatem vindictæ, vel ipsam vindictam, per hanc vel illam pœnam; non absurde nos facturos arbitror, si misericordiam Dei appellemus deliberatam resolutionem non puniendi amplius temporaliter; decretum inductionum punitionum, cessationem ab armis, propter animum peccatoris immutatum, & quia iam pœnæ eius in qualitate & quantitate peccatorum demeritis proportionabantur.

*Apocal. 5.*

*Secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus* aut quando sua clementia & fauore facit, vt periret doctor, qui venam claudi iubet postquam satis sanguinis effluxit pro huius & alterius complexione, vel pro hoc aut illo desolato.

*Iam cesset manus tua.*

*Sat sanguinis haustum est.*

\* 2. Fuit quædam complacentia Dei quam habuit super eius patientia in aduersis, attritione bono proposito, resurrectione à lapsu, accessu ad Patrem, bono

bono vsu primæ gratiæ, qui de congruo aliam maiorem de cælis promeretur; facienti enim quod in se est Deus nunquam deerit; nam vt inquit S. Bonauent. in Medit. de vita Christi c. 3. *Postquam fecerimus, quæ per nos facere possumus, licet parua sint; ipse venit in animam secum ferens altissima dona.*

\* 3 Fuit infusio nouæ gratiæ quæ in bono proposito ipsum constantia stabiluit, ne scilicet quocunque terrore iniecto retrocederet; & vt verbo finiam, fuit donum perseuerantiæ vsque ad perfectam iustificationem, sine qua nullam coronam promeremur quantumcunque bene inchoauerimus.

*Virtus boni operis perseuerantia est.*

Greg.

*Qui perseuerauerit, vsque ad finem, hic saluus erit.*

Hom. 25.

*Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei.*

in Euan.

Matt. 10.

*Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Sic currite, vt comprehendatis.*

2. Tim. 2.

legitimè autem certare est certando non defatigari. Hanc perseuerantiam omnibus necessariam præfigurauit tunica Talariis Aaronis, qua sacrificaturus induebatur; item quod illicitum erat animal sine cauda Deo offerre. Hoc autem perseuerantiæ donum à mera speciali gratia Dei expectandum est; Nam *velle adiacet mihi. perficere autem non inuenio*; & vt aiebat

Rom. 7.

Christus:

*Sine me nihil potestis facere.*

*Sine ipso factum est nihil.*

Ioan. 1.

*Nemo magnus, nisi aliquo afflatu diuino, unquam fuit.*

Cicer. l. 2.

Et sicut corpus non mouetur absque anima, nauis de *Nat.* absque remis aut vento, currus sine equis; ita se uoluntas nostra in nullum bonum mouere potest nisi à vehementi vento gratiæ adiuuantis Dei adiuuetur; Deus enim est, qui operatur in nobis *velle & perficere. pro bona uoluntate.*

Deor.

Philip. 1.

*Non possum esse continens, nisi Deus det.*

Hinc Apostolici spemque metumque interdubij, tam humiliter de perseuerantia nouellarum plantarum loquebantur, sic Paulus Philippensibus: *Confidens hoc ipsum.*

Philip. 1.

- ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu, & Petrus omnibus fidelibus,*
- 1. Petr. 5.** *Deus omnis gratia, qui vocavit nos in eternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit, solidabitq; & Sapiens ait.*
- Honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius.* Ideo & sponsa clamat,
- Sap. 10.** *Traheme post te; curremus in odore vnguentorum. turri.*
- Magna itaque fuit Misericordia Dei erga huc prodigum, cuius naus vela prospero vento aduerso maris aestu per mare penitentiae ad portum salutis usque impleuit, id est, contulit ei gratiam perseverandi in bono proposito, quousque tandem ad portum perfectae iustificationis appelleret. Haec dona perseverantiae instar falconum ad praedam emissorum, qui a volatu non cessant donec praedam vnguibus teneant. *Tenui eum nec dimittam.* Haec dona in venatione caelesti optimi canes venatici sunt, qui bestiam e cubili suo expulsam feruidè persequuntur, ut in ipso cubili perire malint, quam feram elabi. Haec dona in exercitu Christi sunt Equites honoris, qui lecto honore potius immori volunt, quam sinant inimicum Regni aut Reipublicae impunitum euadere. *Persequar ruinosos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant.* Sunt mystica illa animalia gloriae, nata ad gloriam, digna gloria, quae Ezechiel in intricata a visione vidit, *Quatuor facies vni, &c.* Non reuertuntur cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Sunt gloriosae illae rotae Dei, feræ, quae alia vice idem Propheta vidit, *Rota in medio rotae, cumque ambularet in quatuor partes gradiebantur, & non reuertebantur ambulantes; sed ad locum ad quem ire debebant, qua prima erat, sequebantur & cetera, nec conuertebantur.* Sunt pulchri & amæni illi fluuij, qui ex prima Dei ordinatione ad mare primum ipsorum principium dilabuntur, nec vnquam absque extraordinario & nouo Dei iussu ad fontem suum retro gradiuntur, quod Mare rubrum sub Moysè, Iordanem sub Iosue, ut filijs Israel ex Ægyptiaca seruitute pro-

profu  
daret  
seque

In  
fistit  
prell  
ctum  
bella  
in Sol  
nius a  
voci h  
Ezec  
et Sol  
Dom  
horol  
lonat  
dius  
ducit  
Sa  
Saul  
Israe  
vmb  
ut ib  
infig  
que  
ma e  
ciens  
Iosep  
Respi  
lis :  
prius  
bus  
illi  
roic  
que  
pro

profugis & à Deo in libertatem assertis, transitum daret, & de manibus Pharaonis euaginato gladio insequentis eriperet, fecisse legimus.

*Mare vidit & fugit ; Iordanis est conuersus retrorsum*

*Psal. 13.*

*In caput alta suum labentur ab equore retro*

*Ouid l. 1.  
Tristium.*

*Flumina.* Sunt exacti solis imitatores qui nunquam sistit, aut retrocedit, sed semper progreditur, nisi expresso Dei mandato contrarium iubeatur, quod factum est tempore Iosue, qui vt facilius Amorrhæos debellaret, iussit, ne sol moueretur contra Gabaon, *stetit Sol in medio caeli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit antea tam longa dies, obediēte Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.* Sicut & tempore Ezechiae Regis Iuda, nam vt ait Scriptura: *Reuersus est Sol decem lineis per gradus, quos descenderat: & reduxit Dominus umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus.* Sunt sagittæ Ionathæ quæ nunquam redeunt retrorsum; sunt gladius Saulis, qui nunquam sine hostili sanguine reducitur.

*Iosue 10.*

*Isaia 38.*

*3. Reg. 20.*

*2. Reg. 1.*

*Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum, & gladius Saul nunquam reuersus est inanis.* Multum à timidis Israelitis dissident hæc dona, qui pauore suæ umbræ territi in Ægyptum redire decreuerant, vt ibi carnes vt allia manducarent, ventremque insigniter saginarent: Dissimilia sunt vxori Lot quæ contra Angelorum mandatum cum à Sodomaeducta esset, & in Segor pergeret, retro respiciens in statuam salis transformari meruit, quam Iosephus se vidisse testatur, & modo extare dicitur: *Respiciens vxor eius post se, versa est in statuam salis:* de qua nonnulli Rabbiorum opinantur eam prius fulmine ictam, & sulphureo igne adustis ossibus tandem in statuam salis conuersam fuisse. Illi certè qui grandia quæque attentant & heroica quæuis incipiunt, nec tamen ea ad finem vsque deducunt, similes sunt nationibus illis quarum primi

*Genes. 19.*

primi assultus in bellis plus sunt quam viriles, secun-  
di autem cum frons ipsis animose obuertitur plus  
quã feminei, quod Iulius Cæsar & Titus Liuius Gal-  
lis Cisalpinis tribuunt, quippe quorum corpora niui-  
bus Alpium simillima sunt; Vt enim Alpium niues  
quantumuis frigida sunt, ad primum tamen vehe-  
mentioris Solis radium resoluuntur; ita eorum cor-  
pora sub cælo molli & humido educata, mox vt belli  
impetu calefacta sũt, sudare & fatigari incipiũt. Hoc  
vitium in Agamemnone arguit Achilles cum ipsum  
ἄρα τὸ δειλὸν appellauit, quod omnia temerè atten-  
deret, & cum ad rem ventum esset vix aliquid auderet:

*Policrat.*  
*l. 6. c. 16.*

*Homer.*

*Aeres in principio franguntur in fine.*

Comparari etiam possunt mulieribus illis quibus  
vterus ad concipiendum fecundissimus est, & ta-  
men præter embryones, inanimatam carnem, aut  
abortum nihil pariunt; aut agris illis quos si primo  
vere virentes, & in herba existentes conspicias, di-  
cas in æstatis fine vberiores fructus, quam Gargarus  
mons Phrygiæ, prolaturos, & tamen postmodum a-  
ridas spicas proferunt; aut illis vineis quas si ex gem-  
mis nouis que racemis indices, dicturus sis plures la-  
tatas botros quam illæ Methymnæ; maiores quam  
ille quem ex terra promissionis duo exploratores in-  
recte attulerunt; magis vinosos & vino dulciori ple-  
nos quam non fuerit illud quo Noe primus vineæ  
plātator inebriatus est; aut Nectar illud quo dii quo-  
tidie refici fabulantur Poetæ; & tamen spem vinito-  
ris fallentes, nihil præter exiguos botros proferunt, à  
quibus aut yillum aut acetum exprimatur

*Isai. 5.*

*Exspectauit Dominus vt vinea faceret vuae, & facti  
labruscas.*

*Jerem. 7.*

*Conuersa es in amaritudinem vitis aliena.*

*Deut. 32.*

*De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis  
Gomorra vua eorum, vua fellis, & botri amarissimi. Ed  
Draconum vinum eorum & venenū aspidum insanabile.  
Similes sunt pomis Sodomiticis quæ circa Asphalti-  
ten crescere dicuntur, aspectu enim pulchra sunt,  
sed si propius contractes tererrimum fetorem ex-  
halabunt.*

halabunt. Comparat eos Christus homini superbo volenti edificare turrim Babylonicam, vel Pyramidem ex lapidibus Arabicis quam 300000. homines spatio viginti annorum vix absoluere possent, vel augustum Dianæ templum, quale in Epheso fuit, vel Salomonis, quod extra controversiam omnia delubra tam in pretio & forma, quam sanctitate superat. Sed cum fundamenta iecerit, dimidium opus & structuram semiperefectam relinquere cogitur, ut quondam nominati illi turris Babylonicæ Architecti.

Genes. 11.

*Pendent opera interrupta, minaque  
Mûrorum ingentes, equataq; machina cælo.*

Virg. l. 4.  
Æneid.

aut illi Ægypti Rex qui ut malè inchoatam Pyramidem perficeret, filiam suam prostituere decreuerat, dignus illo Euangelico sarcasmo, *Hic homo cepit edificare & non potuit consummare.* Neque etiam abs re hos magna promittentes & exigua præstantes comparabit monti illi Ætopico, qui cum omnibus circum habitantibus rusticis, ipsique Ioui monstrum aliquod parturire videretur, accurrerunt omnes stiptibus, sudibusque præuultis benè armati, ut scerum in cunis opprimerent, & suo ortu sepelirent: Sed quid actum? mons imprægnatus omnium armatorum risui murem peperit.

Luc. 16.

Athenaus  
l. 14.

*Parturient montes, nascetur ridiculus mus.*

Horat. in

Equidem licebit huius sortis homines facturos appellare, ut quondam Antigonus Macedoniae Rex daturus sca Josoyn græcè cognominatus est; quamvis enim in promittendo liberalis & regalis esset, in præstatido tamen tardus & parcus; & si promittendo ararium exhauriebat, nihil largiendo illud deuud implébat: Promittunt enim multa & magna, se vitam emendaturos, se hoc aut illud pro salute animæ suæ facturos, *Surgam, & ibo ad Patrem;* &c. sed aut negligentia, aut voluntate commutata nihil horum faciunt, sed sæpè ad vomitum redeunt: hescio quam exiguus pudor, quæ leuis tentatio ipsorum feruorem subitò sistat, aut etiam duplicatò

Arte Poetic.

Plutar. in  
Emilio  
Paulo.

M passu

passu ut latrones conspecti mercatorem eò vnde abierat, redire compellat, *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Melius est pauciora promittere & plura præstare; pauciora inchoare & plura consummare. Certè huiusmodi ad genium Dæmonis optimè faciunt: quis enim nescit ipsum omnibus bonum facere volentibus ex aduerso occurrere, & propterea Sathan, id est, Aduersarium dici. Semper etiam hominem insequitur, & eius calcaneo insidiatur, ne inchoatum opus ad finem perducat,

*Genes. 3. Insidiaberis calcaneo eius.*

*Genes. 49. Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens unguis equi, ut cadat ascensor eius retro.*

Contingit illis, quod tribus illis mulieribus que secundo Christum vngere proposuerant, vnguenti præparauerant, & ad sepulchrum ibant, dicunt enim inter se, *Quis reuoluet lapidem ab ostio monumenti? quæ si dicant. Quid facimus? quo imus? quis sepulchrum illum lapidem de corde nostro tollet?* Has molestias se expertum conqueritur Augustinus, cum sermone de sua conuersione cogitare inciperet, dicens,

*Aug. l. 8. Nugæ nugarum retardabant me cunctantem abripere*  
*confess. c. 11. Excute ab eis, & transilire quo vocabar, cum diceret mihi consuetudo violenta, Putasne sine istis poteris? & infra: retinebant me nuge nugarum; & vanitas vanitatum antiqua amica mea, & succutiiebant vestem meam caneam. & submurmurabant, Dimittisne nos? Et à momento isto non erimus tecum ultra in æternum? Et à momento isto non tibi licebit hoc vel illud ultra in æternum.*

Easdem diabolicas persuasiones se passum fatetur Sanctus Cyprianus cum de deserenda idololatia & amplexanda lege Christi serio cogitaret, ita scribens,

*Cypr. l. 1. Ego cum in tenebris atque in nocte cæca iacerem, cum in*  
*ep. 2. salo iactantis seculi, nut abundantius ac dubius vestigiis oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ nascens, veritatis ac lucis a-*  
*lienus,*

lienus,  
 opinaba  
 batur,  
 lauacro  
 verer, co  
 mutare  
 repente  
 tora m  
 tyrtatis  
 radice s  
 pularib  
 veste co  
 sum se  
 oblectat  
 potest.

Audi  
 qui pos  
 requam  
 lem in  
 quas in  
 stimans  
 tiam, le  
 uum æc  
 fingitur  
 pius na  
 æternat  
 rum na  
 credere  
 gorio  
 dem fa  
 munis  
 diabol  
 suffici  
 fito no  
 fere ide  
 via De  
 pad S.  
 liquim

uenus, difficile prorsus ac durum, pro illis tunc moribus, operabatur, quod in salutem mihi diuina indulgentia pollicebatur, ut quis renasci denuo posset, utque in nouam vitam lauacro aque salutaris animatus, quod prius fuerat exposueret, corporis licet manente compage hominem ac mentem mutaret. Quin impossibilis, aiebam, ista conuersio est, ut repente ac perniciouser exuatur, quod vel genuinum sit materia naturalis obduruit, vel usurpatum diu senio vetustatis, inoleuit: Alta hac & profunda penitus radice sederunt. Quando parsimoniam discit, qui e-pularibus cœnis, & longis dapibus assueuit? Et qui pretiosa veste conspicuus in auro atque in purpura fulsit, ad plebeium se & simplicem cultum quando deponit? fascibus ille oblectatus & honoribus esse priuatus & inglorius non potest.

Auditis hic Auditores quomodo vir ille sublimis, qui postmodum Episcopus & Martyr factus est, antequam baptizaretur, conuersionem illam moralem impossibilem putauerit & fabulis Ouidij, quas in Metamorphosi narrat, annumerauerit, existimans hanc Christianam, ut ita dicam, renascentiam, seu iteratam natiuitatem veteris Adami in nouum æquè impossibilem, ac illa Pythagorica, qua fingitur eandem animam in diuersis corporibus læpius nasci, aut aliam qua Christiani credunt se ad æternam vitam resurrecturos. Nihil enim horum naturali ratione assequi poterat, adeoque nec credere, & sic in sua infidelitate hærens facili negotio à suo bono proposito terrahebatur. Idem facit sensualitas humana omnibus communis, omnia bona proposita interrumpens, ut diabolo famuletur: conatur illa philosophari, & sufficientem ducem se ostendere, ut à bono proposito nos abducat, aut saltem hæres faciat, quod fere idem est, nam ut quidam bonus Pater ait, *In uia Dei non progredi, regredi est.* Inquit ille apud S. Bernardum Serm. super illud Ecce nos reliquimus omnia. *Noli precipitanter agere, dili-*

genter considera, diligentius intueri: Magnū est quod proponis, & opus habes multa deliberatione. Experiri quid possis, amicos consule, ne post pœnitere contingat.

Cicero. Deliberandum est diu, quod statuendum est simul.

Marci 16. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti.

Psal. 136. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.

Num. 13. Nequaquam ad hunc populum ualemus ascendere, quia fortior nobis est.

Breniar.  
Roman.  
10. Sept.  
Athanas.  
in Vita S.  
Anton.  
Bonas. in  
Vita S.

His & similibus dolis conatur diabolus eos, qui statuerunt eius iugum tyranicum excutere, & collum suum iugo Christi subdere, retrahere, ipsaque uiam obstruere & obsepere, & quasi baculis & uirgis retrorsum compellere; sic S. Antonium, S. Nicolaum Tolentinatem, S. Franciscum aggressus est; hunc Patris uolentia, ipsum oblata spe insignis matrimonij; illum duris uerberibus & flagellis a capite tramite reducere studens, ut desinant dicere, Surgam & ibo ad Patrem meum; aut aperte retrocedant, sicut adolescens Euangelicus, qui timens ne si omnia que habebat venderet, & in pauperes distribueret, ipse pauper & egenus uiueret, a bono suo proposito manifestè resiliit, magis exosus Deo, quod a contrahiis quasi sponsalibus recessisset;

Osea 2.

Desponsabo te mihi in fide.

quam erat cum hoc initium suæ conuersionis nondum fecisset; quod pulchrè explicat S. Petrus dicens,

2. Petri. 2.

Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quam post agnitionem, retrorsum conuerri ab eo, quod illis traditum est sancto mandato: contingit enim eis illud uerbi Pro- uerbij: Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lotus in lutu abro luti. Hinc etiam inter cetera scelera Ierusa-

lem hoc  
a gauri  
Quis  
bitur pro  
liquisti m  
manum  
gans  
Nou  
inter re  
mum sic  
posito se  
lo dicer  
Cursu  
& cum l  
cum ma  
morum  
ille nar  
gnus cep  
mea vul  
go, omni  
torigno  
le, aut in  
in fagan  
gnus e  
bono uiu  
rati: sic  
Curre  
di  
Sic su  
su  
Instit  
Felix ita  
mife. ioc  
conc pi  
tione au  
nis fir er  
tenno be  
len

Item hoc ei per Prophetam obiicitur potissimū, quod a leuitate Dei recessisset, dicens,

*Ierem. 5.*

*Quis enim miserebitur tui Ierusalem: aut quis contristabitur pro te: aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti, & extendam manum meam super te, & interficiam te: Et laboraui rogans.*

Nouit, nouit Diabolus, Auditores optimi, quod inter reliqua hominis heroica facta illud vel potissimum sit, quod instar immotæ rupis in suo bono proposito semper constans perseueret, ita vt cum S. Paulo dicere possit,

*Cursum consummaui, fidem seruaui.*

*Isai. 50.*

& cum Isaia, *Retrorsum non abi, quasi dicat, quem locum mandato ducis sortitus sum, aut vulneratus, aut mortuus occupo, quod Catilinæ milites strenuè fecisse narrat Salustius, Fere quem quisque pugnando locum cepit, eum amissa anima corpore tegebat: omnia mea vulnera honesta sunt quia in pectore, non in tergo, omnia aduersa vulnera.* Et sicut generoso militi maior ignominia inferri nō potest, quā si dicatur in fideles, aut in constantē fuisse, locum & aciem deseruisse, in fugam se coniecisse; ita & Christiano nihil indignius exprobrari potest, quam quod credendo & bene viuendo ceperit, sed in bono opere non perseuerarit: sic Paulus ad Galatas:

*Salust. in coniurat. Catil.*

*Currabatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? &*

*Sic stulti estis, vt cum spiritu ceperitis, nunc carne consummemini:*

*Amphora cepit*

*Institui, currente rota cur arceus exit?*

Felicitateque fuit noster Prodigus, cui Deus specialī misericordia dedit gratiam, non bonum propositum concipiendi, verum etiam in eo absque vlla vacillatione aut dubio persistendi, imo vsque ad executionem sit em procedendi: & hæc pura Dei gratia est, *Et tamen benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in*

M 3

*virtut.*

*virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.*

*Psal. 48.*

*Etenim Dominus dabit benignitatem, & terram  
sua dabit fructum suum.*

Æquum itaque est vt maximas Deo gratias agat, quod ei tam benignè manum porrexerit: quod gratiam superandi impedimenta & tentationes dederit, quod præterita delicta ei in memoriam reuocauerit, quod superato omni pudore & timore ad Patris pedes progressus eius gratiæ & indulgentiæ seipsum commiserit:

*Psal. 72.*

*Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.*

Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa stans me. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant.

*Psal. 22.*

*Ierem. 31.*

*Isa. 11.*

*Deduxit me super semitas iustitia.*

*In charitate perpetua dilexi te; ideo attraxite miserans.*

*In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.*

Neque enim Deus nobis solum largitur filum gratiæ suæ, quo ducente è Labyrintho egredi possimus, vt quondam Ariadne suo Theseo fecit; sed etiam nos ad se trahit, & omnibus viribus & auxiliis nos quasi ex profundo barathro funibus educit.

\* Item fuit infusio virtutis spei aut eius confirmatio, quæ cor eius ad eò securum reddebat, vt non timens rigorem Patris ad eius pedes coram tota familia accesserit: sed in memoriam reuocans immensitatem bonitatis eius naturalis, ad antiquum illud oraculum se conuertit, *Deus est summum bonum: Deus est optimus maximus: Nemo bonus, nisi solus Deus.*

*Isa. 2.*

*Conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignum*

nignus  
presta  
nus, fe  
presta  
memo  
merita  
modo  
mis pe  
diæ il  
autem  
opus i  
manu  
tioner  
Deus  
fellice  
iam ge  
promi  
lemem  
nis vir  
aduen  
& Iyer  
populo  
Public  
venieb  
gelicu  
parati  
quasi  
cordia  
recolit  
turus,  
ctos &  
leræ, e  
talem  
mulga  
de fam  
Ce  
aplo

nignus & misericors est, patiens, & multa misericordia, & prastabilis super malitia. Deus totus bonus & solus bonus, facilis ad ignoscendum, sapius ei occurrebat, & prastantiora quaedam Misericordiae illius opera in memoriam reuocabat, quomodo Adamum mox merita morte propter peccatum non affecerit, quomodo Dauidi, Manasse, Niniuitis aliisque maximis peccatoribus pepercerit, quae omnia Misericordiae illius infinitae viua exemplaria erant, maximè autem illud summum & prastantissimum pietatis opus infiniti amoris indicium; cum enim genus humanum per peccatum Adae in aeternam damnationem collapsum est, mox misericordia morus Deus illud redimere, idque tam nobili lytro, Deo scilicet Incarnato de virgine nato, quod & ipsum etiam generi humano in primis parentibus ipsa hora promisit, *Ipsum semen mulieris conteret caput tuum,* semen inquam mulieris absque commixtione seminis virilis, diabolo caput conculcabit; quod ipsum adueniente plenitudine temporis factò impleuit, & lytrum appendit, *Redemptionem misit Dominus populo suo.* Iesum Christum de virgo natum, in quem Publicani & peccatores nostri qui ad Christum veniebant iam credebant, cum tamen lapsum Angelicum paulò ante factum per ipsos nunquam repararit.

*Nusquam Angelos apprehendit, sed semen A-  
braha.*

quasi humana natura ei charior esset, vt in eo misericordiae Colophonem imponeret. Dum haec, inquam, recollit, certam spem concepit quod veniam impetraturus, quod in gratiam admittendus, quod inter electos & charos filios è quibus sua demerita ipsum erarerat, denuò ascribendus esset; deniq; quod Pater ipsius talem prateritorum Amnestiam & obliuionem promulgaturus sit, vt nec frater, nec serui, aut quisquam de familia ei aliquid horum exprobrare aufurus sit.

Certè quod Deus homines redemerit, & angelos apios deseruerit, manifeste ostendit quod nos Deo

Angelis chariores simus. Narratur quod cū Phryne scortū Bœoticum, nō tamē Bœotico ingenio præditum, a Praxitele artificiosissimo sculptore amantissimo suo facultatē accipisset eligendi quam vellet ex tota eius officina pulcherrimam statuā, & ipsa ignoraret tacente Praxitele quānam præstantissima esset, hoc stratagemate ysu est; subornavit aliquem qui nūciaret domum eius incendio absumi, officinas & statuas periclitari, iamiam amburi, ad extinguendū incendium properaret: dū eō cōcitus pergit sæpē sollicitus inquisiuit, an saltem statuā Cupidinis superesset? miserū enim se fore aiebat, si nō hæc, & alia quedam ex omni suo labore superesset; omniaq; salua fore, si modo Cupido naufragium flammarū euasisset: Quibus auditis Phryne iudicans ipsius iudicio statuam Cupidinis pulcherrimam esse, eam petiit & obtinuit, quam post eius mortem Thespiz octo milibus coronatorum aureorum coemerūt. Simili modo dico, si quis nulla alia via discernere queat quæ creaturā rationalis, Homo, an Angelus, Deo charior sit, cum vtraq; sit eius viua & perfecta imago, hæc sane ratione id facile deprehendet, si videlicet consideret ad vtrius liberationem accurrerit, cum vtraq; peccatum æquali periculo combustionis & æternæ dānationis exposita esset: Et sine dubio, si aduertent, quod ad liberandū hominē diuinus ille Praxiteles imaginū viuentiū sculptor & Dei filius, relicta cœlesti curia, vt Praxiteles voluptatis suæ loquum, ad eripiendum ex hoc pœnali incendio (quod nullum ipse promeritus erat) hominē suum Cupidinem, nō ad Angelos accurrerit; mox concludet Deo homines Angelis chariores fuisse. Sicut coniugati si dubitarent, vtrum plus deberent, an coniugi, an parentibus? facile se resoluunt si Adamum in præsentia Dei dicentem audiant, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adharebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Aut si quis ignorasset quam tenere David amaret suum Absalonem, quamuis rebellem & omnium rebellium ducem, criminis læsæ Maiestatis in primo

Genes. 2.

gradu  
tio co  
tribus  
Seruati  
prelio  
ero A  
sterio  
eiular  
Absalon  
salon  
vigin  
rant;  
stum  
mixta  
ira di  
mes, c  
tuo c  
pro m  
modo  
nes,  
Deo p  
erit, c  
fit; pr  
adeo  
pecca  
& Sal  
Deus  
pœni  
milia  
niten  
ditum  
me la  
singul  
cum  
gabo

Al  
gradu

gradu, & attentati Parricidij reum, id facili negotio cognouisset, audiens ipsum tam seuerè & amicè tribus militiæ suæ ducibus seorsim præcipientem, *Sernate mihi puerum Absalon*: audiens ipsum finito prælio nuntios diversos interrogantem, *Estne pax puero Absalon? Estne pax puero Absalon?* quem cum ex posteriori mortuum intellexisset, instar fæminæ flens & ciulans fractis singultibus clamabat, *Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te: Absalon fili mi, fili mi Absalon*: & ne cogitabat quidem de viginti millibus populi quæ cum Absalone conciderant; affectus enim erga Absalonem deuorabat affectum erga populum, vt pluma Aquilæ alias sibi admixtas solet: Ex quo facillè colligitur Simiam non ita diligere suos fœtus, quantumuis turpes & deformes, quæ Dauid peruersum suum Absalonem; nec mortuo catulo tanta doloris signa ostendit Simia, quam pro mortuo Absalone hic magnus Rex. Eodem itaq; modo qui nescit Deum maiore amore erga homines, quam Angelos affici, ex eo facillè colliget quod Deo plus lapsus hominis, quam angelorum displicuerit; quos pro illis mortem crudelem subire dignatus sit; pro his, ne quidem è throno suo assurrexerit: adeoque ex hac consideratione licebit pœnitenti peccatori firmam spem Remissionis, Iustificationis, & Salutis concipere, & sibi animosè dicere, Et quid! Deus adeò bonus an vnquam creaturam suam verè pœnitentem malè tractabit? Deus qui se pro me humiliavit & tanta passus est, vt me redimeret, me pœnitentem & lachrymantem perdat? Ille qui vt me perditum inueniret tantum martyrium passus est, cum me lachrymis humefactum ostendam, cum suspirijs, singultibus, & pectoris tusionibus audiri me facia, cum fumantibus & calidis meis lachrymis faciem rigabo, me recipere nolet?

*Quærens me sedisti lassus*

*Redemisti crucem passus*

*Tantus labor non sit cassus.*

Abfit, abfit: longè ab hoc amore omnis abest crudelitas.

M 5

Deus

*Plin. l. 29,*

*cap. 6.*

- Psal. 11.* Deum meum in te confido non erubescam.
- Psal. 4.* Tu Domine singulariter in spe, constituisti me,  
Spe salui facti sumus.  
Spes non confundit.
- Iob. 13.* Etiam si me occiderit, in eum sperabo.
- Psal. 129.* Apud Dominum misericordia & copiosa apud eum  
redemptio.
- Psal. 55.* In Deo speravi non timebo quid faciat mihi caro.  
Quis unquam iuste desperabit, cui cum Deo ad eum  
misericordiam, & hominum amanti agendum est. Signi-  
ficat itaque hic motus Misericordiam, quod Deus pec-  
catorem tremantem & pauentem securum reddat, ani-  
mum ei inspiret, & spem firmam veniam, seu galeam  
capiti imponat.
- Loca galeae spem salutis, ut audeat ad Patrem accede-  
re, & in duellum amoris inclinato capite se intronite-  
re, ipsum genuflexionibus, amplexibus, lachrymis,  
confessionibus, detestationibus, protestationibus, ab-  
iurationibus, coniurationibus, omniq; artificio, quo  
amicè cor offensum molli & reconciliari solet, lu-  
perare & vincere.*
- Hic ure, hic seca, ut in aeternum parcas.*
- Tolle manus in vincla meas, meruere catenas.*
- Nec nostris oculis, nec nostris parce capillis.*
- Fac me sicut unum ex mercenarijs tuis.*
- Chrysof. Hom. 9 in Priorem ad Theff. ait: Quia ad-  
modum galea principale membrum eorum, quae in corpore nostro  
sunt, conseruat, dum caput circumdat, & undiq; tegit: ita &  
spes cogitationem nostram concidere non sinit, sed capitis in-  
star erigit, nihil extraneum in illam incidere permittens.*
- Laurentius Iustinianus in ligno vitae cap. 2. Spes est  
quasi columna, quae totum spirituale aedificium sustentat;  
qua deficiente aedificium corrumpit, ac in barathrum despera-  
tionis concidit. Est etiam anchora anima, eam seruans, ne  
a procellis tentationum irrumpatur.*
- Maxima sane misericordia & Prodigio & peccatori-  
bus omnibus exhibetur, si firma spe veniae muniantur.  
Huius defectu Cain eo usque prolapsus est, ut diceret,  
Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear: Huius  
defectu Iudas, cum culpa agnouisset, deplorasset, con-  
fessus*

*Gen. 4.*

festus esset, pretium sanguinis restituisset, omnia se suspendendo corrupit: *Elegit suspendiū anima mea. Ab. Iob. 7.* *Ante se damnans, quam ipsum dānaret Deus.* O miserum! cur non potius genibus Magistri sui se aduoluit, quam ad pedem scalarum, ex quibus se suspendurus erat accessit? Cur non prius iuit ad scalam Iacob & ad crucem, in cuius summitate Dominus ipse Iesus-Christus affixus erat, quam ad scalam pro suo suspendio erectam pergeret, in cuius summitate Diabolus infelicem illam animam expectabat, *ut abiret in locum suum?* Cur prius ad crucē suā *Act. 1.* quam Magistri sui appropinquauit, quod si perrexisset, omnia ipsi cessissent feliciter? Si modo sperasset in illum, qui hoc ipso tempore in momento & ictu oculi ex latrone, ut minimum triginta triū annorū, gloriosū martyrem fecit: qui sciuentē illū etiam mortuū corpus Christi lancea militem, testē suum & Notarium aqueo sanguine scribentem reddidit: Hic, hic ad pedem huius scale, ad basim huius crucis inuenisset, quo cor suum desperationi abiectum erigere posset, & anchoram spei in Misericordia boni sui Magistri defigere: Hic praconē clamantē, tuba sonantē audisset:

*Nemo perit, nisi cui non libet poenitere; nemo damnatur nisi qui desperat.*

Quisquis aestimet quanti uolet hunc effectum Misericordiae Dei in anima Prodigii & omnium peccatorū, spē admissionis in gratiā; ego sanē cū deuoto Bernardo maximē eū facio, qui cū alibi septem Dei Misericordias enumeraret, huius non oblitus est, dicēs.

*Postquā in his quinque miserationibus à malo liberaueris; Bern. Ser. 88. de 7. Miseric.* *in duabus alijs bona largiris. Haec duae sunt gratia promouendi, quae uidelicet munus bonae conuersationis indulget, & spes obtinendi, quae donas homini indigno & peccatori, de tua toties experta bonitate, usq; ad caelestia speranda, presumere. & alius,*

*Inauditum misericordia genus est, quod cum Deus Misericordia negare posset, non modo non negat, sed ipse etiam de Poenitētia, vult, & rogat, & minatur, nisi ad eum reuertaris, qui tāto tuae salutis nostrae amore tenetur.*

Et

Et etiam notandum est in hac spe & ferè de diuina bonitate præsumptione, quod Deo placeat & nobis ad meritum reputeretur, si tunc etiam gratiam speremus, cum obtineatæ veniæ apparentia minima est.

Rom. 4.

*Contra spem in spem credere.*

*Etiamsi occiderit me in ipso sperabo.*

Sicut è contrario desperatio inter peccata maxima & irremissibilia computatur, qui enim desperat, quantum in se est, summum bonum, bonitate; omnipotentem condonandi potestate; ordinariè misericordiam misericordia spoliatur.

Plutarch.  
in Fabio.  
Liuus  
l. 22.

Legimus apud Romanos Terentio Varroni è clade Cannensi infeliciter reduci, Senatum populumq; quasi re benè gesta occurrisse, gratiasque egisse quod de Republ. Romana non desperasset, sed quantum erat exercitus reduceret, quamuis in acie quinquaginta millia hominum cecidissent, quamuis Aufidus fluuius iuxta Cannas Romano sanguine rubuisset; quamuis iam tot Romanorum millia internecioni daret, vt eorum capitalis inimicus & hostis Hannibal misericordia motus, diceret, satis est, *Parce ferro*: quamuis Romanorum cadauerum ea copia fuerit vt in torrentem coniecta pontem Carthaginensibus strauerint, per quem de castris in castra commutare possent: quamuis ex nobilitate & equestri ordine tot millia cecidissent, vt detractis annulis modicum vnus impleuerit Annibal, vt narrat Liuius; vel duos, vt Florus; vel tres, vt Plinius, ac Carthaginem transfugerit: quamuis tot arma à fugientibus abiecta, & mortuis detracta essent, vt cum cladem hanc reparare conarentur Romani, arma non inuenirent, quibus muniti hosti occurrerent, nam vt ait Florus. *Arma non erant, detracta sunt templis*. Denique quamuis Roma post obsessum à Brenno Capitolium nullam vnquam maiorem cladem sensisset, & iam in seruitutem Carthaginensium incidere verebatur, tamen consulem suum Terentium Varronem, qui stultè contra consilium collegæ sui Pauli Æmilij in præ-

Flor. l. 2.  
cap. 6.  
Valer.  
Max. de  
crudeli-  
tate.

Flor. ibid.

lium  
bun  
desp  
S  
vt cu  
mus  
hilo  
ipful  
vlna  
cem  
ius M  
tém  
bis a  
diffi  
nos i  
glorif  
mes  
cogr  
N  
gelic  
chru  
D  
tant  
alle,  
capit  
xit; si  
mun  
dit; s  
lijs s  
rijs a  
prop  
exce  
eius  
oru  
grati  
cord  
& in  
tate

lium descenderat & infeliciter pugnaverat, gratula- *Valer.*  
bunda excepit, idèd solum quod de Republica non *Max. l. 3.*  
desperasset. *cap. 4.*

Sic etiã Deus noster adèd clemens & bonus est, ut cum omnia mala fecerimus, omnia dissipauerimus, omnem substantiam nostram prodigerimus, nihilominus tamen omnia se benè habeant, modo ad ipsum redeamus, ad eius pedes aduoluamur, in eius vltas proruamus, ab ipso veniam & gratiam deprecemur, spem certam concipientes nos cum diuina eius Maiestate in bonam gratiam redituros. Vice autem versa in suam ignominiam vergere putat, & nobis ad damnationem imputat, si de clementia eius diffidentes peccatum peccato accumulamus, aut nos ipsos interficiamus.

*Quoniam in me sperauit, liberabo eum, eripiam eum & Psal. 90.*  
*glorificabo eum: Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum: Clamauit ad me & ego exaudiam eum. Quoniam cognouit nomen meum Deus Opt. Max.*

Non putem Magdalenam, Helenam illam euangelicam famosam in ciuitate peccatricem, quæ pulchrum putabat

*Digito monstrauerit & dicitur hæc est, hæc est Babilon.*  
tantum beneficij Christo præstitisse, aut eum recreasse, siue cum pedes eius lachrymis lauit, & capillis capitis sui terit; siue cum eum unguento pretioso unxit; siue cum fracto alabastro unguentum suauissimum paulò ante mortem Christi in caput eius effudit; siue cum post mortem eum cum Nicodemio & alijs sepulchro mandauit; siue cum vna cum alijs Marijs ad sepulchrum quod deerat vnctionis suppletura properauit; siue cum ipsum liberaliter in castro suo excepit, siue cum pedibus eius assidens à dulcissimo eius ore pependit, & nectare diuinorum eius eloquiorum pasta fuit: quam cum ad eius pedes se abiecit, gratiam petijt, præteritorum veniam implorauit, in corde verum dolorem & spem certam veniæ gestans, & in fronte de sua fæditate verecundiam, & de bonitate & clementia Dei hilarem securitatem ostentans.

E cony

*Vide Aug. Serm. 28. ad fratres in eremo.* E contra non puto Iudam tantoperè Iesum Christum offēdisse aut per peccata quæ ante Apostolatam perpetravit, ut quod incestuosè cum matre propria coierit, aut quæ in Apostolatu cōmiserit, ut quod sapius Magistrum expilarit, quod pecunias cōmunibus necessitatibus destinatas, cum loculos portaret, ad propriū vsum diaerterit; quod sapius murmurauerit, & maxime cum Magdalena unguentum in sacrū Christi verticem effunderet; quod cum affectu prodendi Dominū indignè corpus Christi susceperit; denique quod ipsum proditoriè osculo tradiderit, quam cū ex desperatione & totali de diuina clementia diffidentiam vitam sibi laqueo ademit.

Hinc spem in Deū Scriptura ubiq; commendat.

*Psal. 61. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra*

*Psal. 26. Spera in eo & ipse faciet.*

*Psal. 19. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius.*

*Ecclef. 2. Nullus sperauit in Domino, & confusus est.*

*Thren. 3. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anima querenti illum.*

*1. Ioan. 5. Omnis, qui habet hanc spem; in eo sanctificat se.*

Mihi quidē videtur, quamuis neq; oporteat de diuina bonitate præsumere, neq; eius Iustitiā nimium timere, quæ duo quædā præcipitia extrema sunt ad periculū æternæ damnationis, & naufragij perpetui deducuntia: minus graue peccatum fore, si misera anima parum excedat sperando, id est, aliquo modo præsumendo, quā si peccet nimium timendo, id est, desperando, quantum est ex parte Dei, & ex parte sua: ex parte Dei, quia præsumendo de eius misericordia eius bonitas cōmendatur: ex parte ipsius quia feliciter vita in præsumptione quā desperatione transigitur; qui enim in tali præsumptione viuit, nō nisi post mortē in Infernū labitur, qui autē in continua desperatione vitā agit, iā viuens in Inferno positus est, & in peccato irremissibili contra Spiritū sanctū, quod neq; in hoc neq; in futuro sæculo remittitur, moriens in æternā damnationem præcipitatur.

Memini me Iuuenē ex præclaro quodam Theologo audijſſe, Malle ſibi rem eſſe cum hominibus laxioris conſcientiæ, quam cum ſcrupuloſis: facilius enim à ſuo extremo ad mediocritatē reduci laxiores illos, quam iſtos ſcrupuloſos poſſe. Similiter memini me, alicubi apud Chryſoſtomū legiſſe, quod optaret erga delinquentes miſericordia & clementia, quam nimio rigore & ſæuitia excedere; & certē mihi quidē uideretur, & Deū & hominē magis magnā bonitatem quam ſeueritatē decere.

Quærenti itaque quid ſibi uelit illud: *Miſericordiæ motus*? Reſponderi poterit ex hoc motu Patris aliquē effectum Miſericordiæ diuini, qui ſit aut inuſio Spei in animam in qua non erat, aut eiufdem argumentatio & ſolidatio in anima ubi ſedem iā fixerat, ut quis tanto commodius ad completā & perfectā iuſtitiam deueniat. An quis ſcitan nō etiam hoc ſignificet quod Chriſtus Publicanis ſpeciale gratiā contulerit, qua adiuti ad iuſtitiam morālē pertingere poterant, quæ in eo conſiſtit, ut quis ſecundū dictamen rectæ rationis & legis naturæ mores ſuos former & actiones dirigat, quomodo multi Philoſophi uixerunt: Qui ſtatus multū ſtarorum improborum ſuperat gentiliū; & multò à ſtatu boni Chriſtiani renati & iuſtificati ſuperatur? Credo & hoc illis uerbis ſignificari poſſe: nam & hic ſtatus ſpeciali miſericordiæ & gratiæ diuinæ attribuendus eſt.

*Eſt aliquid prodire uenus, ſi non detur ultra.*

## II.

*NUM FVERIT ALIQUA REMIſſIO PECCATORUM SINE IUſTIFICATIONE.*

ET quis ſcit an Deus hic nihil extraordinarium operatus ſit? mutationem inquam priuatiuā, ut eā appellat Scotus, qua homo ex inimico Dei fit non inimicus: & ſic eſſet remiſſio peccatorum, & fractio ſyngraphæ obligatoriæ ad pœnam æternam, ad quā quicquæ toties ſe obligat, quoties Deum mortaliter offen-

Scotus in  
4. diſt. 1.  
q. 6. ad ar.  
gumenta 1

offendit. Ah! mutationem priuativam seu remissionem peccatorum dico, & præterea pro hoc tempore nihil, absque illa mutatione positiva, qua homo qui antea indignus erat vita æterna, eadignus redditur, & ex impotente producere opera meritoria vite æternæ, ad ea elicienda potens efficitur: Eset hæc mutatio similis Inducijs quæ medium fortiuntur inter bellum & pacem, & inducunt cessationem ab armis absque perfecta reconciliatione.

Coloss. 2.

*Donans vobis omnia delicta, dolens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens cruci.*

Indulgentia est qua tuti reddimur, ne amplius ad penam æternam requiramus, non autem qui digni efficiamur in aulam Dei admitti, nomine filiorum eius censeri, aut inter amicos illius annumerari. Absalon postquam in fratrem suum Amnon partitium perpetrasset, tandem per Ioab à patre veniam obtinuit, & ab exilio redire permissus est, non tamen ad aulam & conspectum paternum admissus.

1. Reg. 14.

*Dixit Rex revertatur in domum suam, & faciem meam non videat: ibique biennium permanit donec noua intercessione Rege moto, vocatus est Absalon, & intravit ad Regem, & adorauit super faciem terræ coram eo, & osculatus est Rex Absalon. Sæpè enim contingit quæpiam alicui neque amicum, neque inimicum, sed neutrum esse: quamuis tamen Christianus quis proximum suum amare teneatur: Sic in hac circumstantium corona amicos, vt spero, habeo; habeo vt vereor inimicos: sunt & alij tertij generis, neque humidi, neque sicci; neque calidi, neque frigidi, qui erga me indifferentes se exhibent, aut quia me solum de vultu norunt, intus & in cute non norunt, aut quia si quid fortè malè intellexerint, ad vindictam non procedunt, quia aliquo vsque ipsis satis factum est. Atqui hi vltimi, quia sinistram ipsorum suspicionem remouimus, nobis neque inimici sunt, neque invident: & sicuti mihi nihil mali imprecantur, ita nec neque adeo amant, vt mihi aliquid boni velint.*

Dein,

Deinde his maleuolis interpretibus aded reconcilia-  
tus nō sum vt mihi boni aliquid velint, aut in specia-  
lem amicitiam admittant; atque ita tertium quen-  
dam gradum constituunt eorum, qui neque amant,  
neque oderunt, & quemque id esse sinunt, quod est,  
aut esse cupit.

Ita & in materia salutis tria hominum genera cō-  
siderare licebit: primum eorum, qui sunt in statu gra-  
tiæ, quibus Deus nullum malum pœnæ vult, quodcū-  
cunq; malum culpæ commiserint; ipsiq; omnia bo-  
na optat & ipsam gloriā, idq; aut per solam suam gra-  
tiam, aut per gratiam & ipsorum merita; secundum  
genus est eorum qui sunt in statu peccati mortalis,  
quibus Deus nec gratiam, nec gloriā, nec aliquod  
bonum æternū, sed potius æternam damnationem  
vult: tertium genus illorum est, qui neque per gra-  
tiam & adoptionem sunt filij Dei, aut hæredes regni;  
neque per peccatum filij perditionis, qualis esset ho-  
mo creatus in puris naturalibus, vt Theologi loquū-  
tur, qui neq; gratia dotatus est, neque peccatum cō-  
misit, aut si illud commisit, illud ei simpliciter absq;  
infusione gratiæ dimissum est.

Simili modo quis imaginabitur contigisse Publi-  
canis & peccatoribus quos Christus recipiebat, quod  
scilicet obtinuerint remissionem pœnæ & culpæ tan-  
tum cum Christus super illos *misericordia motus* est; id  
est, mox ac Iesus-Christus oculo misericordiæ ipso-  
rum miseras & magnam contritionem

*Magna est velut mare contritio tua*

propositum quiduis agendi & patiendi quoad perfe-  
ctam Iustificatiōem pertingere possent, ad quā post  
dulcem occursum, amplexus & oscula Patris & filij,  
aliosq; actus in textu enumerandos, peruenturi sunt,  
intuitus esset. Fateor talem remissionem extraordi-  
nariam esse: sed summi artificis est pro ostendendā  
sua summa auctoritate & absoluta potentia interdū  
aliquid extra ordinem facere. Interim tamen creden-  
dum est vnico instanti perfici, & remissionem pecca-  
ti, & infusionem gratiæ iustificantis.

In ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hæc omnia simul infusa accipit homo, per Iesum-Christum, cui inferitur, Fidem, Spem, & Charitatem.

Scotus in  
4. ubi sit  
pra.

Et subtilis Scotus, Secundum legem sapientia diuina, post lapsum, nullum est medium inter gratiam, qui est filius regni, & peccatorem, qui est filius carceris. Nec potest esse sequendo de potentia ordinaria, id est, conformi legibus à sapientia & voluntate diuina determinatis; & ideo nullus liberat, nec sic liberare potest à culpa, nisi cui dat gratiam.

Similiter R. P. F. Andreas Vega Minorita l. 5. operis magni & doctissimi de Iustificatione c. 5. enumerans quatuor potissima Iustificationis beneficia ait, Bona cuiuscumque iustificati, quæ quidè, & multa & eximia sunt, ad quatuor in summa à Patribus expressa, quæ facillimè memoria teneri poterunt, ea omnia non incommode reduci posse intelligo: Primum est reconciliatio cum Deo: Secundum est remissio peccatorum quoad culpam, & quoad poenam vel partem ipsius: Tertium est renouatio interiorum hominis: Quartum est ius & acceptatio ad gloriam aternam. Hæc ille. Vbi obiter Auditores meos monitos velim me diu ignorasse dictum Doctorem nostri ordinis fuisse, donec a R. P. Sedulio in suis Notis ad c. 3. Vitæ S. Francisci monitus essem, eo quod quidam viri boni dictum opus Coloniae prouulgauerint, suppresso quod religiosus, aut cuius ordinis religiosus fuisset: quod idè accidit rarissimo illi operi R. P. F. Petri Galatini de Arcanis Catholicae Veritatis: & Collectaneo Bibliorum P. F. Ioannis Pechani & nuper Decachordo R. P. F. Marci Vigerij Cardinalis Minoritæ, cum tamen libellorum suorum frontispicijs semper nomen suum appendere consueuerint. Sed hæc per Parenthesim dicta sint.

Infusio itaque gratiæ & remissio culpæ pari passu ambulant, quod facile quis colligit se attentè consideret formam seu verba essentialia duorum Sacramentorum Iustificationem causantium, Baptismi scilicet & Pœnitentiæ: nam cum hæc Sacramenta conferuntur nihil aliud auditur, quam Ego te baptizo, &c. Ego te absoluo, &c. absq; eo quod vlla infusionis gratiæ mentio fiat,

fiat, & tamen vi horum verborū, tam baptizatus, quā  
 poenitens, iustificatus & plenus gratia recedit. Dicere  
 ergo oportet cū remissione peccatorum gratiā simul  
 dari & infundi, Reconciliationē & Remissionē, Pur-  
 gationem & Exornationem animæ esse instar Pyladis  
 & Orestis, Aeneæ & Achatis, S. Petri & S. Ioannis, hu-  
 manitatis & diuinitatis Christi, id est, esse indissolu-  
 biles & inseparabiles comites. *Vbi tu Caius, ego Caius.*  
*Dei enim perfecta sunt opera.*

Quia tamen hæc Parabolā à Christo narratur, vt  
 immensam quandam extraordinariam & illimitatā  
 Dei Misericordiam describeret, quis scit, si per hoc  
*Misericordia motus est*, Christus voluerit significare ex-  
 traordinarium quendam effectum suæ clementiæ erga  
 Publicanos & eorū socios, scilicet specialē remissio-  
 nē peccatorum tantum, idq; per quandā anticipatio-  
 nem & præ festinatione ipsis benefaciendi extraordi-  
 nariē propter illorum extraordinariā & magnā fidē  
 propter præmaturam eorum spem in passione eius  
 futura fundatam; propter Attritionem tam raram &  
 charitatiuam, propter propositum tam firmum e-  
 mendandivitate suam, & iam ex parte executioni mā-  
 datum, vt tandē hanc remissionē peccatorum tēpore  
 oportuno gratia iustificante seu perfecta iustificatio-  
 ne completeret, quali Prodigō obuiā accurrens, ipsam  
 amplexas, osculans, &c. Quis scit num hoc factū fu-  
 erit: Quod si sic, hic primus misericordiæ effectus ef-  
 set quædam præuentio, donum quoddam paruale, &  
 anticipatio totalis benedictionis in perfecta iustifi-  
 catione obtinendæ. *Præuenisti eum in benedictionibus  
 dulcedinis*: Certè remissio vnus malitiæ peccati, scilicet  
 conuersionis ad creaturas, facilius videtur quam  
 illa quæ est auersionis à Deo, quæ altera peccati ma-  
 litiæ est. Neq; in hoc perfecto & summæ artis opere  
 ad viam ordinariā recurrendum est, iuxta quam si-  
 mul sunt & infusio gratiæ & remissio culpæ, imò iux-  
 ta quam infusio gratiæ remissionem peccati præcedit,  
 sicut radius Solis tenebras quas expellit: meminisse  
 interdum oportet eius quod dixit S. Thomas:

*D. Th. 1.  
2. q. 113.  
art. 2.*

*Matth. 9.  
Luc. 5.*

*Deus non alligavit gratiam suam Sacramentis, nec facta  
fatis. Deinde S. Paulus & ipsa Ecclesia videntur ad-  
mittere aliquod intervalum inter remissionem & Iu-  
stificationem, quando quidem ferè quadraginta hora  
effluxerint inter causam unius & causam alterius: di-  
cunt enim Christum mortuum esse pro peccatis nostris,  
id est, ut nobis eorum remissionem mereretur, & resur-  
rexisset propter nostram Iustificationem perfectam &  
infusionem gratie gratum facientis: nam Ecclesia ca-  
nit: Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam re-  
surgendo reparavit. Et Paulus scribit, Christus traditus  
est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificatio-  
nem nostram. Quis scit, an cum Christus quibusdam cor-  
poraliter sanatis dicebat, Remittuntur tibi peccata tua,  
ampliolem ipsis gratiam fecerit quam exprimebat, vi-  
delicet, remissionem peccatorum tantum? maxime  
cum omne meritum de congruo non in paralitico,  
sed in portantibus fuerit, eiusque liberum arbitrium  
ne eo quidem assurtexerit, ut per fidem in Deum ferte-  
tur, aut per contritionem peccata sua detestaretur,  
sine quibus tamen ordinaria via non solet esse perfe-  
cta Iustificatio; in illis dico qui sunt maturæ ætatis &  
ad annos rationis peruenierunt. Si autem in hoc Pa-  
ralitico fuit remissio culpæ sine infusione gratiæ, cur  
non etiam in nostris Publicanis idem asserere lice-  
bit? Deinde decem illi leprosi quamvis in via munda-  
ti essent, obligati tamen erant ex mandato Christi se  
sacerdotibus ostendere, qui sine dubio frustra non i-  
bant, sed eundo & redeundo aliquid novi acquirere  
bant. Ex quibus quispiam sibi imaginari posset Publi-  
canos ad hoc Misericordia motus remissionem pecca-  
torum sine reconciliatione seu perfecta iustificatione*

*obtinuisse: Sed de facto sit quod sit, ego me  
Ecclesiæ iudicio sub-  
mitto.*

V  
blica  
parten  
pote M  
mentis  
omne  
mentis  
ac sanc  
ecepte  
sui tex  
plexus  
via mar  
retene  
munda  
nis sa p  
multo  
cipiant  
tamen  
cipere  
quibus  
ut ab E  
Anglus  
Aposto  
baptiza  
techiza  
decimen  
nam vt  
commu  
menter  
\* Bap  
eunq; i  
Habem  
cant, a

SI NON HOC, QUID ERGO  
fuerit?

**V**erum omnia perplexa hac de possibili & facte  
disputatione, mihi quidem videtur per hoc: *Misericordia motus est significari, quod Christus Pu-*  
*blicanis peccata eorum quoad culpam & poenam, aut eius*  
*partem dimiserit & perfecte iustificarit, sicut alio tē-*  
*pore Magdalenam & Paraliticum, idque absque illo Sacra-*  
*mento Baptismi aut alio, ut ostenderet se esse super*  
*omnem legem ordinariam, neque suam potestatem Sacra-*  
*mentis alligatam esse. Si quaeres, An postmodum Sacra-*  
*mentis ysi non sint? Respondeo omnino, aequè benè*  
*ac sanctissima Virgo Maria, quae à primo instanti suae*  
*conceptionis sancta fuit, quod ipsum continuatio no-*  
*stri textus insinuat, cum meminit Paterni osculi, am-*  
*plexus, stolae, annuli &c. Deinde decem illi leprosi in*  
*via mandati sacerdotibus ex mandato Christi se siste-*  
*retenebantur, Ite, ostendite vos sacerdotibus; ergo & hi*  
*mandati Sacramentis etià uti debent: Præterea quâ-*  
*vis saepe contingat, ut aliqui per veram contritionem*  
*multo tempore antequam Sacramentum Pœnitentiæ sus-*  
*cipiant perfectam peccatorum remissionem obtineant, suo*  
*tamen loco & tempore etiam ipsum Sacramentum sus-*  
*cipere tenentur: In Evangelica peccatorum absolutione, etià*  
*quibus Deus antea fortasse peccata remiserit, vult tamen,*  
*ut ab Ecclesia absolvantur, inquit insignis quidam Doctor*  
*Anglus, idque conformiter ad praxim S. Petri in Actis*  
*Apostolorum, qui Cornelium ceterum cum sua familia*  
*baptizare non prætermisit, quavis in ipsos dum eos ca-*  
*techizaret Spiritus sanctus super ipsos visibiliter*  
*descendisset. Sed dices frustra est, hoc est Actum agere,*  
*nam ut Philosophi clamant, frustra fit per plura quod*  
*commodè fieri potest per pauciora. Respondeo ad*  
*mentem Doctoris subtilis.*

\* Baptismus & absolutio Sacramentalis quantum-  
cumque iustum hominem inveniunt iustiorè reddunt:  
*Habentis dabitur, nam gratia augmentant & multipli-*  
*quant, ac de iusto iustiorè faciunt.*

*Stapler. 10*  
*Pröp. Car.*  
*Dom. 13.*  
*Post. Petri*

*Scotus in*  
*4. d. 1. q. 6.*  
*prope finem.*  
*Qui*

*Apoc. 22.* Quia iustus est iustificetur adhuc, & qui sanctus est sanctificetur adhuc.

*Eccl. 18.* Ne verearis usque ad mortem iustificari.

*Psal. 83.* Etenim benedictionem dabis legislator; ibunt de virtute in virtutem.

*Luc. 1.* Spiritus sanctus superueniet in te: Ad quid putas, nisi etiam superimpleat eam? inquit Bernard. Serm. 2. de Assumpt.

Scotus supra. Quantumcumque iustus accedat ad baptismum uberiores inde recipit gratiam: unde baptismus generaliter intendit ibi gratiam eam habitam vel inuentam.

\* 2. Receptio & usus Sacramentorum certum signum est Iustificationis non opinatae, sed verae & realis: Vnde sensus a deceptione immunes reddantur qui de accipientibus iudicant sibi notis, inquit D. Thomas. Sic circumcisio, inquit Scotus, Abrahæ iam iustificato signaculum tantum fuit, nihil enim sibi interius contulit, quia gratia Abrahæ iam attigerat, vel transcenderat illum gradum, ad quem determinata erat Circumcisio. Et intelligo, nihil ei intus contulit per modum Sacramenti, siue virtute operis operantis, sed credo quod ei contulerit per modum meriti, siue virtute operis operantis, quia credo, quod actus circumcidendi sit obedientia Dei, & ex charitate procedens, ei fuit meritorium, sicut & immolatio Isaac.

\* 3. Etiam iusti Sacramenta Ecclesiæ suscipiuntur obligationi suæ Ecclesiæ debitæ satisfaciunt, quæ de internis non iudicat, sed exteriori faciem ianuetur: itaque inter eius filios numerari volumus, necesse est etiam eius Sacramenta suscipiamus.

\* 4. Ne scandalum demus proximo, qui cor nostrum non inspicit, & nescit num in gratia simus, necne: huiusmodi enim videns nos Sacramenta media ordinaria Iustificationis negligere, ex facto nostro facile scandalizari posset, aut contra nostram negligentiam murmurando, aut eam bene, malè, oportune importunè imitando.

Aut Misericordia motus est, id est, Publicanos & peccatores ad lectionem Catecheticae & scholas suas tanquam familiares auditores admisit: quæ sanè non infima gratia fuit, cum essent infames, & in scholis

mundi & Diaboli omnia contraria didicissent, & natura sua in hæc ipsa vitia proni & inclinati essent. Si enim Timotheus Milesius Musicus in suâ disciplinâ non libenter recipiebat, qui sub alio Magistro musicæ operam dedissent, & ab his duplex salariû ob duplicem laborem ipsis impendendum exigebat, nã & mali mores dedocendi, & bonos docendi erant à rudimentis & fundamentis ut aiunt. Certè maiori iure Christus Publicanos & eorum complices à suo Catechismo & schola excludere potuisset; tû propterea quod male audirent & cõmuni totius populi odio & invidia expositi essent, quod in se, suumq; collegiû deriuandum erat si admitterentur, sicut & factum est murmurantibus Iudæis,

(vester?

*Quare cû Publicanis & peccatoribus manducat magister hic peccatores recipit, & manducat cum illis.*

*Peccatorum & Publicanorum amicus.*

Matth. 9.

Luc. 15.

Matth. 11.

Ex quo factû puto ut in statutis ordinis nostri generalibus præscribatur, ut is qui admittendus est, *Nulla sit vulgari infamia maculatus*: tum, quia doctrina Christi multò magis contraria est doctrinæ mûdi & diaboli, quã musica indocti musici musicæ Timothei contrarietur: tum quia multo difficilius est dedilcere malâ viuendi formâ & nouâ bonâ addiscere, quã hoc vel illo modo fides tangere, digitos mouere, chelim seu cytharam intendere. Misericordiæ itaq; diuinæ fuit, quod tam benignè eos in suam disciplinâ susceperit; neque, ut Benedictini suos Nouitios solent, amaris obiurgationibus exceperit, aded ut ipsis necesse non fuerit dicere quod Antistheni ipsum à sua schola contumaciter reijcienti & verbera cõminanti respondit Diogenes, *Tu percutit tantum, ego tibi caput præbebo*: *Neq; vero tã durû fustem inueneris, quo me à tuis disputantibus abigas.* Quicquid sit hoc, *misericordia motus*, im-

D. Bened.

in Reg.

Laert. l. 6.

c. 2. Eliã.

l. 10. c. 16.

portat aliquem specialem effectum bonis Christi

erga Publica nos & peccatores conuersos; effectum

notabilem Prædestinaationis; sarculum aliquem

pullulantem ex decreto Dei ab æterno in Trium-

uirali illò consilio determinato: *Miserobor cuius*

*miserere.* Vbi obiter notandum est, quod quâuis hoc bonum æterna Dei prædestinatio principaliter causauerit, tamen etiam illos id aliquo modo meritos iure cõgrui, seu de congruo, verbigratia, quia prima gratia benè vsi sunt, quia bonis inspirationibus obedierunt, quia manum operi adiuuantes Dei cooperatores fuerunt,

*Matt. 25.*

*Gratia Dei in me vacua non fuit,*  
quia seipsum cognoscentes relictis porcis ad paternam domum penetrarant: Qui. n. primo talæto benè vtitur meretur duplicatim accipere, & ad maiora promoueri.

*Quia in pauca fuisi fidelis supra multa te constitutam.*  
*Dij laborantes adiuuant.*

Sic qui in Republica infimam aliquod munus strenuè obierit, ad maiora promoueretur; nam videmus et Equite Comitæ, ex Comite Marchionem & Ducem creari: in bello ex Milite fit Decurio, ex Decurione Vexillifer, ex Vexillifero Centurio, ex Centurione Tribunus: Romæ quondam ex Centurione Prætor, ex Prætoris Quæstor, ex Quæstoris Consul, ex Consule Dictator. Hinc etiam Reges nobiles suos animates aiebant, Agite Barones mei, si quis mihi hostem meum aut viuum aut mortuum tradiderit, eius honorum alicuius castri aut oppidi auctuario & accessione augebo. Et eodem modo in negotio sanctitatis, qui prima gratia Dei benè vtitur, alias maiores & ampliores promeretur. Aduerte præterea admirabilem Dei bonitatem, qui cum nos semper videat, *Vidit eum Pater,* & in oculis suis gerat; & Glossa dicat, *Ante oculos haberi, non nisi qui diliguntur, dici solent.* sæpè prius nobis compatitur, & misericordia mouetur, quàm nos verbo apud ipsum cõquesti simus.

*Psal. 31.*

*Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino; & tu remisisti iniquitatem peccati mei.*

*Isai. 65.*

*Erit quæ, antequam clament, ego exaudiam.*

*Psal. 9.*

*Preparationem cordis audiuit auris tua.*

Vt vidit, vt scit miseretur nostri; nec vllas moras accit; *Vidit illum Pater ipseus, & misericordia motus, & accurrens.*

Agite ergo, chari Amici, imitemur hanc magnam misericordiam.

CONCIO SEXTA.

205

miseri cordiam Dei nostri, *Esote misericordes*, sicut & Pater vester misericors est. libenter pauperes videamus, ne sinamus eos fores nostras altis clamoribus pulsare, aures nostras longis miseriarum suarum narrationibus grauare, mox in marsupio manus eleemosinam quærat, cor interius ex animo compatiatur: faciamus, quod priscos Celtas fecisse legimus, qui ad eò liberalitati & misericordiæ dediti fuerunt, vt aperitis portis pranderet & epularentur, vt ita pauperibus ad ipsos discumbentes pateret aditus, qui ab inuitatis corrogata stipe, qua venerant porta egrediebantur. Quod si fecerimus, habebimus quod in magna Dei misericordia confidamus, tunc maximè, quando peccatorum nostrorum enormitas & multitudo desperationem nobis persuadere conabuntur: Si enim, vt aiebat Vlysses, *Dij sunt mendicorum vindices*, si *Homerus* quis iniuriam inferat; sic etiam erunt pro ipsidem retributores, si quis eis beneficium contulerit. Bene Dei donis & gratis vtamur: *Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo*: Ad vltiora semper conuendamus, retro ne respiciamus, proposita bona, vt Prothei & Euripi, singulis momentis non retractamus.

CONCIO SEPTIMA,

Thema. *ἡ ἐλεησὶν ἡ ἀγαθὴ*  
Et misericordia motus est.

Græc.  
Vulgata.  
Syriacæ.

Et misertus est eius.

Facta repetitione,

- Dicemus {  
I. Quod videatur noster Textus duo falsa dicere, cum Deo motum & misericordiam tribuit.  
II. Veritas textus defenditur.

Auc.

N 5

970B

## I.

QVOD VIDEATVR NOSTER TEX-  
tus duos falsa dicere, cum Deo motum &  
misericordiam tri-  
buit.

**A**Mici Auditores, Prima frōte in his verbis, Mi-  
sericordia motus totidem euidencia mendacia  
inesse videntur: nam in Deo nulla est mutatio,  
& tamen dicitur motus; & in rigore in Deo nulla est  
cōpassio, & tamē dicitur, Misericordia motus est. Quod  
enim Deus sit absq; omni motu & mutatione omnia  
scripturæ clamant:

Malac. 3.

Ego Dominus & non mutor.

Psal. 101. Caeli sicut vestimentum veterascent, & sicut  
operforium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem ipse  
es. &c.

Iacob. 1. Apud quem non est transmutatio, nec vicissi-  
tudinis obumbratio.

Plato in Timæo, Eterna substantia cum eadem sem-  
per & immobilis perseueret, neque senior seipsa fit un-  
quam, neque iunior, neque fuit hactenus, neque recipit in  
posterum, neque recipit eorum quicquam, quibus res tem-  
porea mobilesq; ex ipsa generationis conditione subiciun-  
tur.

Boetius l. 3. de consolat. Metro 9.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,  
Terrarum, cœliq; sator, qui tempus ab ævo  
Ire iubes, stabilisque manens das cuncta moueri.

Augustin. l. 1. confess. Tu autem Domine, qui & sem-  
per vnus, & nihil moritur in te.

Deus, Auditores, non alteratur, non mouetur lo-  
co, quia vbique est, cœlum & terram ego impleo, magis  
intimè quam anima corpus nostrum penetrat; & ta-  
men non includitur, nec opus est vt vnum locum de-  
serat

lerat quo alteri praesens fiat: Maximus est sine quantitate; ubique est sed sine loco: totus pes est, quia ubique est, dicit Augustinus. Statum nunquam mutat, sed semper in eodem esse perseverat, Ego sum, qui sum, semper florens, semper virens. unde Ovidius ait, viride/que Trist. eleg. Dei: Qui omnibus dat esse & conferuat, Ens entium: 2. alias enim corruptibilis esset.

D. Augustin. in Soliloquiis, Deus à quo exire, mori, in quem redire, reuiuiscere: & in quo habitare, viuere est, &c. Voluntatem non variat, nec aliud stans, aliud sedens de Republica mundi cogitat, quamuis totius vniuersi regimen vastissimum sit: non affirmat modo, modo negat, sed in omnibus suis decretis immutabilis & constans est.

Cicero orat. pro Muræna; Zenonis sententia, sapientem nullius rei poenitere, sententiam mutare nunquam. Quod scripsi, scripsi; meliori iure quàm Pilatus dicit Deus, sicut & illud. Verbum meum Rex meus.

Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in aeternum manebit.  
Non est Deus quasi filius hominis, ut mentiat.

Inter stoicos Philosophos, imo & communes homines, quidam inueniuntur ad eò tenaces propositi, ut morem malint, quam propositi mutationem; & quos difficilius sit à sua determinatione amouere, quam facta immutare: & in Deo aliqua inconstantia aut mutabilitas admittenda erit? Non, non, Auditores, nõ. Deus totus immutabilis est, semper idem est: & tamen hic dicitur & misericordia motus est, quod falsum apparet: Sicut & falsum dicere videretur cum ei misericordiam tribuit.

\* 1. Si enim verum est, quod docent stoici, Misericordiam esse vitium & ad pusillanimitatem & inconstantiam pertinere, nam Neminem misericordem esse, Cicero. Orat. pro Muræna. nisi stultum & leuem, docet Zenon stoicorum Patriarcha; cum nos vnanimi consensu credamus in Deo nullam imperfectionem esse restat, ut dicamus in Deo misericordiam non esse, & sic in textu falsum latere;

latere; maximè cum Seneca dicat: *Vitium animi est misericordia; nec miserebitur sapiens, sed succurrat.*

Cicer. l. 4. Tuscul. Non enim ipsi suscipere agritudinem propter alios debemus; sed alios, si possumus, leuare agritudine.

Item orat. pro Muræna. *Supplices aliqui veniunt miseri & calamitosi: sceleratus & nefarius fueris, si quisquam misericordiam adductus fueris. Zenonis & M. Cato nis sentio.*

Ibidem. *Exorari, scelus; miseri, flagitium.*

Senec. l. 2. de clementia c. 5. *Quomodo admodum religio Deos colit, superstitio violat; ita clementiam, mansuetudinemque omnes boni præstabunt, misericordiam autem præstabit. Est enim vitium pusilli animi ad speciem aliorum malorum succidentis: itaque pessimo cuique familiarissima est.*

Senec. de

Provid.

Aug. l. 9.

de Ciuit.

c. 5.

Damasc.

l. 2. de fide

c. 14.

Arist. l. 2.

Rhetor.

c. 8.

Boetius

de Consol.

l. 2. c. 14.

Apulei. l.

de Dogm.

Plat.

2. Si misericordia sit vicina miseriæ, ut inquit Seneca; habet enim aliquid trahitque ex ea: Si misericordia secundum Augustinum sit aliena miseriæ in corde nostro compassio, qua utique, si possemus, subuenire compellimur: si secundum Damascenum est species tristitiæ, aut secundum Aristotelem tristitia quædam nullo modo in Deo reperiri poterit, cum sit in beatitudine consummatus, à qua omnis miseriæ, tristitiæ & vera compassio excluditur: nam ut docet Boetius *Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, cum absentia omnis mali & doloris: iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: cum itaque compassio sit participatio alterius miseriæ, & dolor quidam interior de alieno malo, euidentissimum est, quod non possit esse in Deo, neque in qui perfecte beatus est, sed Deus est in se beatus, & super omnes beatus, imo beatitudo ipsa, & qui alios beat. Deus beatus & beatificus, optimus:*

Non potest itaque esse miser, nec miseriæ in ipso locum habet; adeoque nec misericordia quæ alieni mali participatio est.

Partur

*Perturbationibus vacuus animus perfecte & absolute beatus efficitur. Cic. l. 4. Tusculanae quaestiones.*

*Seneca l. de clementia imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem & ipsi suffunduntur.*

*Gregorius in moralibus, Misericordia à misero corde vocata est, eo quod unusquisque intuetur quempiam miserum. Et ei compatiens de dolore animus tangitur: ipse cor miserum facit, ut eum à miseria liberet cui intendit.*

\* 3 Quomodo in Deo poterit esse misericordia quae secundum rigorem verbi significat miseriam cordis, aut cor compatiens miseriis alterius? Quamvis enim status beatitudinis admitteret misericordiam in quantum misera, non tamen posset esse in Deo, quatenus in corde residet, cum Deus incorporeus sit & totus spiritualis, in quo nec hepar, nec pulmones, nec cor reperitur, *Deus spiritus est.* Admittere itaque in Deo misericordiam secundum rigorem etymologicum, esse in Deo imaginari cor, & ipsam corpoream fingere, ac in haeresim Antropomorphitarum incidere.

\* Denique Misericordia aliquam alterationem sonat, verbi gratia, ut ex hilare, & qui neque sua mala dolet, nec aliis condolet, maestus, & alienis malis compatiens euadat. Sed Deus semper in eodem statu permanet, semper beatus, hilarius, alacris sua ipsius contemplatione; Ergo in Deo non est ponendo misericordia. Quid ergo? Mendacium ne in textu admittimus cum dicitur, *Misericordia motus est?* imo totam Scripturam mendacii arguemus, quae saepissime magnam Dei misericordiam deprædicat.

*Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.*

*Pater misericordiarum & Deus totius consolationis.*

*Misericordias Domini in aeternum cantabo.*

Neque enim caelum fere tot stellis ornatur, nec litus maris tot arenis abundat, quot locis plena est Scriptura quibus misericordia Dei commendatur. Nam propheta Regius psalmum quendam viginti versuum fecit, quorum singuli terminantur hac clausula

clausula, *Quoniam in aeternum misericordia eius.* Quid ergo credendum? dicetis mihi.

## II.

VERITAS TEXTVS EXPLICATVR,  
& defenditur.

**B**ona verba quaero, Auditores: neque enim tetus uolter, neque expressa sacrae Scriptura testimonia mendacij arguenda sunt, neque Deus uolter ut homines proprie misericors est: cum enim Deus misericors dicitur, intelligi debet de effectu misericordiae & auxilio quod hominibus confert totaliter aut partialiter eos liberando, aut in aduersitatibus, & mala fortuna confortando: neque etiam cum Deus negatur misericors falsum asseritur, nihil enim aliud à Deo remouetur, quam realis compassio & misericordis, quam miseria alterius in cordi misericordis causat. Misericordia enim duo inuoluit, compassioem & subuentionem: Prius proprie non est in Deo ob rationes allegatas, cum sit passio homini propria:

Cicero 4. Tuscul. *Quaedam humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, metus.* Idem Orat. pro Muræna *Est etiam in dissoluentia seueritate laus aliqua humanitatis.*

Alterum scilicet Subuentio est in Deo, eique proprie competit, tum quia ipse extra omnem miseriam est, tum quia omni genere bonorum abundat quae cuius malo opponat, & ut summè bonus, nobis nihil vult, nisi bonum; & cum sit omnipotens, & quando, & ubi vult, bona nobis conferre potest: cum è contrario homo plenus miseriarum sit, & earum quae Oceanus.

*Iob. 14.* *Homo natus de muliere, repletur multis miseris.*

*Ara malorum.*

& solum pugillum bonorum habeat, ut cisterna perurum aqua.

Foderunt

Foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, qua conseruare non valent aquas. Ierem. 2.

Compassione abundare potest, multum proximo subuenire non potest:

Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat; Isai. 28.

Et pallium breue utrumq; operire non potest. Isai. 28.

Ne forte non sufficiat nobis et vobis; ite potius, et emittite vobis. P. 1. q. 3. A. 2. ad 2.

Plenus et dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae. Idem itaq; de Misericordia Dei dico, quod S. Thomas de Ira, Quod Ira et huiusmodi attribuuntur Deo secundum similitudinem effectus; quia enim proprium irati est punire, eius punio ira Dei metaphoricè vocatur, sic quia proprium est Misericordiae cum potes miserum requirentem auxilium subleuare, tale adiutorium metaphoricè Misericordia appellatur: Sic alibi dicitur Genes. 6.

Deus, Poenitet me fecisse hominem, eò quod instar hominis poenitentis affectus esset; ut enim poenitens de peccatis conatur illa eluere & annihilare, vel poenitens se librum quempiam conscripsisse in spongiam eum incumbere iubet, aut in ignem proicit; ita etiam Deus totum genus hominum malorum de facie terrae aquis diluuij sustulit: Sic hic & alibi dicitur Luc. 10.

Deus Misericordia motus, quia facit quod homines potentes & diuites cum misericordia erga pauperes afficiantur: ut enim isti pauperibus auxiliatrices manus admouent, eos lauant, unguunt, vulnera reliquant, & stabulario pro semimortuo, ut Samaritanus ille, satisfaciant: Ita Deus diuissimus & potentissimus non negligit prodigo, Publicanis & peccatoribus succurrere in omnib; quae nouit ipsis necessaria, Cicer. 1. de Tuscul.

Plane ad normam Stoicorum Deus misericors est; nam Prodigum & Publicanos de molestijs & miserijs absq; molestia & miseria educit, & ~~trahit~~ Cicer. 1. de Tuscul.

nam ut Stoici aiunt: Non suscipere ipsi agritudines propter alios debemus; sed alios, si possumus, leuare agritudine, ut refert Cicero.

Et Seneca verus & genuinus Stoicorum surculus. Non miserebitur sapiens, sed succurret. non miserebitur inquit

inquit, id est, non fiet ipse intus quoque tam miser, quam is est, intus & foris, cui succurrit.

Præterea, figura quædam est quam Græci appellant Anthropopathos, qua passiones & affectiones humanæ Deo attribuuntur.

Respondere etiam possem, Deum motum esse compassione super publicanos & peccatores, ut ipsis magnitudinem miseriæ per peccata ipsorum causare ostenderet, & sic misericordiæ motus, id est, publicani tamen erant miseri, abiecti, viles, & tantorum suppliciorum rei, ut ipsum Deum, nisi omnino ἀπαθὴς esset & ab omni perturbatione immunis, ad misericordiam permouere possent. Huius autem expositionis S. Ambrosius mihi author est, nam loquens de Ira Dei aduersus genus humanum, quæ diluuium vniuersale super faciem vidētis telluris propter multitudinē & enormitatem peccatorum, & maximè contranaturalis luxuriæ, causauit, ait, Neque enim Deus cogitat sicut homines, ut aliqua ei nona succedat sententia, neque irascitur quasi mutabilis: sed ideo hæc leguntur, ut exprimat peccatorum nostrorum acerbitas, quæ diuinam meruerit offensam; tanquam eorumque increuerit culpa, ut etiam Deus qui naturaliter non mouetur, aut ira, aut odio, aut passione vlla, prouocatus videatur ad iracundiam. Cum itaque de similibus similiter iudicandum sit, dicere mihi licet Deum describi hic misericordiæ motum, ut nos doceamur miseriam Prodigii, publicanorum & peccatorum tam magnam fuisse, dolorem tam intensum, ploratum tam amarum, singultus tam intercisos, suspiria tam profunda, lachrymas tam profusas, ut sufficere viderentur ad commouendum immutabilem, ad molestandum passionibus impassibilem, & contristandum lætitiæ essentialē. Atque ita se res habet, Auditores, miseria peccatorum inenarrabilis est.

Ambr. l.  
de Noe &  
Arca. c. 4.

Psal. 15.

Contritio & infelicitas in visceribus eorum, & viam pacis non cognouerunt.

Duplici contritione contere eos Domine Deus noster.

Thren. 2.

Magna velut mare contritio tua.

Denique

Denique respondeo hic agi de Deo Homine, Deo incarnato, Iesu Christo, ut dictum fuit cum exposuimus illud *Homo quidam* fuit autem Christus per omnia homo, & in omnibus aliis hominibus similis, excepto peccato & ignorantia; *In similitudinem hominū factus; & habitu inuentus, ut homo*: omnes etiam passionibus humanas, quæ a peccato liberæ sunt, habuit; pauorem & metum, tristitiam & dolorem, tremorem & trepidationem, & nescio quas non affectiones. Certo quidem non scio an instar Heracliti continuò fleuerit; illud certissimè scio agelastum fuisse, & à visu immunem. An non audistis quam calidas lacrimas effuderit cum videret e minus Ierosolymam à Romanis funditus & radicitus extirpadam, & cū posset *Troia fuit. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam.*

Phil. 22

Item cum Lazarū resuscitaturus à morte in Bethaniam venit:

Luc. 19.

*Et lacrymatuſ est Iesus, & infremuit spiritu & turbauit se ipsum: rursuſ fremens in seipſo venit ad monumentuſ.*

Ioan. 11.

Plorauit item cum in cruce extensus pro inimicis suis deprecaretur; cum orto Oliueti pro translatione calicis, conuersione Petri & aliorum orauit.

Hebr. 5.

*In diebus carnis sue preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Item in villa Gethsemani, *Capit conuerti & mœstus esse*, ut inquit Matthæus: aut, *Capit pauere & cadere*, ut inquit Marcus: nec hanc suam tristitiam dissimulauit, sed eam discipulis patefecit dicens, *Tristis est anima mea usque ad mortem*; ut narrant Matthæus & Marcus simul.

Matt. 26.

Marc. 14.

Ibid.

Quoties autem misericordia motus est? ad pietatem & misericordiam motus dicitur cum filium viduæ ex Naim efferri cerneret, non tamen fleuisse, quem vitæ redditum matri tradidit: Misericordia motus est cum panes pro multis millibus multiplicaret.

Luc. 7.

Marc. 6.

*Vidit turbam & misertus est super eos.*

Misericordia motus est cum vulneratum equo suo impositum curatis vulneribus ad hospitium prouexit,

Luc. 10.

*Samaritanus videns eum misericordia motus est.* Misericordia motus est cum peccata totius generis huma-

1. Petri 2.

ni suis humeris imposuit cruci secum affigenda, *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Quod redempti nunc sumus & in via ad salutem constituti, nisi nobis ipsis desimus. vnde quaeso oritur, si non ex misericordia Dei, & non ex operibus nostris? Non

Tit. 3.

*ex operibus iustitia, qua fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Quod etiam num viu-

mus, quod communem illum aerem haurimus, quod terra nobis non dehiscat & maiorem partem viuos absorbeat, cum tot & tam enormia flagitia commiserimus, vnde quaeso nisi de ipsius misericordia, qui

Thren. 3.

*Domini quia non sumus consumpti.* Alios interim multos, forte non tam malos quam nos funditus perdidit & viuos ad tartara decessit, vt Dathan & Abyron cum suis consortibus.

Iob. 7.

*Consumpti sunt absque spe.*

Ecc. 4. 5.

*Consumpti sunt in impetu iracundia.*

Auditores charissimi, comedere aut bibere Christo, neque tam naturale, neque tam delectabile fuit, quam super miseras inopum & miserorum compari & misereri; dicere enim poterat, *Quia ab infantia*

Iob. 31.

*mea creuit mecum miseratio; & de utero matris meae ingressa est mecum.* Erat ei misericordia vt torques pro-

tiolus, miseratio autem vt crux argentea ex ea in Christi pectore pendens, quae ipsi minores difficultates haud peperit, quam maior illa & enormis lignea a

Iudaeis humeris eius imposita, si diligenter consideremus & tempus quo hanc crucem in anima sua portauit, & amorem erga nos, quo in corde eius con-

flagrauit. Nam crucem illam ligneam circiter horam aut duas ad summum in dorso baiulauit, & tres aut quatuor horas in ea pependit; sed crucem mis-

ericordia

ficord  
natiui  
pertul  
ius am  
tura h  
molest  
& com  
compa

Ext  
interio  
toris no

In Ie  
inclina  
subuen

quorun  
sanguin  
ellet: Si  
ber: Qu

miseric  
lesunt:

probius  
si se na

dendum  
genere n

des: aut a  
to: Cer

compa  
& sine

ut & pr  
Et q  
matris  
ter mi: se  
natural  
infante  
ne mis  
fericor  
matris:

ricordiae & compassionis toto tempore vitae suae, à natiuitate imò & conceptione ad sepulchrum vsque pertulit: Et sicut non inuenitur amor aliquis, qui eius amor comparari possit; amor autem eius mensura fit compassionis, compassio autem doloris, & molestiae; ita etiam nulla interior crux miserationis & compassionis reperiri poterit, quae cruci Christi comparetur.

*Ascendite & videte, si est dolor, sicut dolor Thren. 1. meus.*

Exterior crux quidam effectus & signum aliquod interioris fuit: *Apparuit humanitas & benignitas Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus.*

In Iesu Christo itaque fuit misericordia, quae dicit inclinationem, seu potius actum animi prompti ad subueniendum misero; & commiseratio quae iuxta quorundam opinionem commotionem viscerum & sanguinis sonat. Et quare haec virtus in Christo non esset: Si enim verum est, ut Graecum Prouerbum habet: *Quod homines boni prompti & faciles sunt ad misericordiam: Item quod Viri improbi viscera non mollescunt: nihilque possit Christo reperiri melius, aut probius.* Si signum optimae naturalis complexionis sit, se natum ad adiuuandum, conseruandum & defendendum proximum opinari; *Quae melior est in hominum genere natura, quam eorum qui senatos ad homines iuuandos, putandos, conseruandos arbitrantur?* ut inquit Cicero: Certe Iesus-Christus misericordissimus, maximè compatiens, & ad lachrymas non crocodili, sed verae & sinceræ miserationis & compassionis tenerimus cuit & promptissimus.

*Cicer. l. 1. Tuscul.*

Et quidni maximè misericors esset, qui erat filius matris miserationis & misericordiae? *Salue Regina, mater misericordiae, canit Ecclesia:* solent enim cum lacte naturales quasdam inclinationes à matribus sugere infantes: *Quis ergo dubitabit de magnitudine misericordiae Iesu-Christi filij matris tam misericordis? maximè si quis consideret esse filium matris sine patre.* Si verum est, quod doctus quidam

O 2 calamus

calamus scripsit, Nullum genus virorum in particu-  
lari aut generali esse quod clemētia & humili dulce-  
dine illustratum fuerit, quin hanc virtutem possideat  
& acceperint ex parte materna tantum. Si ipsum no-  
men mulieris dulcedinem quandam importet, *Mulier*  
*quasi mollis aer*: Si in nobis viris communi modo pro-  
gnatis virtus nostra mascula, & naturalis ferocia ma-  
ternæ complexionis admixtione vt vinum aqua di-  
luitur; bone Deus, quam misericors & miserator  
fuit Iesus Christus, qui ex Virgine sine Patre genitus  
est, nec aliam mixturam, quam clementissimæ ma-  
tris habuit?

Si omnium nostrum auia Eua, eò quod sine ma-  
tre è viro producta esset Virago dicta fuit, nomē hoc  
illi imponente Adamo in præsentia Dei dicens, *Hæc*  
*vocabitur virago, quia de viro sumpta est*. Vbi Varablus si  
sermo latinus pateretur, dicendum esset *vira à viri-*  
*nam* sic apud Hebræos adiectione vnus litteræ mu-  
lier denominata est a viro; Illi enim virum siue mati-  
tutum *Is* dicunt; & mulierem siue vxorem *Isa*. Et qua-  
dam Anonymi verso excusa Lugduni habet, prop-  
terea vocabitur Virissa, &c. fuit autem hæc Eua  
quavis Amazone Hyppolita aut Penthasilea, imò  
virgine Aurelianensi Ioanna virilior. Quid mirum  
si Dominus noster Iesus, qui ex nullo homine de-  
cendit, sed ex purissima virgine, tenella adhuc & qua-  
tuordecim aut 15. annor. iuencula originem tra-  
xit, *Virginus* cognominetur, non propter aliquod ef-  
feminatum vitium, sed vt significetur omnem sua-  
uitatem & bonitatem fæmineam & virginalem ma-  
tris ipsius Virginis in ipsum transfusam fuisse: fuit  
itaque optimus, dulcissimus, benignissimus & mis-  
ericordissimus huius mūdi vir, in finitè sua bonitate su-  
perans Dauidem qui ipsa bonitas videbatur, & Moy-  
sem de qua Scriptura ait, *Erat Moyses vir mitissimus su-  
per omnes homines, qui morabantur in terra*. Iesus Chri-  
stus vt est inter Magnos Maximus, ita inter bonos op-  
timus, *Deus Op. Max.*

Et cur non nam si Rhinoceros Indicus, animal  
adeò

*Vatabl.*  
*in l. 2.*  
*Genes.*

*Num. 12.*

*Num. 22.*

adeò  
quea  
omn  
sinu  
goric  
benig  
ueni  
reddi  
ret, a  
ex pa  
mus,  
bet M  
haber  
cum f  
perfo  
tatis

Na  
mum  
autem  
tri on  
ne et  
tatem  
confi  
rum c  
Pr  
& no  
poter  
uenie  
exere  
perfe  
iam v  
mo g  
est q  
us ag  
alius  
dium  
obic

adeo effertur ut nullis viribus à venatoribus capi  
 queat, confecta pulchra virgine suum expandente  
 omnem furorem & ferociam deponit, ac in sedentis  
 sinum plane mansuetus se inclinat, ita ut facili ne-  
 gotio capi possit: bone Deus, quam mansuetum &  
 benignum filium Dei Dominum nostrum mora illa no-  
 uem mensum in utero dulcissimæ virginis-Matris  
 reddidit, quamuis ante furorem & ferociam spira-  
 ret, ac *Deus ultionum Dominus* diceretur. Atque hæc  
 ex parte materna: Si autem & paternam considere-  
 mus, an non infinite misericors est Patrem enim ha-  
 bet Misericordiarum & Deum totius consolationis  
 habet & spiritum sanctum, non quidem ut patrem,  
 cum fides Catholica duos in Trinitate aut eiusdem  
 personæ partes respiciat; sed ut Architectum humani-  
 tatis suæ in virginali utero.

*Conceptus de spiritu Sancto.*

*Corpus apertum mihi.*

Nam à bonitate essentiali quid aliud quam opti-  
 mum quid & clementissimum expectandum est? Nunc  
 autem Theologi bonitatem Spiritui sancto, sicut Pe-  
 tri omnipotentiam, & filio sapientiam, attribuunt, e-  
 rit ergo Christus optimus, cum ex omni parte boni-  
 tatem recipiat, & omnis suavitas spiritus in ipsum  
 confluat, ut in mare flumini omnes, de ipso itaque ve-  
 rum esse potest, *Et misericordia motus est.*

Præterea, ut homo suos motus habet, sic enim ut  
 & nos, cor suum habet, & sic misericordiam elicere  
 potest, id est, miseriam cordis ex miseria aliena pro-  
 venientem, quæ in ipso plus quam in aliis vim suam  
 exercuit. Deinde, cum habeat omnes virtutes, idque  
 perfectissimè & per excellentiam, necessarium erit etiam  
 virtutem misericordiae in ipso esse, idque in sum-  
 mo gradu. Ulterius misericordia eius multò maior  
 est quam quævis alia creaturarum, eo quod perfecti-  
 us agnoscat omnes miserorum miseras quam quis  
 alius intellectus creatus; solent enim amor, o-  
 dium, miseratio, & similes effectus per notitiam  
 obiecti mensurari: Si cognitio sit perfecta de obiecto

*Symb. A-  
 post.  
 Psal.*

*Greg. l. 31.  
 Moral. c.  
 11.  
 Phileus  
 & alij  
 Recent.  
 Barthol.  
 Anglicus  
 de Propr.  
 rerum l.  
 10. c. 88.*

bono, sine dubio consequetur amor magnus; si nulla sit cognitio, nullus erit & amor.

*Ignoti nulla cupido.*

*Voluntas non fertur in incognitum.*

Si notitia miseriae est exigua, parua quoque erit misericordia; si magna & perfecta, eiusdem mensurae misericordia resultabit. Hoc suo facto nos docent pauperes & mendici caeci, claudi, vulnerati; nam consistentes ad portas civitatum aut ecclesiarum valvas, vulnera sua, imò & scabiem, & ulcera detegentes, & interdum nescio quo artificio fœdiora reddentes, linteamina variis coloribus infecta ostentant, & se miserimos clamitant, eò solum sine vti spectatores & auditores ad maiorem misericordiam excitent. Ex quo fieri videmus ut illi magis nummati redeant domum, qui suam miseriam optimè exhibere norunt. Christus autem habuit animam admodum sapientem, & subtilem, ac in schola diuinitatis suae cui in vnitae personae coniungebatur, optimè edocta, quata cuiusque nostrum miseriae essent, idque melius speculando quam nos experiendo: non potuit itaque eius misericordia & miseratio esse non maxima.

Præterea experientia tot miseriarum, quas pro nostra salute voluntariè subiit, ipsum ter misericordem reddiderunt: An fuit aliquis ipso pauperior qui non habebat vbi caput suum reclinaret? qui vt in aliena domo nascitur, ita in sepulchro alieno sepelitur, qui mox ac natus ad mortem cum reliquis innocetibus Bethlemiticis damnatus est, qui persecutoris manus arrepta in Ægyptum fuga euasit? fuitne aliquis maiorem calumniam passus, maiorem tentationem sustinuit, tam ab hominibus, quam à Dæmonibus? Fuitne quispiam eo tenerior & ad sentiendum excitatior? fuitque vnquam in venatione lupus rapax magis exagitatus? Appellat eum Propheta, *virum dolorum & scientem infirmitatem*. In ipso verè impletum est tam quoad corpus, quam quoad animam, *Erui*

*Genes. 3. sicut Dij, scientes bonum & malum.*

*Acton.*

*Attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus, Euc-* *Thren. 1.*  
 nit enim, ut qui miseras degustarunt, qua maria  
 transfretarunt, qui mundum peragrarunt, qui hospita-  
 lia inhabitarunt, &c. aut saltem illi qui perfectius  
 alienas miseras considerant, & quibus malis huma-  
 na vita exposita est ponderant, maxime misericor-  
 des sint: unde D. Thomas Senes & sapientes, qui *D Thom.*  
*considerant se posse in mala incidere, & debiles, & formi-* *2. 2. quæst.*  
*dolosi sunt magis misericordes. E contrario autem, qui re-* *20 a. 2.*  
*putant se felices, & in tantum potentes, quod nihil mali se*  
*putant posse pati, non ita commiserentur. Hinc celebris*  
*ille versus Didonis Regina primæ Carthaginis à qua-*  
*dam Angliæ Regina sæpè frequentatus.*

*Non ignara mali miseris succurrere disco.* *Virg l. 1.*

*Homo, qui in homine calamitose est misericors, me-* *Aen*  
*minit sui;* *Publius.*

*Homo sum, humani nihil à me alienum puto.* *Terent.*

Consequens ergo est, chari Auditores, Iesum Chri-  
 stum omnes sua misericordia & cõpassione superare  
 nec hominem quenquam esse, qui alienis malis faci-  
 lius moueatur, cur cor celerius alterius miseras cū  
 intimo doloris sensu compatiatur. Et hoc argumen-  
 to vsus est S. Paulus ut spem nostram Christi miseri-  
 cordia & clementia confirmaret, dicens,

*Debit per omnia fratribus similari, ut misericors fie-* *Hebr. 2.*  
*ret, & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta*  
*populi in eo, in quo passus est & ipse, & tentatus, potens est*  
*& eis, qui tentantur, auxiliari.*

Et infra, *Non habemus Pontificem, qui non possit com-* *Hebr. 4.*  
*parsi infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia*  
*pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum*  
*fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequa-*  
*mur.*

Deniq; si expendamus duplicem finem ob quẽ Chri-  
 stus à Patre suo in hunc mundum legatus aduenerit,  
 necellario dicemus & corpus & animã eius perfectis-  
 simè ad misericordiam & miserationẽ disposita fuisse,  
 O 4 cum

cum sane hac dispositione difficillimè munere suae legationis defungi valuisset. Primò itaque in hunc mundum venit ut peccatores ad se colligeret & vocaret, *Non veni vocare iustos, sed peccatores*; illos, inquam, qui Deum offenderant: Quod enim dignior indignum, Rex subditum, Dominus seruum roget & oret, quod ab eo qui nobis contumeliam & iniuriam intulit pacem rogemus, fieri sane nequit, nisi ab eo qui in summo gradu misericors est: Exemplum habemus in Pisistrato Atheniensium Tyranno, quem cum in propria domo in pleno conuiuio coram omnibus ad cenam inuitatis Thrasippus acerbis conuiciis excerpisset, imò antequam aula exiret faciem Tyranno conspuisset; mane surgens Thrasippum adiit, rogans ne seipsum perimeret perpendendo crimen laesa Maiestatis hesternae die commissum, & ut omnem ei timorem adimeret, pristinam ei amicitiam & familiaritatem iurauit. Vbinam quæso talem Regem Christianum reperiemus, qualis hic ethnicus tyrannus erat? Christus tamen hæc omnia ut nos lucretur fecit, ergò summè misericors est: Venit enim ut pro peccatoribus & inimicis suis se morti exponeret;

*Cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.* pro illis inquam quorum maior pars in summam ingratitude prolapsura erat, & pretium sanguinis eius eodem loco habitura, quo porci gemmas orientales solent,

*Nam pro bono forsitan quis audeat mori:*

*ibid.*

Hoc ipsum tamen heroici pectoris est & eminentissimæ charitatis,

*Ioan. 15,*

*Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

Si reperti fuerint Codrus aliquis Rex qui pro Atheniensibus; duo fratres Philanij qui pro Carthaginensibus; Curtius, qui pro Romanis; Bules & Sperches qui pro Lacedæmoniis vitam suam morti exposuerunt, certè pro inimicis suis mortui non sunt, sed pro amicis, à quibus sibi æternæ memoriæ causa & statuas

statuas  
Christi  
inimici  
quem  
pertin  
quam  
potest  
expl  
fec. Vo  
num a  
charit  
ferat r  
stare p  
tirari  
nim su  
quam  
rum d  
efficen  
plis p  
confu

Fui  
æque  
porali  
emnes  
Ver  
goren  
desper  
dieran  
seueri  
modo  
quam  
aqua  
poteri  
se, &  
Quis  
perab  
Opini

sternas ponendas & altaria erigenda præsciebant. Sed Christus mori debuit, & voluntariè mortuus est pro inimicis suis, & qui ipsi tam ingrati futuri erant, ad quem gradum vulgarium hominum misericordia nõ pertingit. Habuit itaq; Christus misericordiam plus quam humanam, & miserationem quanta imaginari potest, alias enim onerosam illam commissionem explere, aut mandato tam crudeli obedire vix potuisset. Venit etiam vt misericordiam in cordibus hominum à quo penitus exulabat, denuò plantaret, & charitatem quæ absque hæredibus & intestata decesserat reduceret. Et quomodo hæc commodius præstare potuit quam se ipsum exhibendo maximè charitativum, miserantem & misericordem? *Validiora enim sunt exempla, quam verba; & plenius opere docetur, quam voce;* inquit S. Leo. Diuturnus labor & opus parum durable est velle omnia verbis & prædicatione efficere: compendior & securior via est si bonis exemplis præeamus, & quæ alijs verbis commendamus & consulimus, mox ipsi factis præstemus.

Leo Serm. de Ieiunio.

*Si vis me flere, dolendum est*

Horat. in Arte.

*Primum ipsi tibi.*

Fuit itaque Christus maximè misericors, & nihil æquè ac opera misericordiæ siue spiritualia siue corporalia exercuit: *Pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à Diabolo.* Act. 10.

Venit præterea, vt mundum à Deo ob nimicum rigorem & iustitiam auersum reduceret, & in cordibus desperantibus quæ sapius in veteri Testamento audierant, *Deus ultionum Dominus,* & toties rudes ictus seueritatis senserant, spem denuò introduceret. Quomodo autem hæc tanta amaritudo, quæ maior est quam Aloes Calecutici, aut absynthij Pontici, aut aquarum Marath amarus sapor, dulcorari melius poterit, quam si ei saccharum Indicum, mel Atheniense, & dulcissimos Maderæ liquores permisceamus? Quis fel draconum, nisi multo melle, aut manna temperabit? *Contraria contrarijs curantur,* aiunt Medici. Opinionem magnæ seueritatis, demonstratio de ma-

Psal. 93.

gna clementia expellit. Dicere itaque oportebit, quod si Dei filio incubuit, inuictamque fuit, ut homines ab opinione, quam de nimia Dei Patris seueritate conceperant, remoueret, necessarium fuit, ut Spiritus sanctus corpori eius humorem inspiraret summè benignum, liberalem, patientem, misericordem, ad condonandum facilem, ad puniendum tardum, & ut verbo finiam, cor ei indiderit summè bonum, quæ & misericordia, & alieni mali sensus ipsum, & celeriter, & viuaciter feriret: animam quoque summè bonam, ut quam citissimè, & promptissimè de succurrendo proximo decerneret: denique, ut talem formaret, qualem per Prophetam descripsit, scilicet, ut esset

*Isa. 2.* *Benignus & misericors, pater & multa misericordia, & prestabilis super malitia.* Hanc enim descriptionem, si iuxta fontes Hebræorum ponderemus, inueniemus patronum magis benignum, quam sperare ausi fuisset: adeoque inutile non erit, post Ariam Montanum, singula seorsim ponderare.

*Arias*

*Montan.*

*in 6. 2. loc.*

Prima itaque vox est *benignus*; *אֱלֹהִים* iuxta LXX. hebraicè autem *Hannum*, quod quasi gratiam sonat, id est, natura seu voluntas sponte sua inclinata ad benefaciendum, quæ antequam rogetur intelligit quid alijs necessarium sit, & iam ad donandum propendit.

*Antequam clament ego exaudiam,*

*Voluntatem timentium se faciet.*

*Psal. 114.*

Varabius vertit Beneficus; Castalio, exorabilis, sed neuter sufficienter mentem Scripturæ assequitur, maximè si textus Hebraicus vrgeatur: verbum enim illud significat affectum illum beneuolum, quem pia mater erga lactentem filium gerit, quæ non expectat donec ploratu infantili lac, pultes, quietem, aut aliud aliquod necessarium requirit; sed ipsa sollicitè secum cogitat quid paruulo hic & nunc opus sit, illaque mox anticipando & fletum eius præueniendo subministrat: Et ad hunc sensum communis nostræ translatio satis accedit, si more antiquorum opinione Latinè loquentium per benignitatem intelligamus liberalitatem & promptitudinem ad succurrendum

alteri  
Cic  
tibus,  
illa las  
quang  
lunt as,  
tur.

Ho  
& Era  
manf

Pra

per Gr

tur, vt

abiqu

meriti

enim

suum

nefa c

quæ d

cit ear

undar

sollici

gear :

tos m

docer

intenti

conu

Al

hum,

terna

aman

ni fat

amor

ribus

dicer

praag

eum

nius.

alte

alteri, siue seruitio siue pecunijs.

Cicero l. 2. de officijs: *Aut opera benignè sit indigentibus, aut pecunia facilius est hac, locupletius præsertim; sed illa lautior & splendidior, & viro forti, clarèq; dignior: quanquam enim in utroq; inest gratificandi liberalis voluntas; tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur.*

Horatius l. 2. Sermon. Satyr. 2. *Quippè benignus erat,* & Erasmus aliquando irridet abutentes hac voce pro mansuetudine.

Præterea vox hebræa *Hannum*, latinè potest reddi per *Gratuitus*, cui mercenarius & conductus opponitur, ut significetur Christum omnia pro nobis facere absque spe alicuius recompensæ, aut intuitu alicuius meriti præcedentis: *Gratis accepistis, gratis date: Qui enim verè liberalis & benignus dici volet, lucrum suum respicere non debet, sed honestatem; nam benefacere alicui ob merita præterita vel futura rustica quædam beneficentia est; sic Agricola terræ benefacit eam stercorendo & excolendo, aut quia fruges abundantantes tulit, aut quia prolaturam sperat: Si villica sollicitè vaccas pascit ut multam lactis copiam emulgeat: Si porcos suos saginat subulcus ut impinguitos mactet: Christus autem donat, condonat, sanat, docet, pro nobis moritur purè gratuito, nullo modo intentionis oculum ad merita præterita vel futura conuertens. O plenum misericordia!*

*Benignus, benignus.*

Altera dictio est *Misericors*, & in textu hebræo *Rahum*, quod descendit à radice *Rohhem* & viscera materna significat, quasi dicat, Cordialis & ex visceribus amans: *Per viscera misericordia Dei nostri:* quod Hispani satis proprie exprimunt *entrannable* & *desentraverse* amorem intimum, vehementissimum, & ex ipsis visceribus prodeuntem significantes: & sic Galli etiam dicere possent, *se desentraviller tout à aymer quelq' un* Septuaginta interpretes dicunt *διετίμων* ut significet eum qui dolet & se affligit propter afflictiones alterius.

Tertia

Tertiavox est. *Patiens*, in hebræo Erech, appatim quod ad verbum significat hominem naribus largis, quasi dicat, homo sine cholera, aut cuius ira cito evanescit: nam ut ij quibus angusti sunt pares subito furiosus iræ attrahunt, cito irascuntur, difficulter autem & tardè eos efflant per reconciliationem: ita è contra, qui largis naribus sunt præditi, tardius iram concipiunt, facilius efflant, & quam citissimè reconciliari conquescent. Voluit itaque Propheta hac phrasè innuere quod in Deo sit excellens patientia, magna longanimitas, longa dissimulatio super peccatis hominum,

*Psal. 102.*

*Longanimis & multum misericors.*

*Isai. 42.*

*Non erit tristis, neque turbulentus.*

*Quid.*

*Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox.*

*Ephes. 2.*

*Ad iram tardus*, vertit Castalio: Vatablus autem & alius quidam *longanimus*. Græca habent *μακροθυμος*, id est, *leni animo, minimeq; celer ad vindictam*, ut explicat Erasimus in concione quadam de Misericordia Domini.

Quarta dictio erat. *Et multa misericordia*, græcè πολυδιδος, qui sæpè elemosynas facit, quod exprimit Paulus, *Dives in misericordia*; idemque insinuat David cum orat,

*Psal. 50.*

*Secundum multitudinem miserationum tuarum delinquentiam meam.*

Ultima dictio erat, *Præstabilis super malitia*, quod in Hebræo propriè est, *Consolabilis super malum*: videlicet significetur anima facillima ad reconciliandum, benignissima, & quæ facile excludat odium, minas seponat, omnemq; nocendi conatum aut cogitatum. Septuaginta verunt, *μετανοών*, id est, *Pœnitens*. Vatablus bene admodum, *Qui pœnitentia ducitur super malo*: & alius, *& pœnitens super malum*, id est, qui facile mutat decretum suum quo propter peccata nostra punire decreuerat, modo ad meliorem mentem redeam. *Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris mutare delictum*, inquit S. Ambrosius: adeoque tota Scriptura sacra plena est huiusmodi Dei pœnitentia & decreti quasi retractatione: quale decretum inter cetera fuit

fuit illud Niniuitis per os Ionæ promulgatum, *Adhuc  
quadraginta dies & Niniue subuertetur.*

Oportet itaque vt Spiritus sanctus, insignis ille sta-  
tuarius & Architectus humanitatis Christi fecerit  
hunc hominem Deum in sua Incarnatione secundum  
similem regulam & prototypum, qualem ipse per Ioe-  
lem Prophetam iam diu antea delinearat; ne structu-  
ra à suo prototypo discreparet; aut veritas figura &  
præfens promissio contra Dei ordinarium plus dan-  
tis quam promittentis esset minor:

*Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.*

Fuit itaque Christus talis; adeoque facile creditur,  
quod viso Prodigio, Publicanis & alijs peccatoribus  
ad Christum appropinquantibus, *& misericordia mo-  
tus est.*

Ita, ita oportuit Auditores mundum Dei rigorem  
perhorrentem præclara aliqua fiducia de eius boni-  
tate & clementia delinire,

*Qui caput è cæli regionibus ostendebat,*

*Horribili super ad aspectu mortalibus instans.*

Lucretius l. i.

Lucret. l. i.

*Velut pueris absynthia tetra medentes,  
Cum dare conantur, prius oras pocula circum  
Contingunt mellis dulci flavoq; liquore;  
Vt puerorum ætas improvida ludificetur,  
Laborum tenus, interea perpotet amarum  
Absynthi laticem, deceptaq; non capiatur,  
Sed potius tali ractu recreata valescat.*

Quid! ergone Deus misericors? imò nisi Iesus-  
Christus visibiliter in hunc mundum venisset, nun-  
quam iustitia perfecta & omnibus partibus absoluta  
fuisset: Misericordia enim duas condiciones quasi es-  
sentialia inuoluit; vna est compassio, quæ cortan-  
git, & viscera commouet, iuxta illud Isidori supra di-  
ctum,

*Hinc est appellata misericordia, quod miserum cor faciat,  
dolens de alia miseria: Altera subuentionis & auxiliij  
præstiti miseris conditio est; compassio enim sine  
subuentione manca, imperfecta, & claudicans mise-  
ricor-*

meritoria est: sicut & Subuentio sine compassione misericordem non facit; adeo in nullo neque in Deo ante Incarnationem, neque in Angelo, neque in homine perfecta & omnibus numeris absoluta misericordia fuit: Non in Deo, nec Angelis, quia cum incorporei sint, & corde ac visceribus careant, capaces non sunt illius partis misericordiae quae compassio dicitur, seu sensus cordialis passionum & miseriarum alterius, sed solam habent Subuentionem: Neque etiam in homine, ut enim quis perfecte subueniat alteri, quod ad misericordiam requiritur, necesse est, ut quis omnibus miseriarum remedia, omnibus morbis efficaciam pharmaca adhibere queat, & se potissimum ab omni miseria immunem reddere, quis enim alteri conferet quod ipsemet non habet? Auis Philosophorum Aristoteles dicit: *Quod qui ex toto perierunt non misereantur*, idque ut

*Arist. 2.* *Reth. c. 8.* declarat S. Thomas, quia circa suas passiones ita occupantur ut alienas non considerent, adeoque miraculo  
*Tho. 2. 2.* cupantur ut alienas non considerent, adeoque miraculo  
*q. 30. a. 2.* proximū est quod diues epulo Euangelicus infernalibus flammis immerfus de quinque suis fratribus sollicitus fuerit; nam stupor quidam ita miserorum mentem absorbet, ut tanquam fulmine icti de alijs nihil cogitent: Quid autem homine impotentius: ubi aequae ac in homine exigua est succurrendi proximo in omnibus facultas:

*Iuuen.* *Satyr. 3.* *Isai. 28.* *Matt. 25.* *Terent. in Andria Scen. 1.*

*Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat Res angusta domi.*

*Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue utrumque operire non potest*

*Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius aduententes & emite vobis.*

*Neque pol. consilij locum habeo, neque auxilij copiam.*

Deinde exiguum posse hominum neque omnibus, neque pro singulis v. cibis sufficit; nam ut inquit quidam prudens Paterfamilias, *Largitio qua fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit & ita benignitas tollitur, qua quo in plures usus sis eo minus multos vti possis: Quod sane Deo non euenit, qui est inexhaustus Oceanus omnium bonorum, qui*

quant  
tatur,

On

Iterum

parem

posse

& nar

lans,

li, pop

Sec

sagit

miser

Homo

miseri

miser

sione

maxi

oppr

finan

To

Et

nian

ve om

ties a

test h

eit; S

curta

cotid

semp

Ass

niet.

Et

Miser

quantum eunq; largiatur nunquam tamen depauperatur, nam vt pueri norunt,

*Omnia dat Dominus, non habet inde minus.*

Iterum, Quid est homine post peccatum primorum parentum miserabilius, magisue perditum? sanè dici possit abortus & nothus mundi, cui Deus vitricus sit & natura nouerca, diligentius mala malis accumulans quam Iuno implacabilis aut Eurystheus Herculi, populoue Troiano.

*Finis alterius mali*

*Seneca in*

*Gradus est futuri: protinus reduci*

*Hercule*

*Nonus paratur hostis; antequam letam domum*

*fuere.*

*Contingat aliud iussu ad bellum meat:*

*Nec ulla requies, tempus aut ullum datur*

*Nisi dum iubetur.*

Scopus est in quem morbi, miseriæ, & infortunia sagittas suas contorquent! Verè hominem sentinam miseriæ, & malorum omnium Hospitale dixeris, *Homo natus de muliere, breui viuens tēpore, repletur multis miserijs.* Si ergo is, quem alios iuuare oportebat, ipse miser est & impotens, quomodo circa alios compassionē mouebitur, eisq; subueniet? propriæ miseriæ maximæ & frequentissimæ tanta sollicitudine ipsum oppressam tenent, vix leuiter de alijs cogitare eum suant & compati.

*Tot me impediunt cura, qua meum animum diuersè trahunt.*

*Terent. in*

*Andria*

*Act. 1.*

*Scen. 5.*

Et quamuis quidam aliquibus aliquando compatiuntur; exigua tamen ipsorum facultates non sinūt vt omnibus & quoties libuerit subueniant, aut quoties alijs necessarium fuerit: Interim homo plus potest habere compassionis cuius Deus propriè incapax est; Subuentionis verò admodū parū quia domi suæ curta admodum est supellex; & sic humana misericordia infinitè minor est quam Dei, cum Deo omnia semper suppetant, quibus miseris subueniat.

*Affectus in homine, sed effectus misericordiae, in Deo euertit.*

Et sic autē Incarnationē filij Dei in nullo perfecta Misericordia reperiebatur.

Quid

Quid ergo? Ut completa misericordia daretur, necessarium erat, ut in Deo reperiretur & compassio proprie, & Subventio, Affectus scilicet simul & effectus: & ut homo similiter haberet & affectum miserendi & subveniendi effectum

Filius Dei itaque Incarnatus & homo factus est, & sic homo communicavit Deo, quod habuit, compassionem scilicet & miserendi facultatem, & Deus vicissim homini sua communia esse voluit, videlicet Subventionem, & omnibus succurrendi potestatem: omnia in communem massam coniecta sunt, ac dicere licebat cum Terentio: *Symbolum dedit; ne in symboli veniremus*, ut alius ait. & Plato; *Accommodabimus unum uni, quocumque egere maxime videatur, symbolum*, id est, *coniecta faciemus*: quae omnia per inexplicabilem communicationem idiomaticam facta sunt; ex quo tandem resultavit *Ille homo qui dicitur Iesus*, id est, Homo Deus factus est perfecte misericors, ut homo habens veram compassionem, & in corde ac visceribus sensum miseriarum nostrarum.

*Homo sum, humani nihil a me alienum puto.* ut Deus potestatem habens omnibus miseris subveniendi.

*Psal. 62. Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Hinc aliquando clamabat.

*Matt. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* A deo que ubique misericordia motus est, ubique miseris subvenit, *Pertransiit benefaciendo & sanando omnes.*

*Act. 10.*

Deinde, Equum est credere Christum magis misericordem fuisse, quam quivis homo imaginari possit; quia omnibus, tam singulis, quam simul sumptis perfectior fuit: Ex quo tale argumentum concludo, Quicquid est perfectissimum in suo genere & inter sebi similia, perfectissime habet id quod est pulcherrimum in illo genere: verbi gratia, Demosthenes princeps Oratorum inter Græcos & Cicero inter Latinos, in præcipuo Oratorum ornamento, Actione inquam, sine dubio excelluerunt: & Pictorum Corinphæus

*Terent. in And. Gellius li. 6 Noct. Plato in Cratilo. Ioan. 9.*

phæus  
uum c  
decus  
miseri  
  
Et a  
res eli  
num.  
  
& Iesu  
natur  
Fui  
curre  
Deus  
mus an  
jampor  
dia mo  
  
Mi  
fator  
vt Ho  
Qu  
uator  
mus?  
tium  
omni  
nostra  
nim E  
nem a  
fectus  
in ad  
eis pe  
bos c  
homi  
Petrus  
fond

phæus Apelles hoc potissimum excelluit, quod ad vi-  
uum omnia repræsentaret: Sed hominis proprium  
decus est, ex quo nomen sortitur humanitas, bonitas,  
misericordia,

*Homo ab humanitate dicitur.*

*Conueniens hominum est, hominem seruare vo-  
luptas.*

Et absque hac syluestribus feris paulò præstantio-  
res essemus, nam vt aiebat Alphonsus Rex Arago-  
num.

*Hominum clementia, belluarum feritas propria* *Panor. l. 2.*  
*est.* *de Gestis*

& Iesus-Christus perfectissimus homo fuit, & totius  
naturæ humanæ decus ac delitiæ. *Alphon.*

Fuit itaq; humanitate ac naturali bonitate ad suc-  
currendum proximis præ omnibus præditus, & prout  
Deus omnipotens ad subueniendum, verè *Ferentia-  
nus amicus*, de quo Ecclesia dicit, *Deus cui proprium est  
semper miseri & parcere*, & textus noster, *Et misericor-  
dia motus est*: & Psalmista:

*Misericors & miserator Dominus.*

*Psal. 100.*

Misericors & plenus compassione, vt homo; mise-  
rator & ad succurrendū potens, vt Deus; vtrumque,  
vt Homo Deus.

Quid: audito solo dulci nomine Iesu, id est, Sal-  
uator, quid præter misericordiam imaginari poterim-  
us: Si nobis insonet *Euangelium*, quod bonum nū-  
tium significat; læta noua; *Prædicare euangelium*  
*omni creatura*; non nisi summè bonus & felicitatis *Marc. 16.*  
nostræ amantissimus apprehendi poterit. Sciant e-  
nim Euangelia historijs, quæ cordis eius teneritudi-  
nem ac compassionem doceant, passimque etiam ef-  
fectus misericordiæ eius repræsentent; nunc fæminæ  
in adulterio deprehensæ patrocinator, aut peccatri-  
cis pedibus ipsius aduolutæ causam agit; tunc mor-  
bos curat, mortuos ad vitam reuocat; nunc aliquot  
hominum millia fame laborantia pascit; tunc S.  
Petrum vt septuagies septies in se peccanti fratri  
condonet inducit: Aded, vt qui de eius misericor-  
dia

dia desperat, quamuis hora vndecima aut sub ipsa  
vesperam ad vineam vocatus sit, eo ipso ostendat,  
quod nondum Iesum-Christum probè nouerit, &  
quod non sufficienter credat ipsum perfectissimè  
Hominem Deum esse, ex summè bona Matre, & in-  
finito bono Patre, secundum vtramque naturam  
progenitum: Si enim quispiam eum perfectè nosset,  
nunquam in desperationem incidere posset; semper  
enim ei succurreret.

*Maiores est eius misericordia quam iniquitas tua.  
Facile placatur, qui nolens ulciscitur.*

Itaque amici Auditores in omnibus nostris mis-  
erijs, peccatis & aduersitatibus speremus in hunc bo-  
num bonorum; nec ipsos nos abiciamus, sed affi-  
duo cogitemus agendum nobis esse eum optime  
Domino, &c.

*Bonum habemus Dominum, dicit Ambrosius.*

## CONCIO OCTAVA.

*Græc.* Thema.  $\chi\alpha\iota\tau\omicron\pi\lambda\alpha\gamma\chi\iota\sigma\theta\eta$ .  
*Vulgata.* Et misericordia motus est.  
*Syriaca.* Et misertus est eius.

Facta repetitione more consueto,

*I. Cur Deus dicatur & credatur magis mis-  
ericors, quam iustus?*  
*II. Quomodo explicanda sint Scripturae que di-  
cunt Deum esse magis misericordem, quam  
iustum.*

I.  
**CVR DEVS DICATUR ET  
credatur magis misericors,  
quam iustus?**

Quam-

Q Vamuis, amici Auditores, Deus in infinitum magis misericors sit, quã eũ vobis depinximus, aut quisquã nostrum imaginari possit; credere tamen oportet eum esse æqualiter iustum ac misericordem, cum omnes virtutes Dei æqualiter infinitæ sint, utpote eidem essentiæ diuinæ omnimodo identificatæ; nam ut axioma Scholæ habet, *Infinium propter suam infinitatẽ, identificat sibi quodcunq; compossibile.* Nolo hic disputationem illã ingredi, quæ inter duos magni nominis authores aliquando orta est, Thomã scilicet Waldensem Anglum, & Michaelem de Palatio Hispanum, & quod materiã adeo intricatam & speciosam manus meæ absq; chyrotheis pertractandaã horreant, fugiantq;e; sitq; eibus palatis vestris insipidus & stomachis ad dirigendum nimis durus, utpote qui facilioris digestionis cibus melioris succi & nutritionis, pani scilicet & lacti, assueveritis; hæc autem questio tã intricata est ut mereatur potius in Sorbona aliqua inter Thomistas & Scotistas ventilari qua corã rudi populo è cathedra tractari. Exponam itaq; tãtummodo cur vulgò dicatur Deus magis misericors, quam Iustus, simulq; aliquot Scripturę testimonia hoc ipsum insinuantia exponam; ut illud Psal-

Thom.  
VVald. l. 6.  
de Sac.  
c. 153.

*Miserationes eius super omnia opera eius;* aut ut Vatablus legit: *Misericordia eius superat omnia opera ipsius.*

& illud Iacobi. *Superexaltat misericordia iudicium,* aut iuxta Vatablum. *Gloriatur misericordia aduersus iudicium;* aut ut Erasmus legit, *Exultat aduersus iudicium veluti victrix;* vel ut alius quidam interpretes, *Gloriatur misericordia aduersus damnationem.*

Et illud Apocalypis, *De ore eius gladius ex utraq; parte acutus exibat.* & habebat in dextra sua stellas septem.

Hic septem stellæ gratiam & misericordiã Dei erga homines significant, gladius Iustitiam, septem itaq; stellæ misericordiæ sunt, iustitiæ gladius vnicus, illeque tantum in ore collocatur, hoc est, rigor Iustitiæ

diuinæ ei solum in labijs est, verba eius terribilia sunt & minis plena, fulmina & tonitrua homines penè metu exanimantia sunt; vt Æthna ore suo ignem flammamque vomit:

*Fulgura vera tua sunt vera tonitura voces*

*2. Cor. 11.* Sed sæpè tantum verba & voces sunt, & Panicei rores: quoniam quidem, inquit, epistola graues sunt & fortes; presentia autem corporis infirma: Alti clamat, non tamen mox ferit; omnis eius ira in spumam desinit & in fumos abit. Sed gratia eius in dextra manu collocatur, quo significatur, quod Deus semper promptus sit, & quasi prorsus paratus ad præstandam misericordiam, adeoque nobis manum hanc offerre antequam promiserit multum. Multum & alti clamat, sed vindictæ manum in sinu adhuc cohibet: Ictum comminatur, sed ne ferendi occasionem habeat, inclinat prius, fugite, fugite antequam sagittam iaculetur.

*Psal. 59.* *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.*

semper vt statua Herculis clauam eleuatam tenet, sed rarius percutit:

*Senec. Trag.*

*Perdunt professa odia vindicta locum.*

Nos tamen è contra pro dolor semper ferè rigore & crudelitatem in manu, benignitatem autem & misericordiã solù in ore gestamus, promittimus nos facturos multa, sæpè, cito, sed prestamus pauca, raro, tardè: pauca comminamur, sed nimium diligenter sumus vt comminationes nostras cum auctuario quicquid citissimè & crudelissimè impleamus. Stellæ nobis in ore sunt, id est, passim nunc hunc, nunc illù Dominum cõpellamus, & dicimus, Totus vester sum, quod placet iube, & interim si quid faciendum manibus carimus, aut eas ad subueniendum saltem non extendimus. In negotia autem crudelitatis & vindictæ vix comminationis gladius de ore exiit, quin ipsa manus vindictæ subsequatur. Si quis leui iniuria aut contumelia nos irriter, mox ad arma profilimus, & euaginatù gladium in pectore aut collo proximi condere non veremur: Imò ira vehemens antequam comminatur, vindicat.

*Senec.*

*Statim in foribus peccatum aderit: Et septuplum ultio Genes. 4.  
Abitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies.*

O quam longè à naturali bonitate capitis nostri Iesu-Christi absumus! Sed ulterius progrediamur & propositas difficultates elucidemus,

Quod itaq; dictis & similibus Scripturæ locis Deus dicatur magis Misericors quam Iustus est.

\* 1. quia Deus sapius exercet opera misericordiæ, quam iustitiæ, pluresque effectus producit qui eius dulcorem quam qui rigorem sapiunt, non autè quia vnum attributum realiter sit maius altero: *Familia- Michael  
rius est natura diuina Misericordia exercitium, quam lu- de Palatio  
silia sua: inquit doctus ille Hispanus; centies enim in Isai.  
vni eidemque misericordiam præstabit antequam se- Tom. 1.  
mel puniat: Septies, octies aut nonies flagellum Decla. 4.  
suum intercedente Moyses, & spem meliorem faciente*

Rege, Deus à dorso Pharaonis retrahit, semel & ipsum & totum exercitum puniuit. Quot iam peccata perpetraverat Dauid antequam flagellum Dei, nunc filij sui rebellionem ex homicidio fraterno & sororis stupro orta, nunc peste in totum populū immissa ipsum castigantis sensit? Quoties Manasses rex peccauerat antequam vltorem Deum experiretur, antequam in bello captus, compedibus & catenis oneratus in profundum carcerem detrusus est? Quoties ego, quoties vos, quoties nos omnes peccauimus antequam diuinæ Iustitiæ virgā sensimus? Et puto Deū per Prophetam Amos voluisse significare, cum dicit,

*Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non Amos.  
conuertam eum:*

*Ibid. Super tribus sceleribus Gaza, & super quatuor  
non conuertam eum.*

*Ibid. Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor  
non conuertam eum.*

*Ibid. Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor  
non conuertam eum.*

*Ibid. Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & su-  
per quatuor non conuertam eum.*

*Et c. z. Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor  
non conuertam eum. Ibid.*

Ibid. *Super tribus sceleribus Iuda, & super quantum non conuertam eum.*

Ibid. *Super tribus sceleribus Israel, & super quantum non conuertam eum.*

Nam ut dicitur Iob. 33. *Ecce haec omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, ut reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet eos in luce uiuentium.* Sensus enim dictarum locutionum hic est, Propter septem peccata, aut propter infinitam multitudinem peccatorum (quod phrasia hebraica innuit) Damasci, Gaza, &c. furori meo habenas laxabo, nec illis amplius peccam, quasi dicat. Si secundò aut tertio me suis peccatis offendissent, gratiam adhuc ipsis fecissem; nunc autem cum peccandi consuetudinem fecerint, montem monti, peccatum peccato accumulauerint, malum cogitandi, volendi & faciendi habitum induerint, de peccatis etiam se iactauerint, adeoque ad summam malitiæ gradum deuenierint, omnia eorum peccata unico furore puniam.

Amici Auditores, Ah! Si Deus toties puniret homines quoties peccant, quid futurum putatis? non dicam quod quidam Gentilis,

Ouid. l. 2. *Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, ex quo tempore inermis erit.*

Non, non: Sed potius mundus breui tempore hominibus euacuaretur, aut ipsis pro inferno assignaretur; *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine qui sustinebit.* Certè Paradisus desereretur & Inferni portia dilatanda essept. Ah! quam miserè nobiscum ageretur si Deus vel millesimum peccatum mox puniret quam infelices effemus? Facit Deus Iustitiam, sed rarius; exercet misericordiam, sed in millibus. Tamen raro Iustitiam vindicatiuam exercet ut gladius eius plane erugine oblitus videatur, & quod inuisi amplius non sit, quasi ad faciendum opus Dei alienum spectans; unde Propheta ait: *Dominus irascetur ut faciat opus suum, alienum opus eius ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo, seu insolitum & insuetum: quasi dicat, Actus Iustitiæ proprius est Deo, quippe*

Isai. c. 23.

qui g  
tendi  
que el  
cir; fec  
uirus  
exiger  
suam  
Iustu  
nem  
serico  
serico  
\* 2.  
(vt de  
reliq  
quia e  
prære  
Dei pl  
E c  
parte  
nim p  
alibi d  
stat et  
tum;  
sunt.  
Vbi  
Qu  
st ran  
aduer  
uentu  
oppo  
gracia  
conu  
num  
rem o  
ter  
li mon  
sum  
tie.

qui gladium Iustitiæ super vniuersum mundum extendit, & à quo omnis alia iustitia derivatur; eius itaque est exercere iustitiam, quod & suo tempore facit; sed opus est, quod rarius exercet, & quod tam iniustus facit, ut nisi hoc summa & prima eius Iustitia exigeret nunquam facturus esset. Misericordiam suam extendit in mille generationes; rigorem autem Iustitiæ suæ solum in tertiam & quartam generationem. Quia itaque Deus sæpissimè exercet actus Misericordiæ, & rarius Iustitiæ, dicitur Deus magis Misericors, quam iustus.

\* 2. Deus dicitur magis Misericors quam Iustus (ut docet doctus ille Minorita Alexander Halensis reliquorum Doctorum Scholasticorum fons viuus) quia effectus quem misericordia Dei producit non prærequirit meritum aliquod in nobis, sed sufficit Dei placitum & bona voluntas:

*Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.*

E contra autem effectus diuinæ Iustitiæ semper ex parte nostra aliquod demeritum supponit, neque enim prius Deus est vindex quam homo peccator, ut alibi docet Augustinus; misericordiam tamen præstat etiam illis in quibus nulla est dispositio aut meritum; imò quibus dispositiones in contrarium insunt.

*Vbi abundauit delictum, super abundauit & gratia.*

Quid fecerat Paulus, aut quod eius meritum erat ut tantis gratijs à Deo præueniretur? quæ potius ex aduerso erant eius peccata & demerita? Aduersus ventum & æstum luctabatur, directè diuinæ gratiæ se opponebat, etiam tunc cum primam & principalem gratiam à Deo accepit; etiam tunc cum Deus ipsum conuertit & ex rapido lupo ouilis sui mansuetum agnum fecit, & persecutorem Ecclesiæ eius defenso-rem constituit: nam, ut inquit Augustinus, *Nolentes & reluclantes Deus conuertit, sicut in exemplo Pauli monstrauit, quem tunc conuertit, quando erat in summo ardore persecutionis insanans, & contrarius gratiæ.*

*Aug. contra duas Epist. Pelagij.*

Non enim Deus nos loco seruorum habet, nobiscum agit sicut illi Domini apud Iuuenalem, qui rogati, & moniti,

*Iuuen.*

*Sat. 6.*

*meruit quo crimine seruus  
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi  
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa,  
ut gemini Dionysij, id est, perfecti Tyranni respondere  
O demens! ita seruus homo? Nil fecerit, esto;  
Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.*

*Joan. 19.*

*aut sicut Pilatus,  
An nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?  
Ius vite & mortis.*

Non, non, bonus noster Deus haud ita nobiscum agit: non punit nos aut damnat idem solum quia peccet, sed propter nostra mala merita, sed benefacit nobis, idque saepissime absque ullis nostris meritis, imò etiam existens in nobis multis demeritis; sic enim nos creauit cum nihil meriti essemus, aut nõdum existentes mereri potuissemus; recreauit autem cum damnari meruissemus.

*Rom. 5.*

*Cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. & Cassiodor. in illud Psalmi, Misericors & misericors; Misericors est cum eruat, quia nullis beneficijs prouocatur, ut praestet; Misericors est, cum res cadentes sua pietate reconstruit. Bone Deus? An panem quem comedimus meremur? Peccator, inquit Augustinus, indignus est pane quem comedit, imò & micis quae cadunt de mensa bonorum virorum; & tamen bonus noster Deus solem suum oriri facit super bonos & malos, ut utrisque panem quotidianum largiatur; imò malis subinde abundantius carnem addens & vinum.*

*Iob 17.*

*Luc. 15.*

*Abundant tabernacula praedonum,  
Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus. Et quid miraris? misericors est & merita non respicit; Misericordia non causam, sed fortunam spectat. Si quis ergo nondum Dei misericordiam agnoscit, & aurenas in oculis, & auribus pulicem habet; An oculi eius nequam est, quia ego bonus sum?*

*Senec. l. 2.*

*de Clem.*

*cap. 5.*

\* 1. quia

3. quia Deus etiam cum rigidissimam Iustitiam exercet, verbi gratia, in inferno erga damnatos semper aliqua misericordia vritur, sicuti etiam cum beatos in cælo remunerat,

*Quoniam misericordia tua edificabitur in calis.*

Nam felicibus illis animabus perpetuis cæli ciuibus Deus plus reddit, quam merebantur; plus colligunt quàm seminauerant, idque supra condignum, vt loquitur scholæ. Ne putate, Auditores amici, beatissimam Virginem, quantumcunque sanctitate & virtutibus emicuerit, non habere maiorem gloriam quam merita eius postulent: Si habeat coronam de rosas purpureis rubeam propter increuentum martirium, quod pertulit; & albis liliis candidam propter virginitatem, quam seruauit,

*Qui coronam in persecutione purpuream pro passione donauit: ipse in pace uiuentibus pro Iustitia meritis dabit candidam:*

imò si mille aliis coronis pro mille aliis virtutibus ornaretur: si *Sertiis* & floribus eius, nec rosa, nec lilia desint; putasne hæc gloriæ eius suffectura? Non, non infinitas alias diuina bonitas superaddit, misericordia effundit.

*Gloria & honore coronasti eum Domine.*

*Scuto bona voluntatis tua coronasti eum:*

Rom 8.

*Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis.*

*Quod in presenti est momentaneum & leue tribulatio nostra, supra modum in sublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis.* 2. Cor. 4.

Qua proportio inter momentum & æternitatem? inter puerorum crepundia & pretiosissimas gemmas? inter terrestria & cælestia? Vt Reges militibus subinde præterea stipendia persoluta congiarium & donarium præbere solent, idem Deus militibus suis qui fideliter certarunt, facit: Satis hoc indicat Parabola de uinitoribus, nam & illis qui hora vdecima conducti bona fide absque vlllo pacto in vineam abierāt, æquè denarius diurnus datus est, ac illis qui totum diem

P 5 dicem

diem laborantes pondus & æstum diei pertulerunt ac de denario diurno cōuenierant, adeo ut hi illis hoc inuiderent: aut enim hi posteriores ultra sua merita ex benignitate & liberalitate Patrisfamilias honorati sunt, aut posterioribus nimis parum persolutum est: quod tamen credibile non est, cū tam liberaliter fuerit erga eos qui hora una cum iam calores Solis cessassent laborarant, & verisimile non sit eū primis iniuste æquum laboris præmium accidisse, qui pondus diei & æstus portauerant, ut se aliis liberaliter probaret, Petrum spolians ut Paulum vestiaret, & filium in conspectu parentis immolans; qua enim fronte primis obmurmurantibus, respondisset, *An oculus inuicquam est, quia ego bonus sum*, maxime cum tam bona conscientie fuisse describatur, ut illis quos hora tertia conduxerat, & in vineam miserat dicens, *Quod iustum fuerit dabo vobis*, etiam denarium numerari iussit; qui, ut computat Hesselius, sumpta proportione à denariis qui Iuda numerati sunt, quatuordecim solidos seu asses, quod diurni laboris honestum præmium est, vnde dicitur. Denarius diurnus: Ex denario diurno cōuenisti mecum: Deniq; quia tã exactè sit persoluit stipendium, ut ipso vesperi in parata pecunia id ipsis numeratum sit, ex quo Patresfamilias & alii discant illis exactè satisfacere quorū opera vtuntur, ne merces operario denegata in cælum contra eos clamet. Si ergo primi & qui cum Patrefamilias ex denario diurno conuenierant iustam mercedem perceperunt, quamvis duodecim horas laborarint, sine dubio multum ultra quam meruerant acceperunt illi, qui cum horulam solam & quasi in vbra commodè laborassent, etiam ipsi denarium acceperunt: Quæ omnia parabolicè dicta sunt de mercede æterna, quam Deus electis suis, retribuet. Deus ergo ultra condignum merita nostra remunerat.

Sed quid ad probandum verba multiplicos? Ipsa Veritas dicit quod qui propter Christum reliquerunt omnia, contuplū recipient & vitam æternam posside-

Matt. 20.

bunt; in quem locum Hieron. ita scribit, Sensus iste est; *Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet; quæ comparatione & merito sibi ita erunt, quasi in Matt. sparuo numero centenarius numerus comparatur.* Hier. li. 9.

Sed in inferno quid? Itane Deus ibidem misericordiam suam exercet? Itane in Tragico illo pegmate ubi cruenta Dei Iustitia exercetur, etiam clementiæ eius aliquis locus relinquitur? Ita Auditores mei, ira: nam miseros illos damnatos circa condignum punit:

\* 1. Quia corpora, quæ ad omnes voluptates & nequitias animabus indiuidui socij & coadiutores fuerunt, nondum ipsis in pænis & suppliciis associantur, sed æquè ac beatorum corpora in suis sepulchris pacificè conquiescunt.

\* 2. Quia ea post mortem mox in nihilum non redigat.

\* 3. Quia ita pœnas moderatur & vim patienti attemperat, ut patientis totalem destructionem non causet, & immortalia in voracibus illis flammis conseruet: Et quamuis Origenes asserere ausus fuerit, animas, etiam damnatas, quamuis tardè tamè aliquando saluandas; falsum tamen id est & à tota ecclesia ei contradicitur. Et quis certè scit an non fortè Deus animas damnatas sinat in errore Originis versari, & se hac falsa spe lactare, quod Deus aliquando ipsarum miserebitur? In hoc enim & tormentum haberent & solatium: tormentum quia semper in incertum sperare & nunquam ad rē optatam pertinere maxima molestia est, nam *Spes, quæ differitur affligit animam*: Solatium, quia spes præsentis mali vehementiam minuit, & *spes alit agricolas*. Quis hæc nobis certo asseret? Sed quia hic conceptus planè nouus est & errori Originis innititur, nolo eum asserere; sed tam illum, quam me ipsum Ecclesiæ iudicio submitto. Interim verò hoc certò fit etiã dånatis Deū aliquam misericordiam impendere eum eorum peccata citra condignū punit; adèd ut etiam ipsi dicere possint

Posint: *Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.*

*Psal. 102.*

*Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia*

*Rom. 5.*

Communis opinio est, quod quando Deus aliqui prematura morte abripit, aut in vere iuuentutis seculo aut in perfecta ætate virilis ætatis, sicuti puerum illum blasphemum quinque annorum ex vlnis patris a damone auferri permisit, aut iuuenes Sodomæ & Gomorræ vna cum suis vrbibus cœlesti fulmine absumpsit; aut paruulos & iuuenes aquis Diluuii inuoluit, magnam ipsis gratiam & misericordiam præstet: Et cur, quia præoccupat malitiam futuram in paruulis innocentibus; in adultis desperatam malitiam iam iam se diffusuram in herba opprimit, & hoc factum facit, vt subita morte præuenti, plura mala mala non accumularent, cum iam de emendatione ipsorum conclamarum, vt sic saltem grauiora tormenta eundant. Vti laurus & oliua astate ac hyeme virent, & sol bonis malisque lucet; ita splendida Dei misericordia tam reprobos quam iustos illuminat.

*Greg in Dial.*

\* 4. quia quicquid Deus non est, quicquid facimus, aut quodcūque meremur, id de seote misericordia & non Iustitiæ prodit. Gloria & corona quam in cœlis adipisci speramus, post hostes deuictos & certamen consummatum magis a Misericordia, quam Iustitia præsto sit, & ei æquum videatur, vt miles victor in patriam rediens iuxta promissum à diuina Maiestate factum coronetur; tamen Iustitia non haberet quod coronaret, aut cui mercedē redderet, nisi primum Deus sua misericordia & gratia nos in hunc mundum introduxisset, nisi per sonitum tubæ ad nomina militiæ suæ danda conuocasset, id est, nisi euāgelium suum auribus nostris inculcasset, *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit nisi nobis inspirasset animum quo desideraremus catalogo militū eius ascribi; nisi nos in Armilustro vt idoneos ad pugnandum admisisset, suos incitando ad bellum solent, non terrenum castrum aliquod aut oppidum, sed ipsam Regnum cœlorum vincant.*

bus de  
galea  
nos T  
illum  
probē

nisi  
ser; ni  
talliet  
mata  
nisi la  
quia I  
nisi de  
pē eri  
innia  
in cœ  
sua m  
præter  
obtinē

Nisi e  
adiuu  
nihil h  
putam  
meteb  
quos  
tepon  
cillet,  
Alias e

Sic  
intere  
Dici  
praclar  
opera n

bus decreuisset, nisi nos omni armorū genere, hasta, galea, gladio, seuto, thorace, clipeo exornasset; nisi nos Tyrones & inexpertos milites aduersus vstrum illum & veteranum militem ordinatis agminibus & probè instructa acie eduxisset.

*Deus qui doces manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum.* Psal. 17.

nisi nobis omnia Dæmonis stratagemata manifestasset; nisi posuisset, vt arcum arcum brachia mea, dilatasset gressus meus subtus me, & non fuissent infirmata vestigia mea; nisi ipse plurimos ictus auertisset; nisi lapso erexisset; *Iustus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.*

nisi denique & nobiscum, per nos, & in nobis, & sæpè etiam sine nobis plurima facta essent: *Domine omnia opera nostra operatus es in nobis.* Iustitia Dei in cælis nihil aliud coronat, quam dona sua, quæ pro sua misericordia nobis largitus est; nihil remunerat præter victorias, quas auxilio gratiæ ipsius adiuti obtinuimus;

*Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.*

Nisi enim donum gratiæ diuinæ nos præuenisset, adiuuisset, & vsque ad finem nobiscum perleuerasset, nihil horum perficere potuissemus. Imò cum, quæ putamus, facta heroica executi fuimus, sanè non merebuntur illas laureolas, illos triumphos Paradisi, quos eis diuina iustitia vt Theauraria seu Quæstor reponit, nisi prius diuina misericordia lapida ea effecisset, & sapore, sale ac iure suæ gratiæ condidisset; Alias enim,

*Omnes iustitia nostra tanquam pannus menstruatus: adeoque orat ecclesia:* Isai 64.

*Qui tibi sine te placere non possumus.* Domin.

Sic Python sapius laudatus quod Regem Cotym interemisset, modeste respondit. 18 post Pentec.

*Diis habenda est gratia, quibus authoribus hoc facinus præclare gestum est: nam ipse nihil aliud, quam manum & operam meam accommodauit.*

Non

*Psal. 113.  
Sequent.  
in missa  
Deiunt.*

*Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da  
gloriam,*

*Qui saluandos saluas gratis,  
Salua me fons pietatis.*

\* Vltimo denique, quia instituendo Sacramentum  
Pœnitentiæ aperuit nobis confistorium & Parlame-  
ntum misericordiæ in hac vita, & non Iustitiæ (salte-  
publicæ) aut rigoris; & sic in figura Moysi præcepit co-  
gere Propitiatorium, Salomoni templum, nobis Ec-  
clesias ad exercendam misericordiam ædificare iustitiam.

*2. Par. 7.*

*Præparabitur in misericordia solium eius.*

*Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem  
eius, qui in loco isto orauerit.*

## II.

### QUOMODO EXPONENDA SINT

*Scriptura, que dicunt Deum magis esse mi-  
sericordem, quam ius-  
tum.*

**V**T autem Scripturis allegatis respõdeam, cum  
eis non significari Deum esse magis Misericordi-  
dè quam iustū, licet id prima fronte appareat  
& aures minus acutæ ita iudicent: Sed sicut non om-  
ne quod splendet est aurum, ita nec omne quod  
nascitur est æs.

Imprimis itaque illud Psalmistæ, *Miserationes tuas  
super omnia opera eius*, significat, quod Deus in omni-  
bus actionibus, quantumuis seueræ & rigide non  
videantur vtatur misericordia. Quod omnia ipsius o-  
pera sint coniuncta, commixta, & conspersa, scilicet  
bonitatis eius; quod misericordia eius extendatur  
supernatet quasi oleum in omnibus creaturis. Et  
sicut nullus est, homo, nullusque mundi angulus, qui  
iam apud ipsos Cymmerios & Antipodas, quos non  
Sol aliquando radio suo visibili illustret & calefaciat.

*Psal. 18.*

*Non est qui se abscondat à calore eius.*

Ira etiam nulla creatura est siue visibilis siue inuisibilis, siue in caelo, siue in terra; neque vlla natio, siue fidelis, siue barbara, super quas inuisibilis ille sol splendidos misericordiae suae radios non direxerit, & etiam nunc dirigat, tam creando, quam conseruando. Solem suum oriri facit super bonos & malos. Homines & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Et hic sensus litteralis simplicissimus, alius autem distortus & coactus, quem sequitur pius ille & doctus minorita Titelmannus in commentario loci dicēs, Misericordia eius non particularis est, vt ad pauculos aliquos tantum se extendat, sed effunditur tanquam generalissima & vniuersalissima super omnia opera, qua fecit ipse. Est enim terra plena misericordia eius, & miseretur omnium, qua fecit, estque misericordia eius super omnem carnem, omnia siquidem opera, qua fecit Deus, miserationes Dei suscipiunt, & veluti in se persentiunt; nulla creatura exers miserationis tuae. An non productio ad esse ex nouesse, & in eodem conseruatio an non magna Dei beneficia sunt: Significat itaque Propheta cum dicit, miserationes eius super omnia opera eius, amplitudinem & infinitatem diuinæ misericordiae quæ se omnibus rebus creatis proportionaliter communicat. Præterea insinuare voluit auctoritatem, quam habet misericordia super reliquas actiones Dei ad extra; sic enim depingitur, vt Architecta, superintendens, magistra & moderatrix reliquarum actionum. Vt n. magni Principes & viri diuitiarum sumptuosum & magnificum aliquod ædificiū (quale erat labyrinthus in Creta, & in nostra Hænonia castrum De Bossu) diligenter & sollicitè valtrū & ingeniosum Dædalum inquirunt, & qui in Architectura versatissimus sit, quem reliquis operariis præficiūt, & nihil præter ipsius iussum & mandatū volūt: Ira Deus regimen & superintendentiam super omnia opera sua misericordiae demandauit, lateri suo eam sociauit, omnia per manus eius expendi voluit, cancellariae diuinæ eā præfecit, omnia eius manu signari & sigillari voluit, miserationes eius super omnia opera

*Psal. 35.*

*Franc. Titel. in com. Psal. 144.*

*opera eius.* Misericordia est magnum sigillum maxime Dei, misericordia est generalis Mraeschallus in regno Dei ut Iosephus quondam in Ægypto, & in omnes virtutes imperi uobinet; misericordia habenas curus Dei moderatur, & ad clauum principis Titrems sedet, *currus Israël & auriga eius.*

Vult dicere Propheta, mox ac Iustitia Dei quendi punire decreuit, accurrit misericordia, & pondus mensuram, modum & tempus pœnæ præscribit. *Cum iratus fueris misericordia recordaberis,* ne se, aut nimia lenitas, aut nimius rigor, aut tēporis productio, aut oportunitas patientē non tantū non emundent, sed & peiorē reddāt. Sic amaritudinē Aloes saccharis dulcori permiscet, ita sagittas diuinæ iræ exacuit ut vulnerato mortem non inferant, sed purgatione & munitione sanguinis & humorum peccantium hominem pristinae sanitati restituant: ita omnibus super attendit & inuigilat, ut etiam pœnas damnatorum moderetur, quos citra condignum, ut loquitur Scholasticus, punit.

Quod autem locum S. Iacobi concernit *Superexaltat Misericordia iudicium*: Dico S. Iacobum ibi loqui non de misericordia Dei, sed nostra, & operibus misericordiæ quæ proximis impendimus; & significat quod opera misericordiæ faciant, ut meritum iudicium Dei non tam seuerē in nos exerceamus, sub quo alias succubuissemus: & hunc intellectum mihi insinuant versio Vatabli, Erasmi & aliorum nam Vatablus habet, *Gloriatur misericordia aduersus iudicium,* & Erasmus, *Exultat aduersus iudicium veluti victrix*: Interpretēs autem Epistolæ Anacleti trātulit, *Superexcellit autem misericordia iudicio.* Imo hæc satis euidenter colligitur ex verbis proximis, *Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam;* & mox subdit, *Superexaltat autē misericordia iudicium,* cum enim immediatē ante de misericordia & operibus misericordiæ humanis locutus esset, etiam hæc immediata sequentia, non de misericordia diuina, sed humana intelligenda sunt, nisi dicamus S. Apostolum

subitò & cum magna obscuritate à boue ad asinum  
transiisse, quod abest: Sensus itaque est quod facias  
opera misericordie proximo suo seuerum alias iudi-  
cem ad misericordiam sit commoturus, propriis eum  
verbis conuincens, ipse enim est qui dixit, *Date elee-  
mosinam, & omnia munda sunt vobis.* & Beati misericor-  
des, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Eodem  
modo mecum hunc locum interpretati sunt multi  
insignes viri. Caiet. in c. 2. Iacobi in illud Superexul-  
tat, &c. Hoc est, *miser cordia eo quod vincit iudicium  
gloriat ur aduersus illud tanquam victrix, significans per  
hoc quod misericordia vincit exactam iustitiam secundum  
merita.*

Tac. Nic. Zegerus Minorita, Scholio in eundem  
locum, *Id est, gloriat ur supra iudicium, & quodammodo  
vincit & excuperat iudicium; ita ut misericordia nostra  
Deum iudicem faciat esse misericordem.*

Eratmus in Notis ab e 2 ep Iacobi, *Sensus est, gloria-  
tur misericordia aduersus iudicium.*

Item in Paraphrasi, *Hoc nomine merito gloriatur mi-  
ser cordia, præferens sese iudicio, quod qui iudicium exper-  
ti fuerant perituri, misericordia beneficio seruantur.*

Laurentius Valla annot. in hunc locum, *Græce est,  
super gloriatur κατὰ τοὺς ἰδίους κριτὸς siue gloriatur  
miser cordia aduersus iudicium, Ariæ Montani linea-  
ris interpretatio, contra gloriatur misericordia iudi-  
cium.*

Est & alia coniectura quæ mihi hanc expositio-  
nem summè probabile reddat, scilicet facilem Ama-  
nuensium lapsum esse, si A pro V, nempe *Super exaltat*  
pro *Super exultat*, nam & S. Augustinus legisse videtur  
Super exultat. & sic hic locus non conuincit, Dei mi-  
ser cordiam propriè loquendo maiorem esse, quam  
sit eius Iustitia.

Verù aliter adhuc responderi potest, S Iacob nihil  
aliud voluisse, quod summa laus humani iudicij aut  
decreti sit misericordia, qui ipsum summopere cõ-  
mendet, & eleuet, *Super exaltat misericordia iudicium,*  
hoc

hoc dicto nobis mutuam compassionem commendans altera quadam ratione, quasi diceret Non loquor vobis consulo ut sitis misericordes & patientes erga inuicem, quia iudicium sine misericordia ei qui misericordiam non fecit; verum etiam quia misericordia superexultat iudicium, id est, quia misericordia quodammodo iudicium commendat; per hanc enim iudicium Dominus quæ semper misericordia obumbrantur & exornantur, Miserationes eius super omnia opera eius id est, inquit Caietanus, nullum diuinum iudicium reproborum caret misericordia aliqua; sed vltimum iudicium reproborum caret misericordia saluatrice eorumdem: Nam beneficentia æque ac veritate homines se Deo similes reddunt, vt ait Pythagoras; atque hic pulcher conceptus est, de quo pluribus agerem nisi meus esset; super quo tamen æquis censoribus & moderatis Aristarchis iudicium permitto; & sic etiam liquet quomodo ex hoc testimonio non sequatur, Deum esse magis misericordem, quam iustum.

Præterea, forte per suum *Superexultat*, voluit Apostolus significare, quod quando Deus in supremo iudicio ad extremum rigorem inclinatur, tunc misericordiam intercedere, & victoribus rationibus Iustitiæ obuiare, eaq; superata eum triumphum, gestumque edere, quasi ipsa maior sit, quam iustitia. Credo, amici Auditores, sæpe sapius misericordiam coram Deo causam nostram contra Iustitiam agere.

*Misericordia & veritas obuiauerunt sibi* i colluctantur, quam luctam vobis exhibui cum Patrem Prodigii nostri deliberantem secum descripsi; & qualem admittunt contemplatini Doctores, cum de futura incarnatione consilium haberi, describunt: Neque a dubitandum est, quin milles à diuina iustitia fulminei fuisset, nisi se misericordia opposuisset, & blandis persuasionibus fulmen in caput nostrum iam intentatum & contortum de manu Dei excussisset. Per fidem vestram, amici Auditores, an non peratit misericordiam sapius illam oratiunculam quæ est apud Prophetam Amos iterasse, cum videret Deum i Iustis

Alian. l.  
11. varia.  
Hijior.

Bern. Ser.  
1. de An-  
nunt.  
Bonau. c.  
2. medi-  
cat. vita  
Christi.

Iustitia ad vindictam persuasum erectum stare, gladium vibrare, arcum tendere, & sagittas mortis præparare, ut omnia in ignem & sanguinem conuerteret: orasse inquam, *Domine, Domine propitius esto obsecro, quis suscitabit iacob quia paruulus est: & quis dubitat* quia factum sit sæpè quod apud eundem sequitur, *Miserus est Dominus super hoc: Non erit, dixit Dominus.* Simile factum legimus in vita duorum illorum Patriarcharum S. Dominici & S. Francisci, scilicet, quod cum Deus eam paratus & accinctus esset ut totum mundum propter enormia peccata, & summam obliuionem mediatoris nostri Iesu Christi inquam inciderant omnes, funditus euerteret, beatam virginem Mariam utpote promptissimam mediatricem humani generis apud filium suum intercessisse offerens ei prædictos Sanctos, qui memoriam crucis repararent, & ruinas Ierusalem restaurarent, ac tandem obtinuisse euaginatū gladiū pro hac vice, recōdi. Sic, sic, *Super exultat, super gloriatur, misericordia iudicio gessit misericordia aduersus iudicium tanquā victrix,* & secundum hanc expositionem continuat sermonem de seuera Dei Iustitia & dulci eiusdē misericordia: Et quamuis hoc admittamus, non tamen ex eo efficitur Deum magis misericordem quam iustum esse: In his enim duellis contemplatiuis, quæ pro nostra deuotione excitanda inter Iustitiam & misericordiam Dei imaginamur, nulla est inimicitia, nullus præualendi & alterum opprimēdi appetitus; sic enim Deus sibi ipsi contrariaretur, cū vnunquodq; horum Deus ipse sit, & ratione effectuum solum distinguatur, aut rationibus, ut loquitur Scotista formalibus; neq; etiā sunt aliquæ virtutes realiter distinctæ, quæ hanc verbalē Monomachiā corā Deo decertāt: Sed est vnus idemq; Deus varias rationes faciēdi aut omittēdi sibi proponēs; victoria autē misericordiæ cōtra iustitiā nihil aliud significat q̄ decretū Dei ipsi, voluntatem absolutā, irreuocabile factū, hoc vel illud hoc vel illo modo faciēdi, quāuis subinde pro hac

parte

Amos 7.

parte pauciores rationes conuenientiæ inueniri possunt, ut sic maximè liberè se determinans cum summa libertate infinitam misericordiam ostendat, sicuti si ad alteram partem se inclinasset, rigorem Iustitiæ suæ ostendisset. Quod autem dicit Apostolus: *Superexulit misericordia iudicio*, nihil aliud innuit quam completiã Dei de sua misericordia, eam enim libentissimè exercet: neque hic aliqua propriè dicta Victoria imaginanda venit, sed merus fauor, indulgètia & remissio culpæ aut pœnæ, vel saltem eiusdem dilatio.

Denique, quod ad locum Apocalypseos pertinet, mihi quidem videtur etiam satisfactam per ea quæ superius diximus, scilicet, Quod Deus dicatur magis misericors, quam iustus, quia plures actus misericordiae quam iustitiæ, & expeditius illos quam hos exercet.

*Est piger ad pœnas Princeps, ad premia veloci.*

Superest ergo ut omnia bona a Patre a deo misericordiam speremus, & diligentissimè caueamus infinitam illam bonitatem nostris malis offendere, ne in eius seueritatem, quæ æquè ac bonitas infinita est, incidamus. Et si contingat nos ipsum sæpe & grauius offendere, equidè bene de hoc bono Deo speremus qui plures actus misericordiae, quam rigidæ Iustitiæ elicit; imo qui semper suum rigorem etiam erga damnatos melle misericordiae temperat & lenit. Denique omnes simul conemur ei similes esse, specialiter autem in eo quod nobis tam sedulo commendauit, *Esse te misericordes sicut & Pater vester misericors est, maximum opera misericordiam malit, quam sacrificia,*

*Misericordiam volo, & non sacrificium, &c.*

CONCIO

CONCIO NONA.

Thema. *ἡ ἐπιπλαγχνία τοῦ Θεοῦ.*

*Et misericordia motus est.*

*Et misertus est eius.*

*Græca.*

*Vulgata.*

*Syriaca.*

Facta repetitione solita,

Dicemus  
hodie.

I. Quod, quamuis Deus sit maximè misericors,  
misericordiam tamen solum tempore oportuno  
exerceat.

II. Quid respondendum sit illis, qui suam praesumptionem, quam de Misericordia Dei conceperunt, fundare conantur in historia Traiani, & similibus.

**H**eri teneris timidisque cōscientiis prouidimus quæ seuera Dei iudicia nimium perhorrescunt & multitudinem peccatorum suorum adeò fortiter apprehendunt, vt putent ea veniam non mereris prout enim potui depinxi eis magnā Dei Misericordiam, vt eos animarē, & ad spem veniæ excitarē, dummodo cum Prodigio nostro ex animo concertantur. Quia tamen tutū non est de misericordia Dei nimium præsumere, moras necere, & hoc prætextu conuersionem differre: & quia iubet, vt nō solū in ipsum speremus, verum etiam vult, vt iustitiam eius formidemus, Beneplacitum est Domino super timentes eum; & in eis, qui sperat super misericordia eius, & quia vult nos Magdalenam pedes Domini Iustitiæ & misericordiæ osculantem imitari, non autem vnā absque altera; nam vt inquit S. Bernard. Pedes isti sunt misericordia & iudicium, quorum alterum sine altero osculari, vel temeraria securitas est, vel præsumptio fugienda: & quia vult vt hic spem, que, metumque interdubij viuamus,

*Psal. 146.*

*Bern.*

*Serm. de Magdal.*

*Spemque metumque interdubij, seu viuera credant, Virg. l. 1.*

Q 3

*Sicut Hincius*

*Sive extrema pati.*

Quod in veteri lege præfiguratum est cum Deus præcepit, *Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam; quia animam suam opposuit tibi.* id est, vitam suam tibi oppignoravit, dans illud in pignus quo vitam suam sustentabat: nam ad comminandum frumentum & conficiendam farinam duæ mola necessariae sunt, una superior, altera inferior; Per molam enim superiorem quæ suo pondere rumpit frumentum, intelligitur timor animam comminans, & per inferiorem spes, quæ superiorem sustinet, ne in desperatione aut maximas perplexitates dilabatur, & vicissim à superiore deprimitur, ne in præsumptione efferatur: Necessarium itaque nobis est ne alteram harum vobis subtraham; non illam timoris iustitiæ diuinæ, ne in præsumptione eleuemini nimium in misericordia Dei confidendo; nō istam spei, ne hac privati in baratrum desperationis præcipitemini. Merito in reprehendebat Propheta, qui calcē absq; paleis tēperabant, *Destruam parietem, quem linistis absque tempore.* Propterea etiam iussit Deus:

*Ezech. 14.*

*Leuit. 2.*

*Quicquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes fœderis Dei tui de sacrificio tuo:*

*In omni oblatione tua offeres sal.*

Similiter ob eandem causam iussit Agnum paschalem & aty mos panes lactucis agrestibus manducari, vt amaritudine dulcedini commisceret. *Mel inueni*  
*Comede quod sufficit.* Cum itaque heri discursu tenui de mansuetudine Dei vos pauerim, vt delicata Agni carne & azymis panibus, æquū est vt hodie nō nihil salis & pugillū lactucarum syluestriū apponā, ne naturali Dei bonitate abutentes temere conuersionem vestram prolongetis & procrastinetis. Agedum ergo.

*Ecol. 3.*

*Omnia tempus habent inquit sapiens: Tempus occidendi, tempus sanandi: Tempus dilectionis & tempus odij.* Ita & Deus habet tempus exercendi misericordiā, & habet tempus exercendi rigorē & iustitiā. Id quod hac similitudine clarū fiet. Solent quidā diuites Eleemosinarij recepta cōsuetudine certis tēporibus eleemosinas distribuere, vt circa festa Natalitia aut Pascha-

Via: certis etiã dieb<sup>9</sup>, vt lunæ, mercurij, veneris; certis  
 horis vt mane, circa prandiũ, idq; liberaliter omnibus  
 veniẽtib<sup>9</sup> absq; personarũ acc-ptione: sed extra illud  
 tẽpus, dies & horas, nihil neq; peregrinis, neq; in qui-  
 linis largiũtur: portæ obseratæ omnib<sup>9</sup> sunt, *causa est*  
*ianua*; sunt autẽ ipsorũ surdæ & inexorabilis, quali *Matt. 23.*  
 fortẽ hora Lazarũ forib<sup>9</sup> diuitis epulonis assedit: su-  
 spicari licet, si tamẽ ex vnquã pauperibus paruerint.  
 Laudada sanẽ est hęc liberalitas; sed pace eorũ dictũ  
 velim & imperfectioni & indiscretioni permixta Im-  
 perfectionis. n. est q; ideo certis dieb<sup>9</sup> eleemosinas fa-  
 ciũt ne singulis dieb<sup>9</sup> & horis clamorib<sup>9</sup> & eiulatibus  
 pauperũ vexetur: ne quotidie panis frangedus: ne sin-  
 gulis momẽtis ostiũ aperiendũ. An nõ alicuius tene-  
 ritudinis aut mollitiei est nõ ferre gemitus & eiulat<sup>9</sup>  
 miserorũ? nõlle filios Dei, mendicos inquã, quotidie,  
 imò singulis horis & tibi, & ostio tuo benedicere? Nõ  
 decet sane vllõ momento aspectũ pauperũ subterfu-  
 gere, vt singulis momẽtis acceptorũ beneficiorũ me-  
 moriã nobis reflicet, dũ gaudemus nos ab eiusmodi  
 miseriis sola Dei benignitate ereptos, ac in eo statu  
 cõstitutos, in quo dulciter aliis beneficiendo vitã æ-  
 ternã promereri possum<sup>9</sup>, & sæpi<sup>9</sup> heroicis pietatis &  
 misericordiæ act<sup>9</sup> cõspectis pauperibus eliciamus: cõ-  
 passio q̃ Patet erga suũ Prodigum elicit, ex visu ortũ  
 habuit, *Vidit illũ Pater ipsius, & misericordia motus est.* cũ  
 autẽ singulis teorsim eleemosinam conferimus, eorũ  
 miseriis in particulari contẽplamur; multis verò si-  
 mul existentibus in turba dignoscere non possumus  
 quina maior ope & misericordia egeat, varietate  
 miseriarũ, & multitudine cõplanctuũ sensũ impediẽ-  
 tib<sup>9</sup> & distrahentib<sup>9</sup>. Denique si singulis horis & o-  
 mnibus perentibus eleemosina detur, habebimus oc-  
 casionẽ sæpissime preces iaculatorias ad Deũ dirigẽ-  
 di, quib<sup>9</sup> rogem<sup>9</sup>, vt a similibus miseriis nos præseruet  
 & q; hæcenus præseruarit, gratias agamus; sicut &  
 pro eo, quod nobis omnibus subueniendi facultatẽ,  
 & toties merendi oportunitatẽ fecerit. Imperfectio-  
 nis etiã est; nam huiusmodi largitiones & distri-  
 butiones certis diebus fieri solitæ communi pauperũ

& aliorum rumore & forma passim disseminatur, quibus hi tacerent, tamen publicus ille pauperum conuentus latissimè tuam libertatem deprædicat: Contra autem si singulis diebus & horis, nunc huic nunc illi venienti, abeunte eleemosinam dones, neque pauperes ipsi, neque spectatores scire poterunt quantas eleemosinas facias; quod sane tibi plurimum expedit, occultas enim eleemosinas a te Deus exigit, ut enim, ut *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera*, & has

*Math. 6.* tibi faciendæ eleemosinæ normam præscribit, *non facis eleemosinam noli tuba canere ante te. sicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, ut honorificentur ab hominibus.* Indiscretio seu imprudentia multa meo quidem iudicio eiusmodi publicis eleemosinis inest, in his enim æquum datur fortibus & robustis, ac debilibus & claudis; æquum accipit qui miserimus est, & quantum miser: omnibus aut pars panis, aut bolus carnis, aut cochlear iusculi alicuius pro ratione temporis datur, cum in tanta se mutuo comprimentium multitudine miserix discerni nequeant. In particulis autem eleemosinis, quæ quotidie & singulis horis fiunt, facile est miseriorem a misero, discernere & ratione necessitatis utraque facilius succurrit. In

*Act. 4.* apostolorum exemplo, de quo legimus; *Dividebat uterque Apostolis singulis, prout unicuique opus erat:* otiosi autem illi fortes & robusti fuci, qui laborem tantum fugiebant, siue viri, siue faminæ sint remittere licebit; illorum opera mechanica addiscendum, aut saltem terram fodiendum &c. has ad nendum, texendum, &c.

*Quid. 13.* *Pallade placat a tanam mollire puella*  
*fastor.* *Discant, & plenas exonerare colos.*

licebit etiam ipsis ostendere qualem furum committat dum illorum, qui in vera necessitate sunt, eleemosinas præcipiunt: licebit quoque senioribus, aut magis miseris, quos tunc absque negotio discernere poterit, non aridum, sed cum iusculo panem præbere &c. Immo manifesta indiscretio & impudentia in hisce largitionibus est, cum enim certis diebus & horis eleemosina distribuitur, contingere potest, & cum tu cuba distribuis

distribuis, ego sitiam; & cum potum, ego fameam; & sic dona Dei inutiliter absumantur: imò & contingere potest, vt alio die ego extremam famem & sitim patiar, ita vt ni tu mihi subueneris, inedia mihi moriendum sit:

*Temporibus medicina valet: data tempore profunt,  
Et data non apto tempore vana nocent.*

*Quid?*

Iam autem peregrinis & aduenis, qui præfixis diebus & horis adesse nequeunt, quid emolumenti ex donatione tua accretet: itane ipsis absque vlla refectioe ulterius pergendum erit, cum sæpe maiore necessitate quam ciues aut inquilini laborent? Itane mihi fame & siti moriendum erit, quia largitioni Domini mei præfixo momento non interfui? Certè iniqua eleemosynarum talis distributio est, & intentioni misericordis legislatoris ac Naturæ ipsi contraria, Cur quæso præcepta est eleemosyna? An propter respectum & commoditatem donantis? Non. *Frango Isai. 58*  
*Esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam, id est, tunc cum absque hospicio aberrant, non quando tibi bonum videbitur, aut cum non fament, aut in adibus suis morantur, sed quando domui procul sunt, in domū tuū introduceas & pascas, quod idē est ac si dicas, Eleemosynam suo tempore facito: propriū autem tempus dandi eleemosynam est non secundū phantasiā diuitis eleemosynam donantis, sed pauperis necessitatem patientis. Beneficium in tempore datum quamuis alias paruum, maximum est; sic pul-tes Iacob ad mortem vsque famente Esau primogenitis æquiualebant.*

*ὦς μέγα τὸ μικρὸν ἐστὶ ἐν καιρῷ ἢ ἐν ἄκαιρῳ, id est,  
Vel maxima est pusilla res loco data.*

Hesiodus l. . Operum & dierum.

*Καιρὸς δ' ἐνὶ πάντων ἀριστός,*

*rebus in omnibus illud*

*Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum*

Sæpe enim beneficium importuno tempore præstitum multa mala & incommoda tulit: & hinc factū vt inter dicta Sapientum æque ferè famosum sit illud

*Q*

*illud*

illud *ῥῶτι καί ποτε*, *Nosce tempus*, a hoc, *ῥῶτι ῥίπτε*,  
*Nosce te ipsum*. Sed his satis: Sicut itaque diuites  
certo tempore eleemosynas faciunt, ita & Deus Misericordiam: Dies autem Misericordiae vicia praesentem  
est, cuius omni hora ad faciendam misericordiam  
praesto est; eaque elapsa clausa erit ianua, & frustra  
inclamabitur, *Domine, Domine aperi nobis*, sed respon-  
debitur, *Nescio vos*.

*Psal. 94.* Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, id est,

*Senec.* Nunquam sera est ad bonos mores via.

*Trag.* post mortem autem sera nimis poenitentia & frustrata  
venia petitur.

*Sera nimis vitia est crassina, viue hodie.*

Properandum itaque est, ante auroram, lucisque ortum  
diuinæ Misericordiae fores pulsandæ.

*Prov. 8.* Qui mane vigilans ad me, inuenient me.

*Sap. 5.* Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidens  
enim illam foribus suis inueniet.

*Psal. 62.* Memor fui tui super stratum meum, & in matutinis  
meditabor in te, quia tu susisti adiutor meus.

*Psal. 5.* Mane exaudies vocem meam: Mane astabo tibi & ex-  
debo? quoniam non Deus volens iniquitatem tuas.

*Adiuuabit eum Deus mane disculo.*

*Psal. 65.* Mane saturabimini panibus, sciatisque quod ego sum De-  
minus Deus vester.

*Exod. 16.* Summo mane abiit, ut conduceret operarios in  
vineam suam; attamen etiam hora tertia ad laboran-  
dum accede, gratus eris; veni hora sexta, sub meri-  
diem, recipieris; veni hora vndecima inclinata iam  
die & denarium diurnum accipies: nam ipse per Pro-  
phetam dicit,

*Quacumque hora peccator ingemuerit, saluus erit.*

*Isai. 30.* vel vt Septuaginta Interp. verterunt,

*Quandocumque gemueris, tunc saluus eris, & agnosces ubi  
fueris.*

*Omni hora curia diuinæ bonitatis patet, & dicere  
licet.*

Accedit; omnium horarum homo est Christus Dominus. Præsto est Deus, citò, serò, manè, vesperi dum modo dies gratiæ nõ præterierit, id est, nisi morte præuētus fuerit, quamuis iam pedem alterū in cymba Charonis haberet, & iuxta Proverbium, *Si libet, licet; Et cum libet, licet*: omnibus semper domi est; *Non est personarum acceptor Deus*: Semper ei quod largiatur superest, qui uolet, ueniat. Ad exaudiendum præsto est, & cum Abrahamo præ foribus hospites operitur.

Genes. 18.

*En ipse sitat post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.*

Cant. 2.

*Dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens, aut requirens Deum.*

Psal. 13.

*Antequam clament ego exaudiam:*

Isai. 65.

*Nulli dormit, nulli aures aut oculos negat:*

*Auris coeli audit omnia.*

*Oculi Domini contemplantur bonos & malos.*

O miram Dei misericordiam! At vixdum spumantibus equis Sol occidens frenam detraxit, & nox nigro tenebrarum velo terras obduxit, id est, vix mortui sumus, & mox misericordiam aula clauditur, obseratur, & firmatur, *clausa est ianua*: Iustitiæ uero portæ panduntur: *Iustitium desijt*; mox audietur, *Do, dico, addico.*

*Fastus erit per quem lege licebit agi.*

Ouid. l. 3.

Lata sententiæ præter suspendium, laqueos, rotas, palos, ignem, ferrum nihil sonant; agnus in leonem vertitur; pacificus Solon in sanguinarius Dragonem mutatur, clament tunc intenta voce peccatores, *Domine, Domine aperi nobis*; nihil ipsis respondebitur, aut certe illud, *Nescio vos.*

Fastig.

Matt. 23.

*Tunc inuocabunt me & ego non exaudiam: manè consergent, & non inuenient me; eo quod exosam habuerint disciplinam.*

Prou. 6.

Ecquid agitis, dies effluxit, hora elapsa est, elemosynæ data sunt, ne gutta quidem aquæ ex digito Lazari expectanda est, quamuis sitiens lingua uiua

viuacibus flammis aduratur. O summum rigorem  
Non solum non exaudiet, sed & pereuntes ini-  
debit:

*Quia vocaui & renuistis: extendi manum meam, &  
non fuit qui respiceret. Despexistis omne consilium meum.  
& increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu  
vostro ridebo, & iubsannabo, cum vobis id, quod timetis,  
aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus  
quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio  
& angustia.*

Tunc misericordia non mouebitur; sed *Latibit  
iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sa-  
guine peccatorum.*

*Ierem. 24.*

Quamdiu praesens vita durat, Propheta Ieremias  
videt ficus bonas valde, quasi ficus primi temporis post  
mortem autem ficus malas, malas valde & quae co-  
medi non possint. Quamdiu durat dies eleemo-  
narum & misericordiae Dei, nectar, manna, peroc-  
ces, cothurnices super nos vt quondam super popu-  
lum Israeliticum in deserto pluit & effundit: vicia  
iam qua pergimus rosas, violis & lilijs conspersa est.  
Sed mox vbi vitae huius tempus effluerit, torrentis  
fellis draconum potabit nos, amarissimis Colochin-  
tidis nos pascet, quae cor, pulmones, stomachum ac  
totum denique corpus euertent. *Mors in olla, mors in  
olla. Cantharidum succos dante parente bibas.*

*Ouid in*

*Potum dabo eis aquam fellis.*

*Ierem. 9.*

Rosis & violis praeteriti temporis tribuli, sentes &  
spinæ succedent, poma Sodomæ, mephitici & auo-  
nales foetores omnino intolerabiles:

*Isai. 8.*

*Et erit pro suauis odore foetor.*  
Denique mutabitur tunc Deus ex benigno pater  
& dulci mater in saeuum vitricum & crudelem au-  
nercam:

*Impia terribiles miscet aconita Nouerca.*

Et quid? Sic Deus dispositus est, habet sua tempo-  
ra & quasi lucida interualla, quibus optimus, liberr-  
tissimus, imò & Prodigus est, nihil sibi soli reseruat, &  
dicere potest

exto  
fos  
hibe  
vabi  
alibi  
tius  
veni  
Deu  
occe  
Dun  
exci  
  
S  
nus  
aure  
stah  
per  
adiu  
nun  
eis  
cab  
eni  
Sed  
alij  
rile  
fo,  
  
I  
dias  
era

*Plenus rimarum sum, hac atq; illac perfluo.*

Habet etiam sua interualla, quibus nihil ab ipso extorqueas, etiamli calidas lachrymas & Sanctos ipsos (quorum tamen preces maximi facere solet) adhibeas intercessores; nam vt inquit Dauid, *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus*, sed, *in tempore oportuno*: & alibi:

*Tunc exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* Notandum bene, *quia tempus venit*; omnia in tempore oportuno facit & largitur Deus: quo elapso auaritia & inclementia postrema occupant, ita vt quis diceret eundem Deum non esse. Durante hac vita non amat, & vt ipsum amemus excitat:

*Dies noctesq; me ames, me desideres,*

*Terent. 170*

*Me somniet, me expectes, de me cogites,*

*Eunuch.*

*Me speres, me te oblectes, mecum tota sis,*

*Act. 1.*

*Meus fac sis postremo animus, quando ego sum Scenarum tuus.*

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c*

Sed mox à morte, si eum vt oportet non amauerimus, frustra eius gratiam & fauorem inuocabimus, aures obseratas inueniemus, nihil nisi hostile expectabimus: Prædixit hoc Patribus veteris Testamenti per Isaiam, *Tempore accepto exaudiuit te, & in die salutis adiuuauit te*, & nobis etiam sub Parabola decem Virginum. Durante hac vita Deus similis est septem vaccis Pharaonis pinguibus & elegantibus, quæ significabant septem annos fertilitatis & sæcunditatis, tunc enim ad miraculum multa nobis donat & condonat. Sed cum mors malorum vitam abrupterit, similis erit alijs septem macilentis vaccis, quæ septem annos steriles denotabant; tunc enim nulla amplius fit remissio, & vt canit Ecclesia:

*Isai 49.  
Mat. 25.*

*In inferno nulla est redemptio.*

*Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam* Attamen, vt vincas cum iudicaris, necessarium erat vt Misericordia primam, Iustitia postremam acies

aciei partem meretur, si enim prima acie collocata fuisset, nec astrictam dexteram habuisset, obuia quemuis prostrasset: Nunc autem quia primam aciem misericordia duxit, multi eius oblationibus & fauoribus bene vsi confidenter se Iustitiae diuinae praesertant, aut quia bene vixerunt, aut probe poenituerunt nam, *Malacausa est, qua requirit misericordiam.* Itaque amici Auditores, ne nosiplos decipiamus cum auscultamus, *Misericordia motus est;* cum in Psalmis legitur *Domine meus misericordia mea,* & Augustino hunc locum exponenti credimus. *O nomen sub quo nemini disputandum est,* cum de magna Dei misericordia differimus aut disputamus: sed e contra cogitemus quod misericordiam solum certo aliquo tempore exerceat, qui elapso frustra peccatorum remissio, iustificatio, et salus speratur, quantumuis Deus infinite misericors sit.

*Publius.*

*Psal. 58.*

*Ouid. in Vin.*

*Nec mortis poenas mors altera finiet huius,  
Horag, erit tantis ultima nulla malis.*

II.

**QUOMODO RESPONDENDVM SIT  
illis, qui suam de Misericordia Dei presumptionem fundare conantur in historia de  
Traiano & alijs.**

*Missal.  
Rom. 14.  
Iulij.*

**S**ed dicet quispiam, cur ergo Ecclesia orat pro defunctis, tam beatis quam alijs alibi adhuc detentis; nam in Secreta oratione de S. Bonauentura ait, *Domine per haec pie placationis officia & illum Bonauenturam (scilicet) beata retributio comitetur, & tuis gratia dona concilies,* & in Missa defunctorum *libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, &c.* Significat ergo Ecclesia quod etiam pro mortuis aliqua misericordia speranda

anda sit; & viuorum suffragijs defunctis solatium aliquod praestari passim omnes Catholici credunt: Deinde quid dicemus de his qui in veteri & nouo Testamento ad vitam reuocati sunt, quales fuere filius viduae per Helisam suscitatus, & alter a latronibus interfectus, qui solo contactu ossium Helisae ad vitam redijt: quales fuere adolescens iuxta Naim à Iesu Christo ad vitam reuocatus; puella duodecim annorum Archi-Synagogi filia; Lazarus quatriduarius & foetens; & multa millia ab alijs varijs Sanctis ad vitam reducta? his enim post mortem summa misericordia exhibita fuit, ideo enim resuscitati & anima ad corpus reuocata, vt meliorem quam fecerant vitam instituerent, & priora errata, quae in iuuenili & lubrica aetate facile obrepunt, euitarent: facit ergo Deus etiam post mortem misericordiam. Praeterea quid responderi poterit, si vera est historia quae de S. Gregorio Papa & animae Traiani optimi Imperatoris narratur? est autem talis, Sanctus Gregorius aliquando forum Traiani transiens recordatus fuit maximae benignitatis, mansuetudinis & misericordiae dicti Imperatoris, qui cum festinus in bellum pro Republ. pergeret, ac à vidua filium suum interfectum conquerente interpellatus esset, benignè ei aurem praebuit, cum enim illa vindictam expetisset, & Imperator se à bello reducem & incolumem vindicaturum promississet, vrsit illa & quid si Imperatori, quod Deus auerrat, funestum quid acciderit, quis me vindicabit? Respondit ipse, Qui succederet in Imperio: mox illa replicauit, Et quid hoc Maiestati vestrae proderit? eoque fatente, quod nihil, intulit vidua, Annon ergo expedit tibi vt tu potius quam alius mihi iustitiam administres? Ex equo itaque descendit, tellam poni iussit, causam & actores audiuit, deprehensum puniuit, viduae satisfecit, & ad bellum abiit: Hanc inquam Traiani bonitatem & Iustitiam miratus S. Gregorius in Ecclesia S. Petri pro eius animae salute amarissime

issimè orauit, ac diuinitus ei responsum est: Preces tuas exaudiui, & pœnam æternam Traiano condonauit; caue tamen in pœterum pro animabus damnatis intercedas. Hic enim clarissimè dicitur Deum eum post mortem ad misericordiam commoueri, & *Misericordia motus est.*

Deinde magnus ille scientiarum thesaurus Origenes, an non docuit ipsos demones post multa & grauius supplicia ex Inferno liberandos, & in Paradisum reduccendos esse? S. Augustinus quoque l. 21. de ciuitate Dei c. 17. & 18. docet quosdam suo tempore fuisse, qui difficultè sibi persuadere poterant, damnatos in æternum damnandos. Quid adhuc respondebimus?

Ad orationem itaque secretam Ecclesie de S. Bonauentura dico, his uerbis ecclesiam non petere predicto Sancto remissionem alicuius peccati vel pœnæ, aut commutationem alicuius pœnæ in aliam; non sed solum augmentum gloriæ accidentalis, quam radicaliter bonis suis operibus & exemplis in hac uita promeritus erat: Dico radicaliter promeritus, non ecclesia hoc augmentum ei non petit ueniam gratiam, sed ut debitum & mercedem ex vi pacti mereatur Deum & bonos omnes iniri. Preces autem, quæ officio defunctorum pro mortuis recitantur, non in intentione ab ecclesia recitantur, ut illis pro quibus dicuntur remissionem peccati mortalis aut pœnæ æternæ obtineant, sed solum pro obtinenda remissione peccatorum uenialium, & imminutione pœnæ in Purgatorij quæ Infernalibus simillimæ sunt. Et hic ictus in irritum cadit, non enim loquimur nisi de magna Dei misericordia qua peccata mortalia dimittuntur, & gratia iustificans infunditur, de qua Propheta loquitur dicens: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam;* & hæc in nullos mortuos uenres effunditur, *Dum spiro, spero.*

*Psal. 50.*

*Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in Infernum; Sed nos, qui uiuimus benedicimus Domino. Non negamus tamen quin post mortem*

aliqualem adhuc misericordiam, etiam dānatis, puniēdo eos citra condignum, præster Deo, *Nam et tantes edunt de micis, que cadunt de mensa Dominorum suorum.*

Quod autem mortuos ad vitam reuocatos concernit, respondeo eos aut fuisse saluatos & in gloria, aut damnatos & in æterna pœna, aut suspensos à gloria in Purgatorio hæsisse. Si fuerint ex numero beatorum, nulla gratia aut misericordia ipsis præstita est cum ad vitam reuocati sunt, sed potius pœna inflata, qua è tam felici possessione ad tempus exclusi denudò in arenam & campum immissi sunt, vt in hac valle lachrymarum & miseriarum denuo decerarent.

*Horat. l. 1.  
ep. 1.*

*Spe fatum satis, et donatum iam rede, queris  
Mecenas iterum antiquo me includere ludo?*

Et sic legimus quosdam à mortuis reuocatos infelicitatem suam planxisse, & nominatim quendam fratrem laicum Obertum nomine qui resuscitatus dicebat, *Hic ego quid facio: certè hic esse nolo. Hic ego quid facio: certè redire volo.* Alij autem hanc priuationem tanti boui & nouas viuendi molestias libentes susceperunt, vt seruiendo Deo & iuuando proximos merita sua auerent, ac Angelis hominibus inferuentibus similes essent: qui cum S. Martino dicere poterant, *Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non rogo laborem; fiat voluntas tua.*

*Caesarius  
l. 11. c. 6.*

Si autem in Purgatorio fuerint, loci mutatio ipsis tantum concessa fuit, & pœnæ breuiores sed grauiores, in alias leuiiores sed diuturniores permutatæ sunt:

*Quod dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis esse soleat; vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem auersatio consoletur,* inquit Cicero. Hæc autem non est magna illa misericordia quam mortuis impendi negamus, cum existentes in Purgatorio iustificati sūt.

*Cic. lib. 1.  
de finib.*

Si autem in tali statu decesserint in quo merebantur

R bantur

*Chron.  
Minor.  
part. 2.*

*Hieron.  
ep. 4 ad  
Nepot.  
edit. Ca-  
visij.*

bantur in baratrum Inferni præcipitari, qualis  
erat ille in Castilia Episcopus Petrus nomine, quem  
gloriosus Pater & legislator noster Franciscus ab In-  
ferno præseruauit; qualis fortè Adolefcensille qui  
ex Naim efferebatur, nam vt inquit Hieronymus  
*Adolefcencia multa corporis bella sustinet*; qualis fortè  
fuit Lazarus etiam nobilis adolefcens & dissolutus  
illius Magdalenaæ frater: In his fateor difficilior est  
responsio; his enim casibus maxima esset De-  
i erga tales misericordia: quia tamen hi casus  
extraordinarij & rari sunt instar Phœnicis, aut le-  
rundi nis tempus verum præuenientis, non possunt  
in nobis contra dictam resolutionem spem ali-  
quam excitare: Quis enim audebit sperare se ex hoc  
exiguo numero futurum? quis præsumere audebit  
sibi foli tot millibus præteritis hanc misericordiam  
præstandam? Deinde benè ait Seruius in illius  
lib. 6. *Æneid. Regna inuia viuis, Aspicias, &c.*

*Qua contra naturam sunt non afferunt præiudicium  
generalitati; vnde ait, Inuia: licet & Hercules & Iulus  
transierint, & sit Æneas transiturus, sic dictum est  
illud:*

*Euaditq; celer ripa irremeabilis unda.  
Virgil. 6. Æneid.*

*Facilis descensus Auernæ  
Noctes atq; dies patet atri ianua Diuis,  
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras  
Hoc opus, hic labor est; pauci quos æquus amauit  
Iupiter.  
Vna hirundo non facit ver.*

Deinde cum omnes casus oppositi in vno sorte in-  
dentur, per fortè non dissolui possunt, simili modo  
similis cuneus.

De Traiano nonnulli dixerunt ipsum ad vitam redi-  
isse, pœnitentiã egisse & sic æternam gloriam prome-  
ritum: Quidam dicunt ipsum tunc non liberatum  
sed vsque ad diem Iudicij in Inferno permanurum  
Ioannes Diaconus. qui vitam Gregorij conscripserat  
putat eum Traiano non gloriam cœlestem sed  
dignitatem

iam exemptionem à pœnis damnatorum impetrasse: Diuus Thomas & Richardus probabilius dicunt Traianum non fuisse damnatum definitiua sententia, eò quod diuina Sapiencia præuiderat S. Gregorium pro ipso oraturum, & propterea speciali priuilegio à dānatione quā merebatur propter Sancti viri orationē præseruatus est: Quod idem factū putamus in Lazaro propter præuistas preces Marthæ & Mariæ; in Adolescente propter pias lachrymas Matris uiduæ, quorum sententia dilata fuit. Sed quicquid sit, hæc omnia extraordinaria sunt & rarissima; neque cum periculo aternæ damnationis præsumendum est, nos ex hoc exiguo numero esse: Quis enim pro te Gregorius, quæ Martha & Magdalena orabunt, & apud Christum intercedent? Itane tibi oportune Christus ut adolescenti qui efferebatur occurrit? Non sane; iam tempus miraculorum abiit, fides miraculis satis firmata est.

Opinio autem Origenis & aliorum qui putant pœnas dæmonum & hominum damnatorum saltem aliquorum aliquando finiendas, maximè eorum pro quibus Sancti intercedent, iam diu ab Ecclesia damnatus error, & à diuo Augustino dicto loco tam disertè & copiosè refutatus, ut his aliquid addere sit aquam in mare ferre, & Soli candelam accendere: solum itaque cum S. Augustino lib. 21. de ciuit. cap. 23. *Si utrumq; aeternum, profectio aut utrumq; cum sine diuturnum, aut utrumq; sine sine perpetuum debet intelligi. Par pari enim relata sunt, hinc supplicium aeternum, inde uita aeterna. Dicere autem in hoc uno eodemq; sensu, uita aeterna sine fine erit, supplicium aeternum finem habebit, multum absurdum est: Vnde quia uita aeterna sanctorum sine fine erit, supplicium quoque aeternum quibus erit, finem proculdubio non habebit. Item lib. 21. cap. 2.*

*Homo factus est malo dignus aeterno, qui hoc in se*

R 2

per-

peremit bonum, quod esse posset aeternum. Fixum itaque maneat posthac vitam nullam misericordiam superesse, nullam bonitatem, nullam clementiam, sed aeternumque sedebit, quam quisque sortitus est bonum aut malam sedem in ea ei perpetuo permanendum est: & quamuis ad raum vsque misericordiam imploremus, tamen ne guttam quidem aquae cum diuina Epulone obtinebimus. Utamur itaque amici Auditoris praesenti occasione quamdiu Deus misericordiam commouetur, quamdiu dies est & cleemosynas suas distribuit:

*Psal. 94.  
Prou. 6.*

*Hodie, hodie, si vocem eius audieritis; nolite obturcare corda vestra.*

*Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis.*

*Aestas non semper fuerit composita nidus.  
Fronte capillata est, posthac occasio calua.*

*Prou. 6.*

*Vade ad formicam, o piger, & considera vias eius, & discite sapientiam, quae cum non habeat ducem neque praetorem, nec principem parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.*

Tempestiuè ex his regionibus auolant hirundines vt maturè in calidas regiones aduolare possint: Non quoque penitentiae operam demus, quam diu nulla Misericordiae patet, quam diu omni venienti & obeienti audientia datur, quam diu nullum peccatum diuinam misericordiam superat; quam diu spiramus de diuina bonitate & misericordia optime speremus, & ad remissionem peccatorum nostrorum frequentibus suspirijs aspiremus.

*Crede mihi miseris caelestia numina parant,*

*\* Cum bene peccati poenituisse vident.*

*Si inter electos & saluandos primi esse nequimus secundo loco consistere non dedignemur:*

*Horat. l. 1.  
ep. 1.*

*Non possis oculo quantum contendere lyncæ,*

*Non tamen idcirco contemnas lippus insungi;*

*Nec quia desperes inuicti membra Glyconis,*

*Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.*

*Est quoddam prodire tenus, si non datur ultra.*

Et quid? hoc tam oportuno tempore de peccatis non dolere & ad Deum conuerti, est de eius misericordia desperare, quem Misericordia & compassio à cælo in terram detraxit; nam vt Augustinus ait. *Misericordia Dei filium de cælo deposuit. & corpore induit.* Et cur de eius bonitate diffideremus qui pro nobis ex virgine Matre mortalis nasci dignatus est? qui stabulum, præsepe, tænum, & sctida animalia propter nos non exhorruit? Et quis? qui iam ab æterno natus erat Deus de Deo, immortalis de immortali: qui in curia cælesti commorari consueuerat; qui pascebatur inter lilia, cui multa Angelorum millia flexis poplitibus & inclinatis capitibus ministrabant. Et quid? de eius bonitate & misericordia desperabimus qui vt nos propter gulam Adami damnatos liberaret, quadraginta dies & noctes ieiunauerit, ac instar chameleontis aere vixerit? Et quis? ille qui olim quadraginta annos populum Israeliticum in deserto pavit; qui aperit manum suam & implet omne animal benedictione. De eius bonitate humiliter sentiemus qui pro nobis filijs mortis quam nostro furto fructus vetiti merebamur, inter duos latrones crucifigi voluit: quis ille? qui in cælo medium inter Patrem & Spiritum sanctum locum obrinet.

*Misericordia motus est.* Equid? de eius clementia abiectè sentiendum erit, qui misericordia & compassione erga nos miseras creaturas prius damnatas, quam natus descendit ad inferos, vt inde prædestinatos educeret? & quis? cui cæli cælorum hæc dignum habitaculum suppeditant: *Misericordia motus est.*

Non ita, non ita, amici Auditores, sed tempestiuè poenitentia ducamur, nec diffidamus Indulgentiam præteritorum obtinere ab eo, in quo ita Misericordia dominatur, & Maiestatem illam diuinam ad tam abiecta & vilia propter nos

R. 3. homi-

homines inclinavit, & in omnem omnino partem conuerterit: *Misericordia motus est*: Qui ergo de Iesu Christo desperat, neque ipsum, neque eius bonitatem satis perspectam habet. Amen.

CONCIO DECIMA.

*Græca.* Thema. Καὶ ἐσπλαγχνίσθη.

*Vulgata.* Et misericordia motus est.

*Syriaca.* Et misertus est eius.

Factâ breui repetitione Concionis præcedentis, ut mos meus est, talis fuit propositio.

- I. Quod Iesus Christus eam misericordiam, qua dicit proximo dimitienda esse peccata, uel nobis esse quam commendatissimam.
- II. Quod, quo sunt creature generosiores, eo frequentius accidunt, mansuetiores sunt, & misericordiam propensiores. Quod naturâ instinctu omnes ad misericordiam cupiditatem ducamur.

I.  
QUOD IESVS CHRISTVS EAM MISERICORDIAM, qua dicit proximo dimitienda esse peccata, uelit nobis esse quam commendatissimam.

Omibus, ut mea fert opinio, notum est. & conspicuum (animæ dilectissimæ) misericordiam duo importare; aut, ut planius loquar, esse misericordiam species, quarum una dicit remittenda esse, quæ in nos admittæ sunt, peccata: altera

proximi miseriæ condolendum esse, eiq; urgente necessitate succurrendum.

Utramque impensè exhibuit filio suo prodigo bonus ille paterfamilias. De posteriori sic textus Evangelicus: *Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater, & misericordia motus est, & accurrens, &c.* Simulatq; oculos suos in filium suum pannosum, arumnis & pauperie deformatum cõiecerat, clementissimus ille pater, commota sunt viscera eius, cor eius misericordia lacinatam est, obuiam illi processit, induit illum, *dedit calceamenta in pedes eius*, esca potuq; refecit. Vt deinceps annuentibus superis, intelligetis luculentius De priori: *Osculatus est eum*, suam in gratiam recepit, eius patrocinium contra fratrem senioreni tumultuantè & indignantem, quod tam benignè perditionis ille filius à patre exciperetur, suscepit.

Cæterum hæc præclara misericordiæ huius patris erga filium suum prodigum; & Iesu Christi erga Publicanum; atque erga omnes, qui vera penitentiæ ducuntur, exempla; non solum idèd à Christo, aut à nobis proponuntur, ut Dei infinitam agnoscamus bonitatem, & agnoscentes ampliori fiducia in ipsam animemur; sed etiam ut ad eorum persequenda vestigia incitemur. Vnde non abs re me facturum duxi, si horam misericordiæ illi exponendæ, quæ remittenda esse peccata, contra nos commissâ suadet & cohortatur, impendam: Quippè utilissima est hæc tractatio, & maximiè hoc turbulentissimo & tumultuosissimo tempore, quo concordia, benevolentia, animorum coniunctio apud Christianos in exilium pulsa esse videtur. Tot bellorum tempestates experti sumus, & adhuc experimur; tot lites & rixas, querelas, contentiones, tot duella in dies singulos, non sine magno animi nostri dolore, inaudimus, ut vehementer metuamus ne tandem in bella publica, ac exitiosa erumpant: vel ad minus ne coniurationem sanctam, & confederationem contra Turcam Christiani nominis hostem præpediant. Omnibus, ille struit insidias hæretico æquè, ac catholi-

co; Gallo æquè, ac Burgundo, &c. Quos omnes paulatim, ordinatè, & gradatim molitur suo tyrannico subijcere imperio.

*Tros Tyrisijs, mihi nullo discrimine agetur.*

Hoc dicit in intimis sui cordis visceribus valentissimus ille Tyrannus, quamvis aliud exterius ostendet, quamvis cum Rege aliquo, aut republica foedus ineat, & contractet; quippè hoc in eum finem facit, ut regnum alterius, aut aliam republicam inuadat, opprimat, ac suæ potestatis faciat. Ostendamus igitur ut Christus hanc misericordiæ speciem nobis commendat; Deinde, ut quo quis est generosior, ad eam sit propensior. Ad hæc doceamus, si id temporis angustia permittat, ut is iram supremi Iudicis sibi thesaurizet, qui offensam proximo remittere abiecit & recusat.

Quod ad primum punctum attinet, quid quæso in toto Euangelij contextu reperitur, ad quod sapius & verbo & factò nos prouocet magister ille cælestis, quam ad hanc misericordiæ virtutem excellentissimam? *Estote misericordes, ait, sicut & pater vester misericors est.* Et alio in loco: *Benefacite his qui oderunt vos.* Immo virtutem hanc præfert sacrificio: *miserentiam volo non sacrificium.* Quasi dicat, malim peccata in vos admissa remittatis, quam mihi sacrificium offeratis, qualecumque illud sit: etiam ipsum augustissimum missæ sacrificium, nimirum si illud ex parte offerentis spectes, siue offerens sacerdos sit, siue Laicus. Et hoc rationi consonum esse videtur: nam quid aliud in sacrificijs immolatur quam alienum, quam carnes animalium? Et quid aliud hoc est quam *ex alieno torio*, ut protritissimo celebratur adagiolo, *laxa leua excindere?* Et in missa sancta quid offerimus quam alienum? quid aliud a nobis offertur quam es minutum, quâ parum panis & vini in altari ad cõsecrandum? Et quid ibi patimur? At dum proximo peccata indulgemus, propriam immolamus, & sacrificamus voluntatem, & dum appetitum vindictæ inordinatè coercemus, & præscindimus, torquemus nos ipsos & excruciamur.

Luc. 6.

Matth. 5.

Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Nos ipsos ea voluptate priuamus, quæ comes solet esse vindictæ. Cor nostrum tanquam in cruce suspensum tenemus, tanquam duabus molis pressum & coarctatum; vel certè tanquam sanguine, qui in tanto furore illud circumuallat suffocatum. Sed hoc opus hic labor est. Herculanas vires hoc desiderat. Difficilius quam vnam Montium ciuitatem, aut Ostendam: quam Mediolanense propugnaculum, vel Antuerpiense expugnare. Difficilius quam Leones & vrsos viribus corporeis superare & expugnare, vt quòdam Dauid adhuc pastor paruulus, eos dum arietem de medio gregis tollerent, attestante scriptura suffocauit, contrucidauitque.

Fortior est qui se quam qui fortissima vincit

\* *Mania, nec virtus alius ire potest.* (non sibi.

\* *aliam omnia est forte melius.*

*Si animus hominem perpulit, actum est, animo seruibit*

*Sin ipse animum perpulit, dum viuuit, victor victorum eluset; ait Comicus.*

Pub. Mim. *Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.*

Idem: *Bis vincit, qui se vincit in victoria.*

Prou 16. *Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnat ore urbium.*

*Patiens, sapiens.*

*Nobile vincendi genus est ignoscere victo.*

Hoc Cicero tanquam omniū Iulij Cæsaris virtutum cõplementum cõmemorat Quippè, mea quidè sententia, maximè heroica est virtus hæc, & in summo virtutū apice constituta, supra quam non datur vltra, quam qui assecutus fuerit, non est quod illud Caroli Quinti: *plus vltra*, vsurpare queat Quid etenim huic virtuti deest: Hæc extremum est potentia. Immo in eâ abripior opinionè, vt existimem virtutè hanc inter cæteras oēs principem obtinere locum, nec hominem hac nobiliore, illustriorem, vel heroicam magis sibi posse comparare. S. Greg. Nazianzenus in sua de funere patris oratione non veretur dicere Sanctam Stephanum plus meriti & gloriæ

*Cæsar. orat. pro M. Marcello.*

*Greg. Naz. orat. 28.*

orando pro tortoribus suis, & se lapidantibus à Domino Deo adeptum esse, quam pro Deo mortem optendo, sed loquentem audiamus: *Stephanus cum lapidibus obrueretur, pro lapidantibus preces fundebat, et Christi discipulum decebat, cuius causa cruciatus quoque ipse praclarior illi erat, quam mors ipsa, quippè qui Christo leuitatis patientiaeque fructum offerret.*

Et dubitatio mihi est, si in acerbissima Iesu Christi passione quicquam illustrius fuerit, meritotum magis, aut Deo Patri acceptabilius hac admirabili misericordia, qua erga proprios suos carnifices, à quibus cruci affigebatur, & dum in cruce penderet, extremis tormentis discruciatas, subsannabatur, usum esse diuinum testatur eloquium. Sanè non fulmine eos quo digni erant, percussit, non aperto terræ hiatus absorpsit, sed ijs hæc omnia indulsit, patremque ipsidem ignosceret rogauit, cuius iam fortassis brachia eleuata, ac fulmen, quo eos perderet, videbat preparatum. Et quod maiorem meretur admirationem, immanissimorum illorum hominum scelera excusauit, eos per ignorantiam peccasse affirmans, *ne sciat quid faciunt.*

Et quamuis minus prudentibus hæc Christi excusatio non nihil à vero videri possit seiuncta, & dici quod plus nimio eorum tegat peccata, est tamen ab omni mendacij suspicionem prorsus aliena. Quippè impossibile est, ut vel hic, vel alibi prima ipsa veritas possit, quod veritati aduersetur, proloqui: cum enim Deus sit, mendacium in ore eius non potest inueniri: mendacium siquidè, etià ipso Platone attestante, infirmitatis argumentum est, quæ in Deum cadere nullatenus potest. Ad hæc quis tam insulsus dixerit, quod Christus patrem mendacio fallere voluerit, quem non posse decipi in confesso est: *frustra iacitur rete anteculos pennatorum.*

*Seni verba dare difficile est.*

*Terent. in Andria.*

Quod ergò Christus, qui est æterna, & increata sapientia, patri voluerit imponere, fucumque facere, nemo

nemo sani cerebri existimauerit. Illud sanè extrà omnem est controuersiam, multos illorum crassa peccasse ignorantia, maiores & sapientiores affectata.

Tanti (animæ dilectissimæ) Dominus Deus noster hanc facit misericordiam, vt nobis se peccata nostra remissurum promittat, si & ea proximo dimiserimus. *Dimittite & dimittimini.*

*Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.* *Relinque, ait sapiens, proximo tuo nocentem: Et tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* E contrariò bonus & misericors Deus se non nobis condonaturum peccata, immò indulgètiã datam se reuocaturum, & ea peccata quæ in libro suo iam deleta erant, in computum adducturum asseuerat, si non proximis nostris pepercerimus. Matth. 5.  
Eccl. 8.

Quod pulchrè ostenditur in præclara parabola illius, qui debebat Regi decem millia talenta, quæ ingens summa est, & propemodum inæstimabilis, & quam ei Rex ad primam instantiam dimiserat: *miserus autem Dominus illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.* At ingratus ille conseruo suo solum centum denarios remittere nolebat: *sed tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et prociens conseruus eius, eum rogabat dicens: Patientiam habem me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.* Quod cum intellexisset Rex, tunc vocauit illum & ait illi: *serue nequam omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me, Nonne ergo oportuit & te misereri conseruo tui sicut & ego miserus sum?* sic remissionis schedula rupra fuit & lacerata, omne debitum iterum ad supputationem reuocatum, & tradidit eum Rex tortoribus, quoadusque redderet uniuersum debitum. Commemorata hac parabola epilogus additur notabilis: *Sic & pater meus cælestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris.* Nec enim ore sufficit remittere, aut manus osculo, vel alio palliatæ assentationis poppysmare, sicut faciunt qui aliud fronte simulant, aliud in pectore firmant, sed corde

corde remittendum est, candida & sine labe simplicitate. *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam, & peccat à illius seruans seruabit.*

Quid? quod etiam præcipit Deus vt indulgentiã petamus prout eam alius indulgemus? si sæpè, petamus etiam sæpè, si promptè & citò, etiam promptè & citò eam efflagitemus, si enormium peccatorum, iniuriarum aut contumeliarum, idem faciamus, hæc enim omnia hoc verbo (*sicut*) comprehenduntur.

*Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Eadem mensura, qua debitorum nostros mensi fuerimus remetietur nobis. Secundum vasis angustiam, vel amplitudinem: secundum vlnæ breuitatem, aut longitudinem quam Deo adferemus, sigillo proximi nostri contenti aut non contenti confirmatam, ab ipso Domino Deo mitius tractabimur, aut acerbius.

Adhuc a nobis exigit diuina illa bonitas, vt & sæpè, & sine numero dimittamus iniurias in nos a proximo comiectas, *toties quoties*, & non dicamus: semper idem recurrit, semper idem statuendum, finis nullus: *facilitas venia inuentium perit delinquendi.* *Isaiæ cap. vigesimo sexto. Miserrimus impio, & non discet iustitiam: veterem seruanda iniuriam, inuitas nouam.*

*Isaiæ 26. Cum feceris iudiciatua in terra, iustitiam descendent habitatores orbis.* Hoc, dico, non vult Dominus Deus, sed vt semper condonemus. Hæc siquidem est resolutio, hæc doctrina beato Petro, hominũ animi magnitudine præstanti, data & impartita, præter eam quam omnibus communicauerat dicens: *Si septies in die in te peccauerit frater tuus, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens: pœnitet me, dimitte illi.*

Resolutio autem tunc Petro facta est, cum accedens Petrus ad Iesum dixit: *Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsq̃ue sapient memor*

memor fortassis Petrus erat illius septies, cuius apud Lucam fit mentio. Huic quaestioni absolute & resolutorie Christus hunc in modum respondit: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.*

Luc. 17.

Hoc est, ut adnotant Sanctus Hieronymus & Theophylactus quadringentes nonagies. Nec solum septuagies septies peccanti fratri dimitendum est, ut sonare videtur latina versio, quam sequitur Sanctus Augustinus & Origenes, nam per numerum hunc determinatum, numerus indeterminatus intelligendus est, ut sciamus toties esse fratri peccatum remittendum, quoties in nos peccat. Huic expositioni post Sanctum Hieronymum adheret Sanctus Anselmus, sic enim ait: *Us videlicet peccanti toties dimittere precipitur in die, quoties ille in die peccare non posset: per hunc numerum omnem transgressionem intelligens. Praecipit ergo dimittere septuagies septies, id est universam transgressionem.*

Orig. aut  
eius inter-  
pres in cal-  
ce hom. 6.

D. Ansel.  
in cap. 18  
Matt.

D. Augustinus de verbis Domini ser. 15. q. d. quoties peccauerit, ignosce.

Diuus Hieronymus: Toties dimitte, quoties peccare potest.

Diuus Chrysoft. Non numero conclusit remissionem, sed quod continue, & semper est significat. Ioannes Hesselius in 18 Matth. Quasi dicat semper fratri dimitte si volo.

Def. Erasmus. parag in hunc locum: Non dico, inquit, ignoscendum usque ad offensam septimam, sed usque ad septuagesies septimam: indicans nullum esse prescribendum numerum ignoscentia Christiana: sed quotiescunque respuerit qui peccauit, toties ex animo condonandum esse culpam: penitus eximens ex animo Christiana. no omnem ulciscendi libidinem.

Idem annot. ad hunc locum: Ingentem numerum posuit pro infinito.

Sebastia. Muanterus annot. ad hunc locum: sensus est.

est. quotiescumque poenit et fratrem peccati, debemus ei nos ei condonare.

Paulus Palatinus hic: *Septuagies septies, id est infinities.*

Franciscus Varablus vertit: *Non dico tibi usq; ad septies, sed usq; ad septuagies septenas (vices.)*

Et in annotat. 13. addit: *id est remittes quadringentes nonagies, infinitas remissiones indicat, quasi dicas latius sexcenties.*

Et hoc vult Dominus Deus, quia nihil consentiens est legi naturæ, quæ vult ut id faciamus alteri, quod nobis in simili casu fieri optaremus. Sed quotusquisque est qui proximum non lædat; & Deum ipsum sæpius & acerbius ob infinitam eius maiestatem non offendat? Ecquis mortalium est, qui non percipiet, ut homines, ut Deus ipse ea quæ admittit, diffimulet, ac omne ultionis consilium seponat & abiciat? hoc fac igitur, ait Dominus Deus, omni fratri peccanti in te. *Alter alterius onera portate.*

Hoc etiam vult Dominus Deus quod iuri humano consentaneum sit, quod prohibet ne idem in propria causa pars sit & iudex, quod tamen fit dum iniurias nobis illatas ipsimet vlciscimur & persequimur.

Hoc vult & præcipit Dominus propter duo attributa sibi propria & peculiaria, quæ sunt honor & iustitia, creaturæque incommunicabilia. Quis de de priori sic per Prophetam: *Honorem meum alteri non dabo*, Deum locutum, nesciat? Et per Moysen de posteriori: *mea est ultio & ego retribuam?* Et per S. Paulum: *mibi vindicta, ego retribuam?* Inter tot tam excellentes & præstantes proprietates, quas supremus ille parens suis communicat creaturis, hæcæ duas sibi reseruat, quorum una ab altera dependet. Princeps laudis audus, colit iustitiam eamq; exercet, Qui iustitiã non sectatur, virtutis præmiũ nõ fert, non assequitur eximios honores. Immo dignitas regia sine iustitiã stare nõ potest, ac se tueri, sicut prædonũ aut grassatorum societas, nisi consistat alicuius iustitiæ specie, dissipetur diuellaturque necesse est. *Iustitia & c.*

*Isa. 4.*

*Deut. 32.*

*Rom. 12.*

*Psal. 96.*

*Indicium correctio sedis eius.*

Si igitur non vis vt Deus iniuriarum aut contumeliarum acceptatum vltor sit & vindex, sed ipse eas persequeris, Dei honorem tollis & gloriam, cōuenientissimus quippe modus, quo Deus suum adaugeat honorem & gloriam, est iustitiam exercere. Ideo Deus est, ideo pater est, ideo Dominus & princeps est vniuersi: *Diuum pater & hominum Rex*, vt benefactis honores & præmia, malefactis ignominias & supplicia decernat, studia bonorum excitet, malorum improbitatem coerceat. Et, vnicuique quod suum est reddat. *Rex Iuppiter omnibus idem.*

Et tu, ô miser homuncio, audes Dei officium vsurpare, audes *in alienam messem*, vt in prouerbio est, *facem immittere*? Vis illum præuenire: vis pro ratione sit manus, aut gladius? Vis simul & actor & iudex esse? Dic quæso quid de hac in Deum iniuria censese Deum ipsum, quantum in te est, suo iure priuas, tribunali suo & iustitiæ solio illum deturbas, illudque occupas. Quod si in corde tuo tacitus diceres: Egrede inde Domine Deus, hoc desere tribunal, meum est in eo sedere, te dominum non agnosco, Dominus ipse esse percipio, nonne tu ipso Lucifero detestabilior esses, & execrabilior, qui à Domino Deo nihil auferre, sed similis duntaxat illi esse volebat, iudicareris? *Similis* ita loquebatur, *ero altissimo.*

Immò tu, cum Domino Deo tuo sic expostulas: Iustus non es iudex, colere & exercere iustitiam non potes, tibi eam administrandi nec volūtas est, nec animus: nūquam administrabis: volo igitur illius esse executor. Volo ipsemet Deus esse. Et sic dum zelo vindictæ percitus, stricto & euaginato vis honorem tuum propugnare, gladio, Domino Deo (sacrilegium giganteum) honoré, máximo tuo damno, ac patris tuæ aduersæ emolumento suffuraris. Cum siquidem actor esses, defensor remanes & reus, nec contra vnum duntaxat hominem, sed contra Deum ipsum. Et è contrario res inimico tuo cedit quam optime: *sum etenim defensor esset, & reus, libertate donatur.*

AN

An non vides igitur, ô hominum miserime, quantum detrimento hæc fiat permutatio? Pietas tuo debetur aduersario, nec enim idem bis punitur in idipsum; nec ex vno sacco duplex sumitur molitura: tibi verò ira adscribitur & vindicta, vt enim iniuriæ tibi illatæ ultor esses & vindex, factus es in ipsum Dominum Deum tuum iniuriolosus, falcem in ipsius messem immittens, in ea quæ Dei sunt propria irrepens, & eum sua possessione, expellens & exturbans. O immane sacrilegium! Quod si sceleratus quiquam in te coniecit iniuriam, quid inde? num Deus huius causa fuit? Cur Dei honorem rapere & furari; vt tuum reparares, quem alius abstulerat, voluisti?

Non est quod cum Domino Deo more puerorum colludas, qui vel se inuicem extrudunt; vel dicunt quando se percuto, alterum percute. Vel more eorum, qui in mensa colaphum excipientes, reddunt vicino, dicentes ordine hoc fiat, ad patrem meum tandem perueniet: *Noli errare Deus non iridetur.* Patris sui tempus effluxit, non patitur sibi impingi a lapas, aut iniuriam irrogari, non vult amplius filii Barrabam præponi. Iam honorem alteri dare non vult, ad iustitiam iam incumbit, ius quod à Patre accepit & promeritus est, tuetur inuiolabiliter: *Pater me ne iudicium dedit filio, quia filius hominis est. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Iob 36. *Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies.* Hoc etiam ita vult, quia vt Deus & homo exemplum nobis ipse reliquit. Vt Deus, quando toties nobis ignoscit quoties ad ipsum conuertimur, siue ferius id fiat aut citius, & qualecunque peccatum illud sit: *Cum ingemueris tunc saluaberis.* Quam sæpè dormire, non videre, non audire se simulat, cum nos, qui eius nos famulos protestamur, in eum peccamus, ac ad iracundiam prouocamus? Verè dixerit: *Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os sum.*

*Matt. II.*

Vt homo, nam vt veram & expressam se bonitatis ideam exhibet & clementiæ dicens: *Discite à me quia mitis*

*impis sum & humilis corde.* Quæ non Deus bone, exempla bonitatis, mansuetudinis ac humilitatis cum hominibus conuersans nobis ipse reliquit? Quam semper ad misericordiam propensus, quam pronus ad veniam? Quum die quodam Samaria hospitalitatis expers, Christum nollet admittere, ut ibi pernoctaret, seque ibidem ad tempus refocillaret, Apostoli autem stomacharentur, vellentque ignem de celo dimitti, quo ipsa ad instar Sodomæ, euertetur & penitus absorberetur, digni quippe erant, quorum scelus acri vindicta expiaretur, nonne grauitus illos increpauit, maluitque omnem iniuriam, omne malum & incommodum placide tranquilleque perferre, quam vel in minimo ingratos illos sceleratos & crudeles lædere aut offendere?

Dauid quamuis mansuerus fuisse legatur, in eiusmodi tamen casu aliter ingratum illum, stultum, & avarum Nabal excipere animo suo constituerat, nisi sapiens Abigail eius vxor obstitisset, ac Dauidi obuiam processisset, eius iram lenitura & emolitura. Cum die quodam Pharisei in loco publico, sacro, ac plurimorum hominum præsentia Christum mendacij traducerent, ac hisce verbis eum insectarentur: *Tu de teipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum.* Eique alibi dicerent: *Samaritanus es & demonium habes,* tantum abest, ut se huius iniuriæ ultorem exhibuerit, aut in eos mendacium retorserit, quin potius modestè responderit se veritatem dicere, nec se demonium habere. Ecce ut tam atrocem à se contumeliam remoueat, tantum suorum verborum ostendit veritatem.

Quum Herodes in ipsa passione Christum irrideret, eumque ut stultum candida veste indueret, nullum indignationis signum prodidit, sed altissimo silentio omnia benignè pertulit, ac maxime de animæ illius Tyranni perditione condidit. Vnus Elifæus vsus coniuirasset ad illum Herodem

rodem protinus dentibus discerpendum. Quod cum Sanctus Petrus iusta ira motus in horro praecidisset scelerato illi seruo Malcho dexteram auriculam, Christus Petrum verbis castigauit, & in patientiae specimen semper ostenderet, causam perditae nebulonis contra fidelissimum suum famulum suscepit.

Postmodum eodem ingratisimo Malcho, manu armata, ut asserunt plerique, benedicti Iesu faciem percutiente (iniuria cui par non potest excogitari) non est ultus hoc conscelerati hominis flagitium, sicut merebatur, aut exsiccando manum illam sacrilegam, aut eandem e corpore auellendo (ut euidam Iudaeo euenisse memorant, qui praesumptuose ausus fuit tumbam beatissimae Virginis dum ad sepulchrum deferretur, contingere) aut os illud mutum reddendo, quod tanta cum arrogantia faciendo dixerat: *Sic respondes Pontifici?* Non fuit igitur horum tam immanium facinorum vindex dulcis Iesus, sed ut trium dierum agnellus, sedate haec omnia & moderatè pertulit. Immo coram hoc sacrilego, & hominum omnium quos vnquam contulit scelestissimo, ita sese demisit, ut quasi suum constituerit iudicem dicens: *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cedat* his verbis, crudelis illius & ingrati hominis cor etiam si fuisset adamatinum, rumpi debuisset & in mille partes dispartiri. At de bruto animante, non fit accipiter, nec de scurra paterfamilias. Nec pugnae aut labijs assuescunt aues venaticae.

Sed quod clementiae, bonitatis diuinæ, & misericordiae illustrius haberi potest exemplum, quam illud quo erga Iudam impiissimum suum proditorem vsus est Christus Iesus? notissima erant Christo omnes Iudae intentiones, conspirationes, factiones, sciebat quam peruersus esset publici dispensator loculi, quam egregius fur. Cernebat eò omnes Iudae conatus infecti, ut tandem Christus ipse venderetur, & suis aduersarijs traderetur, & tamen

eum à suo consortio non amouebat intus & extra, in prædicatione, in mensa eum admittebat: *Quæcum dulces capiebat cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Nec hæc mortalium vlli vnquam manifestauit; immò nec dilecto suo, & suo: una secretorum conscio S. Iohanni Euangelistæ, quamuis expresse interrogasset: *Domine quis est qui te tradet?* Et hoc ne alii Apostoli coniurati, & maximè Petrus, violentas in eum manus inijcerent, eumque tanquam scelestissimum proditorem contrucidarent.

Adhæc stupenda fuit Christi patientia, quando ab impudentissima audaciæ nebulone illo, permisit se osculari & amplexari, labia sua diuina labijs illius scelerati & profani tangi & cooperiri.

Quod fecit vt proditorem suum e manibus Sancti Petri eriperet: is siquidem corde iunior & feruentior, quam postularet tam eius ingrauescens ætas & Apostolatus dignitas, haud dubiè in eum quam in Malchum irruisset, impetu ferociori: fecit & hoc, vt illum ab impia sua sententia auocaret, nec eum traderet, quem iam numerata pecunia vendiderat. Vnde tam placidè, tam amanter eum monebat dicens: *Amice ad quid venisti? Quis nostrum, si Christi loco fuisset, tam agnino & columbino fuisset animo, qui non protinus ira efferbuisset, ac cristas erexisset? Quis nostrum non ad instar Leonis furori irarum motus concepisset, ac in hæc & similia verba prorupisset: Ah poltrone! ah, traditor al Rey! Hispanicè. ah! traditore de la carne salata! Italicè. Ah belistre! ah pendart! home desac & de corde. Gallicè. Ah furcifer! ah verbero! lingua Romana. ah vir belial; fili diaboli, vir sanguinum; Hebraico dialecto Hoc & simili elogio Semei Dauidem afflictionum tempestatibus eum agitaretur excipiebat. Patientia trium agnelli dierum tot iniurijs prouocata & laceffita, in arietis & leonis furorè, iamò cõtra proprium pastore prouolueretur & effunderetur. Nõ sic dulcissimus Iesus. Adhuc agnellus erat, non colore*

1. Reg. 16.

mutabatur, non temperie, non sermone fiebat asperior.

*Claud. in  
Manlij  
Theod. cō-  
sulatum.* *Seruat inoffensam, diuina modestia vocem;  
Temperiem seruant oculi, nec lumina feruor  
Asperat, aut rabidas diffundit sanguine venas,  
Nullaque mutati tempestas proditur oris.*

Quod si vocis tonum immutarit, is lenis fuit & placidus, quo ouem illam perditam & aberrantem reduceret, si fieri posset; Et præceptum illud debita condonandi inimicis, suo exemplo nobis ob oculos proponeret. Sic testatur Beatus Petrus: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius: qui cum malediceretur, cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste: Huius fidem facit. ipse pro inimicis suis in cruce oratio, ipse dico iam animam agens & mortem inter dentes habentis: de qua oratione paulò post.*

*1. Pet. 2.*

Hæc igitur exempla præceptis suis innexa, & nimis suis nisi obseruentur adiuncta, nunquid sufficientia sunt, quibus ad misericordiam, & clementiam amplexandam incitemur & permoueamur? Hoc est quippe benè loqui, nimirum quod dixeris opere comple-

*Quid. l. 6.  
fast.*

*Sic agitur censura, & sic exempla parantur,  
Cum iudex alios quod monet, ipse facit.*

Res mira. Si amicus tuus signis quibusdam ostenderet se singulari amore prosequi famulum suum fidelem, immò canem aliquem venaticum, eoque tibi commendaret: ut ei complaceres, nulla ratione in eos iniquius agere, aut eos lædere, etiamsi ab ijs offenderis, velles: etiamsi dico ab vno provocareris iniuria, ab altero moribus commoueraris. Ut autem Domino Deo tuo complaceas, non potes moderatè fratrem tuum perferre, quem tam impensè amat, & quem tam seridè tibi commendat? Atque sic amicus ab amico plus impetrare potest pro seruo

feruo, aut animali, quam ipse Deus huius vniuersitatis effector ab homine creatura sua, pro homine sibi simili, quamuis hæc faciētibus mercedem promittas in amissibilem.

Et quid opus hic commemorare quam sæpè Deus ter Opt. Max. re ipsa ostenderit sibi hoc commiserationis opus gratissimum esse? Exemplorum pleni sunt libri, hoc loco vnicum suffecerit in medium proferre, quod ex varijs tanquam memoria dignissimum, verissimum, & à viris grauissimis scriptis traditum excerpsti, quod in vitis PP. suo loco inuenietis, quas traduxi, & impressæ sunt à Baltazare Bellerio in folio. Hoc rarum & illustre exemplum est Ioannis Gualberti Florentini, hominis nobilissimi, quod anno plus minus 1030. contigisse memoriæ consignatum est. Scribitur igitur de hoc Ioanne, quod cum die veneris sancto illi factus esset obuius aduersarius quidam, qui fratrem suum occiderat, vindex voluit esse eumque confodere. Alter videns se iam in extremo iam vitæ discrimine constitutum esse, nullamque euadendi spem superesse, statim ad illius genua sese deiecit, rogauitque obnixissimè, vt propter eum qui tali die in cruce mortem pro omnium salute oppetierat, vitam suam sartam tectam conseruaret, sibi que ignosceret. Hæc submissio & oratio ita Ioannis Gualberti cor lancinavit, vt misericordia motus non solum ei ignouerit, vitamque cōseruarit, sed prouolutus etiam in terram, posito tormento manuali, & gladio in vaga recondito, illum amplexatus sit tenerrimè & amicissimè, non secus ac paterfamilias filium suum prodigam, promittēs quod loco fratris sui demortui, eum esset in posterū habiturus. Præclarum equidem misericordiæ exemplum hominis, illius nationis, quæ irarū motus, quos semel cōcepit, non facillè solet dimittere.

Sed audite iam (animæ dilectissimæ) vt Dominus Deus hanc misericordiā remunerarit. Hic igitur Ioannes Gualbertus, hoc facto, hoc duello peracto, quo seipsum vicerat inimico suo condonando, in templum

*Paul. Mart. in suis his omnium relig. li. 1. c. 26. & Blasio Mart. diolanensi mutuari.*

plum Sancti Miniati propè Florentiam se ibidem suas Deo orationes oblaturus, contulit, & cum genu coram imagine cruci pro nobis affixi, quæ in medio erat ecclesiæ flexisset: Ecce, ô diuinam bonitatem, ô quomodo Deus nos ut obtemperemus allicit! Ecce hæc inquam imago visibiliter caput suum cum strepitu quodam, & ligni ex quo formata erat contractione inclinavit & inflexit, significabat nimirum Deus quam sibi gratum fuisset & acceptum hoc egregium misericordiæ facinus, quod erga inimicum suum, hic Ioannes pararat. Quasi Deus ipse humiliter suæ creaturæ gratias ageret ob hanc misericordiam inimico purè propter Deum præstitam. Hoc miraculo excitatus idem Ioannes Gualbertus seculo nequam relicto in eodem monasterio Sancti Miniati vitam professus est monasticam. Vobis tam illustre exemplum suffecerit.

Quid dicam? non solum Dei gratiam meretur & benevolentiam hæc misericordiæ virtus, sed hominibus etiam non eorum duntaxat, quibus benefeceris & peccata remiseris, sed aliorum quoque qui sectatores sunt illius, aut lectores vel auditores. Vt enim exosa habemus ea animalia, quæ prædæ inhiant, crudelia sunt, querulosa & bellicosa, cuiusmodi sunt miluij, lupi, vrsi, & è diuerso pacifica, quæ sunt sine felle, sine malitia, vt agnellos, columbas, arundines, caniculas amamus. Eodem modo eos diligimus homines quos ad misericordiam propensos esse videmus; Turcos verò, feroces & implacabiles horremus & detestamur. Ouid. lib. 2. de arte.

*Odimus accipitem, quia vivit semper in armis,*

*Et pauidum solitos in pecus ire lepous.*

*At caret insidijs hominum, quia mitis hirundo est,*

*Quasq; colat turres Chaonis ales habet.*

Boni etiam Patres eas maiori amore prosequuntur proles, quæ mitiores sunt & pacis amantes, turbulenta verò & seditiosa minus amant. Rebecca haud dubiè affectu intensiori suum complectebatur Iacob, quam Esau (quamvis fratres essent gemelli)

sum.

simplex quippè Iacob erat, miris, & in domo paterna pacificus: Esau verò factus est vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Et licet scriptura dicat quod Iacob dilexerit Esau, non tamen hoc simpliciter asserit, sed adiungit propter venationem id factum fuisse: Iacob enim libèter in sua decrepita ætate carne vesceretur ferina quam diebus singulis afferebat Esau. Isaac amabat Esau, eò quod de venatione illius vesceretur. Quod igitur adferebatur, diligebat magis quam ipsum adferentè, ollam magis quam magirum. Sportulam diligebat & perulam. Dicitur etiam quod Iuppiter graui odio Martem fuerit profecutus, eo quod inter omnes eius filios, & spurios, nullus fuerit Marte tumultuosior, nullus bellicosior. Vidi ego matrem præ gaudio illachrymantem, vel simulantem se illachrymari, dum filij cuiusdam bonitatem & mansuetudinem, qua ceteris præstabat, recenseret.

Quid contingit frequentissimè, vt aduersarios nostros parcendo potius quam vindictam sumendo superemus, eosque nobis subijciamus. Sic D. Gregor. Nazianz. orat. 28. de funere patris. Sapenumèrò magni ad salutem momenti est, ignoscendi facilitas, eum qui iniuriam intulit pudore coercens, atq; à metu ad amorem & beneuolentiam multò tutiorem certiorèq; traducens.

Claudianus in Coni. Manlij. Lenè fuit Nilus sed cæcis omnibus extat,  
Vilius nullas confessus murmure vires.

Et paulò post.

Pax maiora decet: peragit tranquilla potestas,  
Quod violenta nequit: mandatq; fortius urget  
Imperiosa quies.

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus;  
Franges, si vires experiere tuas.

Dextera præcipue capit indulgentia mentes:  
Asperitas odium, sanaq; bella mouet.

Obsequium tigresq; domat, iunidosq; leones.

Responsio n. ollis frangit irâ, sermo durus suscitât furorè.

Hoc vno aut altero exemplo memorabili illu-

Onik.

Idem li. 2.  
de arte.

Præm. 152

stremus ac confirmemus. Litteris consignatum legitur Heremitam fuisse, cuius tugurium cum prædones inuasissent, dixerunt: venimus huc, ut omnia quæ habes diripiamus & expilemus. Respondit ipse: auferte hinc filij quæcunq; volueritis. Cum verò ea quæ habebat Heremita, desportarent, iamq; discederent, vidit adhuc loculum dependentem in vincto, quæ bonus ille vir statim accepit, & infecutus est eos dicēs & clamās: filij accipite adhuc hoc quod estis obliti. Quid accidit: Prædones hi hominis patientiam demirati, quæcunq; suffurati erant restituerunt, & revertentes ea in suum locum unde abstulerant importarunt, dicentes: verè homo iste, homo Dei est. Sic plus potuit mansuetudo quam fortitudo.

Greg. li. 1.  
diab. c. 2.

Narrat quoque S. Gregorius, quod cum Abbas monasterij Fondensis quodam die iter faceret, incidit in equites grassatores, natione Gothos, quem cum equo deturbassent, obtulit illis scuticam, quam in manu tenebat, dicens: hanc etiam scuticam accipite, erit enim vobis vsui ad excitandum equum. Quid obigit? Equites hi pergentes ad Vulturum fluvium pervenire, at equis reluctantibus & recalcitrantibus hætere ibi coacti sunt. Memores iniuriæ quæ homini Dei intulerant reuersi sunt, ut ei equum redderent. Cum verò recusaret, nec vellet equum recipere, elevarunt eum & equo imposuerunt, eius sine dubio mansuetudine victi. Videtis quantum huic bono patri patientia profuerit & clementia? Longè aliter, ut populari sermone dicitur, accidit pauperi illi homini, cui cum milites mediam panni partem, quem ferebat, eripuissent, ratione se huius iniuriæ in die illo iudicij districto reddituros minabatur. At hominem irridentes, alteram quoque panni partem quæ habebat, tanta dilatione alleciti extorsērunt.

Senec. l. 1.  
natur. 7.

Immo nec Leones eos, qui molliter loquuntur, offendant. Fulgur minus nocenti rebus mollibus, quam duris solet inferre. Senecam loquentem audiamus: *Loculis integris ac illæsis, conflatur argentum: manente vagina gladius liquefit; & inuoluto ligno, circa pila, ferrum omne distillat.* Dicamus igitur

igitur cum S. Chrysoſtomo: *Si nihil à Deo huic indulgentia, præmiij proponeretur, at quia omnes beneuolo, & epist. ad benefico fauent; omnes illum admirantur & laudant, & Philemonem non iubente Deo, remittere debebamus debitoribus nostris.*

Quid iam dicemus de tranquillitate illius animæ, quæ citò ac promptè offensas commissas remittit? illa trititia & amaritudine assidua non vrgetur, quæ solita est ossa exsiccare.

Indormit securè & quierè. Non modos, non dolos quibus iniuriam sibi illatam propulset machinatur. Nò somnijs inquietatur, quæ timorem incutiant & horrorem. Non rancore conficitur, si occasio, aut modus se vindicandi non se offerat. Non rebus alterius macrescit opimis. Furijs non exagitur. Conscientiæ remorsu non diuexatur, quod vel non condonari, vel plus æquo sese vindicari, ut iram & vindictam prorumpentibus contingit, ubi iræ igniculi fuerint sopiti. Nec metuit ne aduersarius par pari referat, & nouis iniurijs aut contumelijs de integro eâ laceſſat. Nam ut trito celebratur sermone, *qui bellam dat, bellam expectat: Qui qua vult dicit, qua non vult audiet.* Rectè Terent. in Andriæ prologo: *Dehinc ut quiescant porro moneo, & desinant maledicere, malefacta ne noscant sua.* Non timet ne aut Deus, aut sancti qui cum eo regnant acerbius in eam animaduertant: nam eos qui seultores exhibent & vindices oderunt & detestantur: *Videntes conserui eius qua fiebant, contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt Domino suo omnia qua facta fuerunt.* Timore non concutitur, quoties Deum precatur, orationemque profert Dominicam, quod est Euangelij totius & fidei compendium, & breuiarium, ne oratio sua annexa habeat peccatum, mentiendo & dicendo se debita dimittere, cum tamen non dimittat. Aut ne importuna sit oratio sua, inefficax, vel penæ meritoria diuinæ, cum & velit ad semper voluerit vindictam de aduersario, quantum in se est, & fuit, sumere: *Dimittis nobis sicut dimittimus.*

O quantam nobis parit hæc clementia tranquillitatem, *mansueti heredit abunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Et hoc insinuabat, mea quidem *M. b. 11.* sententia, Christus Iesus, cum diceret: *Iugum meum suauis est & onus meum leue.* Et, cum suo exemplo nos ad hanc mansuetudinem prouocasset, adijceret: *Et inuenietis requiem animabus vestris.* Nunquid & Apostolis die quodam dicebat: *In patientia vestra possidebitis animas vestras?* Fælices igitur animæ illæ quæ benignæ sunt & misericordes. Iam prægustare incipiunt primitias & suaves cælestis patriæ fructus, & in hac miseriarum valle quendam velut terrestrem paradisum experiuntur. Ac tandem ex vno in alium immigrant. E contratio animæ implacabiles & vltices ex inferno in infernum præcipites corruunt: *Ex hoc in hoc: Ex hoc in illud.* Quæ cum ita se habeant, quisque pro vicularum suarum modulo imitari studeat patrem filij illius prodigi, de quo scriptum legimus: *Et misericordia motus.*

*Ibid.*

## II.

**QVOD ANIMAE GENEROSIORES,**  
*sint ad misericordiam propensiores, & quod*  
*misericordiam doceat ipse natura instinctus.*

**N**ihilominus (quod sanè mirandum est, & tanquam horrendum in Christianismo monstru habendum) nostræ ætatis Christiani. immò ij qui cæteris omni virtutū genere deberent præluce, Domini nostri ac nobiles, suo se honori plurimū consulere arbitrantur, si quasuis iniurias aut cōtumelias sibi vel suis irrogatas, animo vlciscantur implacabiliter. *Litem mouebunt, si vel a sinus mordeat canem.* Sic ferè Commodus Imperator homo equidem parum commodus, qui cum annorū esset duodecim, ac se in balneis ablueret, contigit vt a musca pungeretur, quod adeo indignè tulit, vt ipsum balnearum magistrum

in fornacem viuum iusserit dari præcipitem. In eam abripiuntur opinionem, vt existiment se maiorum laudes obrerere, se nihil animi in corde, se nec vnam honoris habere, se dignos esse, qui potius cum fæminis sarciant, vel sila ducant, quam se gladio & pugione accingant, nisi omnino iniuriam illatam vlciscantur, nisi vel duello vel alia ratione seiplos contrucident & iugulent, etiamsi tantum vel musca malè eorum oculos præcutrat, si vel leuis rumor eorum aures, qui minus placeat subintrer, si iniiquus eos oculus conspiciat:

*Quantulacumq; adeo est occasio, sufficit ira.*

*Inuenal.*

Egregij profecto homines, qui se Dominos non reputant, nisi & in duello magni sint Domini, nec nobiles, nisi vita & moribus ipsos referant Ethnicos, imò ipsis Ethnicis vitam viuam contaminatiorem. Nec claris se natalibus ortos ducunt, nisi statim in eum arma corripiant eumque lædant, à quo vel in minimo læsi sunt: vt si vel mendacioli alicuius illos arguat, vel aliquid effutiat quod minus eis placeat. Quod si sine vindicta iniuriam remittant se indignos nobilitate omni arbitrantur. At si mendacij quempiam traduxerint in eumque fuerint iniuriosi, mallent sibi ceruicem ab humeris auelli, & miserè sibi vitam adimi, quam remissionem exposcere, & satisfactione honesta cum offenso in gratiam redire.

*Vide mon  
dum satis  
faciedi in  
Ierony. d.  
Vurea in*

*suo dialog.  
de vero  
honore  
militari  
Pag. 69.*

Misera sanè hominum istorum conditio: non intelligunt in quo verus equestris & militaris honor consistat, sed suo loco eum deturbantes, transferunt in res nullius valoris & momenti, & vt sic loquar, de asini sæpè vmbra disputantes, aut de fumo discrepantes, tandem ad singulare certamen descendunt. Non intelligunt generosi militis honorem non in hoc situm esse, vt quis se tanquam Rodomontium gerat, vt se buccis conrepanibus ostendet, insolentius fortitudinè suam efferat, iniuriã amicis afferat, alijs lites intentet, socios pro quavis re ad certamen prouocet, sed veri militis est, in hoc totis viribus incumbere, vt

ne latumvnguem à vere virtutis semitâ deflectat: suorum affectuum motus rationis magisterio subijciat, à lege Dei sui nunquam refiliat; fortis & magnanimus in publicis certaminibus, in iustis & licitis, in quibus fama paratur immortalis, existat. Quid honoris meretur (sic loquitur doctus quidam Cæsariensis Episcopus R. mus Pater F. Chrystophorus Chelfontanus) qui & personam, & alterius bona in continuo ponit & tenet periculo? Non scio, nisi honorali dignus sit, qualem merentur lupi, leones, aut Diabolus ipse animarum ab initio hostis & aduersarius, & Rex super filios superbiæ.

Quo honore dignus est is, qui proprio deceperit iudicio illud dedecus arbitratur, quod Deus, boni & sapientes honorem iudicant & asserunt; nimirum iniurias fortiter ac sapienter ferre, easque excelsi animo remittere? Et illud pro honore ducere, quod Deus, & boni, & sapientes dedecus esse & ignominiam existimant, scilicet brutalem exercere ferocitatem & crudelitatem, velle sibi similem opprimere, aut à sibi simili opprimi, velle hominem homini, non solum lupum esse, sed plusquam lupum? nec enim tanta est luporum inter se cædes, tanta carnificina, quanta inter ipsos homines reperitur. Quis honor est falsò opinari, quod homo alteri honorem auferre possit, etiam si in eum iniuriosus esse queat? Honor virtutis semper comes est, illi adhæret firmissimè, non secus ac corpori umbra, honorantur semper qui virtutum splendore coruscant. Alterum nemo honore priuare potest, nisi prius eum virtute, qua præditus est, & cui coniunctus est priuet. Qui virtute instructus est, solus se honore priuare potest, dum scilicet virtute posthabita, vitium amplectatur: *nemo laditur, aut spoliatur honore, nisi à seipso.*

Quod si honor ab eo, qui virtutis ornamento decoratus est, auferri nõ potest, sed vitio dumtaxat proprio deperditur, quæ hæc stultitia est & dementia, ut quis illud modis omnibus prosequi velit & viribus omnibus recuperare, quod ei ablatum non fuit nec auferri

auferri potuit? Quis hominem illum non irriserit, siue Dionantinus fuerit, siue Manbeugius aut Arcadius, qui vitro, citroque equum perquirebat tanquam perditum, cui tamen infidebat? Aut senem illum iam excutientem, qui libros suos voluebat & reuoluebat, chartas scriptaque sua excutiebat ut ocularia siue perspicilla crystallina uel vitrea de integro inueniret, quae naso suo subnixa tenebat? Sic de eo philosophandum qui honorem perquirat, quem non amisit, nec ab eo auferri potest.

Deinde quid honoris meretur, qui aded pusillo animo est & abiecto, ut choleram etiam minimam refrenare non possit & comprimere, aut aded delicatus est & mollis, ut nequeat morsum aliquem, muscae morsu minorem æquanimiter perferre? Quo is honore afficiendus est, qui gladiatoris & bustuarij, immo lanionis, aut carnificis fungitur officio? Et præsertim cum non sit inscius quod Dominus Deus, Ecclesia, princeps, duella serio prohibeant, præcipiatque ecclesia Catholica, ne eorum corpora, qui duella committunt in loco sacro sepeliantur, si eos contingat in duellis occumbere, uelutque alibi non sepeliantur quam in campo inter brutorum animantium ossa, quibus facti fuerint non absimiles, nimirum *sepultura a sine*.

An honor est, suum contemnere principem, matrem ecclesiam adspernari, Domino Deo creatori suo non obtemperare, vitam, corpus, sepulturam, quæ omnes naturaliter diligimus Christiani, Gentiles & Barbari, negligere & nihili facere, terram amittere, non propter cælum, sed propter infernum, propter nimirum honorem, quem fugimus esse & non est? Quid honoris habuerit is, qui ut alto stemmate natus inter ignorantes habeatur, uult malus reputari Christianus, & tanquam refuga aut apostata ab omnibus probis ac doctis Theologis pronuntiari?

*Bono probari malo, quam multis malis.*

*Laudari à malis vituperari est.*

**Quis honori uertat, si quis tam temerè vitam suam**

**discrit**

discrimini obijciat, immò animam suam Dæmoni deuoueat? Nemo siquidem in dubium reuocari, quin talis, dum in eiusmodi certaminibus ex hac vita abripitur, supplicij addicetur sempiternis, tum propter inimicitiam mortalem, non habitualemente duxat, sed etiam actualemente, quæ cum è viuis excedit; tû propter trium legû. Principis scilicet, ecclesiæ & Dei transgressionem. Anima dico hominis eiusmodi, quæ sola omni honori præferenda est, & mille mundis anteponeuda, quæ alio non est redempta pretio, quam morte & sanguine Iesu Christi Domini & Saluatoris nostri:

Sit protrito adagio Abbas quidam irridetur quod hos versus in hunc modum distinxerit.

*Porta patens esto nulli, claudaris honesto.*  
cum dixisse debuisset:

*Porta patens esto, nulli claudaris honesto:*  
est equidem hic sensus verus & genuinus. Hinc nostris Proverbium est: *Pro uno puncto suum Abbas amisit asinum.* Quis eum non irrideat, vel potius eius stultam nobilitatem despectat, qui propter honoris punctum imperceptibilem, non asinum, (licet asinus ille verum fuerit animal, vel monasterium aliquod quod *Alna ab alnis arboribus* denominatur) sed miseram perdit animam? O damnum indicibile! ô stultitiam deplorandam! pro re tam pauci momenti animæ suæ iacturam facere!

Respondent ipsi & dicunt, quod non ut Christiani, sed ut nobiles eiusmodi singularia certamina ineanat. Illis respondeo me euangelium non scire, quod aliter pro nobilibus, in materia iniuriæ, remissionis, reconciliationis, rationis & iustitiæ loquatur, quam pro ignobilibus. Sed nec video quod nobiles Christiani sint alterius speciei, quam sint infimo & obscuro loco nati: nec facultatem aut privilegium aliud habeant, quam rudis & imperita multitudo.

*Virg. l.*  
*Æneid.*

*Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.*  
Nec video etiam quod Christianus & nobilis dicitur  
sit

Ant personæ, quarum altera hoc licitè facere possit, seque saluare; altera minimè.

Memoriæ proditum est, quod cum semel quidam annosus rusticus videret Archiepiscopū Coloniensem magno cū apparatu & multis stipatum militibus iter facere, subrisit; cur rideret interrogatus, respondit se risisse ac demiratum esse, quod Sanctus Petrus Christi in terris Vicarius pauper & inops, successores suos tam diuites reliquisset & opulentos, qui militarem potius, quam ecclesiasticum statum præferant. Respondit tunc Archiepiscopus, se ducem esse & Archiepiscopum, & quod tanquam dux militares secum haberet copias: at in ecclesia se tanquam Archiepiscopum gereret. Rusticus intulit: Domine, vellem diceres mihi: quando Dominus dux erit cum dæmonū omnium colluue, vbi tunc erit Dominus Archiepiscopus?

Sanè possim, & iustiore titulo, irridere ritus brutales & barbaros Christianorum nobilium, qui honoris punctum tanti faciunt, ab ipsiq; petere: Domini, quando Christianus in duello mortè oppetens damnabitur, vbi erit nobilis: An Deus & Diabolus spoliū diuisuri sunt & dicturi: *nec mihi nec tibi, sed diuidatur?* Et Iesus malum Christianum Diabolo tradens, nobilem priuilegium pro parte sua assumpturus est? Aut dicet dæmon Domino Deo: *Da mihi animas, cætera tolle tibi?* quæ hæc partitio fieri potest? Et si fieri posset, optaretisne, vt nobilior ac melior vestri portio, anima nempè, in perpetuum perderetur, vt honor prætensus saluaretur? Verum ne in re tam seria & tanti momenti videamur nugari, Respondeo quia tam alto genere oriūdi estis, ideò meliores esse debetis, placabiliores, & misericordiores: nam non solum inter homines, sed inter etiam ipsas bestias nobiliores ferè sunt ad misericordiam propensiores, & flexibiliores. Et profundiora flumina lentius solent defluere.

Curtius docet *altissima quæq; flumina minimo sono delabi.*

Demost. orat. ad Alexandrū magnum: *Nihil habes*

Rea

In sent.  
memorat.  
Pag. 14.

3. Reg.

Rex Alexander, vel fortuna maius, quam ut possis: vel  
patura tua melius, quam ut velis seruare quamplu-  
rimos.

Quid. lib. 3. Trist. eleg. 5. Quo quisq; est maior, magis  
est placabilis ira:

Et faciles motus mens generosa capis.

Silentio hic præterimus quam clemens & benignus sit Dominus Deus noster, cuius magnitudo infinita: Etiam tacemus Iesu Christi misericordiam & bonitatem, de puris siquidem loquimur hominibus.

Romani illi triumphatores arrogantes, rerum Dominis, nunquid omnium fuerunt hominum generosissimi, ad arma nati, inter arma educati, ac per arma ad summum honoris fastigium subiecti? Quid illis ambitiosius, quid honoris defendendi studiosius? animosius ac acerbius pro honore decertabant, quam possent nostri vnus aut quatuor anni domicelli, pro qualicumque honore duellum suscipientes & tanquam pro aris & foris dimicantes. Et tamen nobiles illi Romani gloriabantur seque ostentabant quoties virtute constanti & modestia suorum amicorum infirmitates aut iniurias perferrent, ut his duobus rebus inimicorum vires frangerent.

Quis principum si ab aliquo infimæ nobilitatis homine, homine dico ad instar fungi vnus noctis nouo, ad iram prouocatus fuerit, arma vlturus sibi factam iniuriam corripit, quin potius virtutem suam & animi magnitudinem in remittenda iniuria manifestam esse percipit? non vult videri in illâ perferenda exili animo esse, sed excelto & constanti vult illam perferre, cum illam inferens sibi par non sit, sed quæ si vellet nullo negotio & quasi ludibundus conterere posset & opprimere, *Aquila non capit muscas*. *Vincere seipsum magna est victoria*, ait Pibrac.

Paucis de fundatore Romani imperij loquamur, & de quibusdam Imperatoribus, qui eum secuti sunt. Quid vnquam mundus vidit clementius Iulio Cesare? Hic a lachrymis abstinere non potuit Pompei

in illa

inimici sui caput adhuc sanguine conspersum conspiciens. Quid clementius Iulio Cæsare, qui nūquam vitam alicui eripuit nisi in armis existenti? Quid clementius illo qui omnibus condonauit? Quid clementius illo, qui plures aduersarios suos suæ restituit pristinae dignitati ac honori? Quid clementius Iulio Cæsare, qui se vitam reddere posse exoptabat ijs qui in ipso certaminis ardore occubissent. Quid clementius Iulio Cæsare, qui non ob aliam causam quā ob bonitatem è viuis abreptus est. Tam bonus fuit & clemens, vt inter cætera honorum genera quæ decreti ei fuere, sancitum sit, vt ei templum clementiæ extrueretur, gratiæque redderentur, pro ea qua in victoria vsus erat, humanitate. Cic. Orat. pro Rege Deiotaro. *Cum facile exoreris Cæsar, tum semel exorari soles. Nemo vnquam te placauit inimicus, qui vllas resedisse in te simulatis reliquias senserit.*

L. Lipsius amicus meus lib. 1. monitorum & exp. politicorum c. 17. nu. 14. ille C. Caluo oratori, qui famosis epigrammatibus profciderat, cum de reconciliatione significasset, prior & vltro scripsit tanquam ipse lassisset. Idem Catullum Poetam, qui fama eius perpetua stigmata ( & nunc leguntur ) versibus inusserat, satisfacientem, eadem die adhibuit cana.

Cæsar Augustus eius adoptiuus modo vsus est eo. *Sueto in*  
 de: Cum enim quadraginta esset annorū, & amplius, *vitam*  
 & in Gallijs demoraretur, fidelique sermone denun- *Aug.*  
 ciaretur, quod nobilis quidam iuuenis, cui nomen erat L. Cinna, Pompeij magni nepos, ei strueret insidias, simulque vbi, quando, & quomodo hoc se executurum imaginabatur, manifestaretur: nimirum cū Cæsar sacrificijs offerendis intentus esset. Etiam si iam alias huic L. Cinnæ ignouisset, & patrimonium quod fisco cedere debebat, idem integrum reliquisset, immò bona ipsius auxisset vnus beneficij & sacerdotij collatione, tamen clemens hic Imperator homuncionem hunc ita relapsum iussit accersiri, vt solus solum alloqueretur, & data ei sede sic eum affatus est: Rogo te Cinna ne meum interpellas sermo-

T ncm,

nem, etiam te benignè, ac placidè audiam. Tunc beneficiorum, quæ in ipsum Cinnam contulerat, facta breui enumeratione: nimirum ut ei vitam cum tamè in inimicorum castris repertus fuisset, donasset: ut patrimonium ei liberum reliquisset: ut eum beneficio ornasset & honestasset. Tandem subiunxit, cur ait, morte me dignum iudicas? Cum Cinnam his verbis iam tremore prostratum cerneret, asperius in eum nihil locutus est.

*Ambr de obitu Theodosij.* D. Ambrosius sic de suo Theodosio: Beneficium se putabat accepisse augusta memoria Theodosius, cum rogeretur ignosceret; & tunc propior erat venia, cum fuisset commotio maior iracundia: & optabatur in eo, quod timebatur in alijs, ut irasceretur. Hoc erat remedium reorum. Qui nunquam veniam confiteri negavit.

Carolus Magnus, magnum illud Saracenorù flagellum, deuictis Saxonibus, & suo imperio subactis, omnes eis in ipsum alienationes & perdulliones remisit (quæ fuerant frequentissimæ) ea tamen conditione, ut sacro baptismatis fonte tingerentur, fidemque Iesu Christi salutarem amplexarentur. Lipsius inimicus meus, duo memoria dignissima de huius magni Principis clementia erga filium proprium & filiam narrat, & quamuis auctorem non referat, decentis tamen mihi sufficit auctoritas: ipse dixit. At igitur quod cum in eum filius eius Pipinus conspirasset, hocque iam pro comperto haberetur, ei condonauit: relapsus est, iterum ignouit, modò tamen anima tam inconstans tertio prolaberetur, religionem meditaretur, eamque ingrederetur. In quo duplici eum beneficio complexus est. Vno dum veniam indulsit: altero dum viâ ad aliud regnum & imperiû, Franciæ excellentius, adipiscendû monstrauit.

Rursus recenset quod filia eum offenderit. Quædam Eginhartus à secretis erat Carolo magno, & in aula morabatur homo doctus & prudens, sed arte amandi parû peritus. Is Domini sui filiâ quâuis disparisplacitè esset conditionis, adamante: filia etiâ huius capta fuit amore. Malû. Ignè, quo flagrabat, vi amantibus

ferè mos est, furtiuus extinxere aquis: secretò & nemi-  
ne conscio aliquo tempore mutua se se commixtione  
defædarunt. Tandè cù quadam nocte Eginhartus in  
Principis infantis cubiculo secreto esset, & sub auro-  
rà inde vellet egredi, vidit totù pauimentù niue stra-  
tù. Pauperculus quid faceret? si progredieretur, ex ve-  
stigijs aliquè hominè in Dominatum secretis cubi-  
culis fuisse, agnosceretur facillimè. In his angustijs ei  
consilio, astutia, fortitudine luccurrit amica. Eum ad  
instar baiuli Parisiësis, humeris suis imponit, efferit hoc  
dulce onus pro viricularum modulo. Sed ecce (ò casù  
aduersum, simulq; prosperum) Carolus magnus ex in-  
opinato adest, videns filiam suã tam insignè baiulam,  
doler pariter & subridet. Vtrumque nota, tunc sapiès  
ille Princeps dissimulabat. Illucescente iam diè suos  
conuocat Principes, rem gestã vt iucundam sic igno-  
miniosam, exponit, consiliũ petit, (neminè tamen  
nominando, & auctorem huius tragicę comedię sub-  
ticendo,) qua multari debeat pœna, qui tã nefando  
scelere Dominũ suũ offendisset, & quid mereretur fi-  
lia quæ in parentè tã eslet iniuriota? Vno consensu  
responderunt omnes, eos mortis reos esse. Tunc ius-  
sit coram se vtrũq; accersiri, & in publica purpura-  
torum corona sic ait: Hi sunt, Domini, delinquères.  
Et tu Eginharte, & tu filia mea quæ vos dementauit  
audacia? Negare non potestis; nam me inspectorem,  
me accusatorem, me iudicem & vltorem habetis. Ni-  
hilominus experieris Dominum, & tu parentem cle-  
mentem. Ignoscimus vobis, hac tamen conditione,  
Eginharte tuam hanc concubinam duces in vxorem,  
vuite concordēs, & mutuis vos officijs subleuate.  
Sic magnus ille Imperator hos duos summo, quo  
consternebantur pauore, exemit, eosque summo  
gaudio perfudit: Patri & Domino tam clementi  
gratias, vt potuerunt pro tanto beneficio egerunt,  
ijsq; amplissimus ille Principum consensus congra-  
tulati sunt.

Vnum adhuc exemplum clementiæ Romanorum  
Imperatorũ & vnus adhuc Caroli, & tunc finem his

*Guenava  
in aureis  
epist. in  
fine.*

imponemus, proferamus, Dum steterint Herenles  
columnæ, dum mundus permanferit, noster Ganda-  
uensis Belgicus felicitis recordationis Carolus quin-  
tus in ore hominum erit, & ob in subditos clemen-  
tiam eius memoriam excipiet & tuebitur immorta-  
litas. Siue in Hispania dum perduelles quidam da-  
ce Ioanne de Padille fuere: Siue in Germania sub du-  
ce Saxone; siue Gandauu ubi natus fuerat, & ubi om-  
nes ab eo alterationes remissa sunt, & pauco sangui-  
ne conuulsa, quamuis *sine sanguine non sit remissio.*

Cum die quodam, mirum dictu, vnus qui ei a con-  
silijs erat bellicis, suaderet Gandauum, totius  
Flandriæ oculum pulchriorem deleteret & funditus e-  
uerteret, eminētiorem totius ciuitatis turrim secum  
conscenderet iussit, ei que dixit: Oculis curiosis non  
cursorijs amplitudinem & parui illius mundi pul-  
chritudinem perlustraret, eum esse in Flandria ad in-  
star Parisiorum in Gallia. Deinde petijt quorū His-  
panicæ pelles, tantæ chirothecæ conficiendæ forent  
sufficientes. Cum quid alter responderet non habe-  
ret, eum, vt fertur, perpetuo damnauit exilio, quod  
tam crudele dedisset consilium. Vtinam nunquam  
tale crudelitatis monstrum orbis vidisset. Historicus  
quidam eius famosus in multis Iulio Cæsari eum  
comparat. Et tandem concludit: *Clementia autem v-  
triusq; (Iulij Cæsaris scilicet & Caroli V) æqualis, &  
fortassis in Carolo maior fuit. Sic verum est, quo quisq;  
est maior, magis est placabilis ira.*

Taceo quod & inimici soliti erant dicere. *Roges Is-  
rael fuisse clementes.* Taceo quod Dauid ipse, vt se diui-  
næ gratiæ commendaret, suam proponebat bonitatem  
& facilitatem: *Memento Domine Dauid & omnis man-  
suetudinis eius, quæ eluxit dum Absalon fratre suū Am-  
mon confodisset: & dum ipse Absalon contra Patrem  
suum conspirasset: tanta quippè fuit Dauid clemen-  
tia, vt exercitus duci præciperet dicens: Seruate mihi  
puerum Absalon: Dum etiam blasphemator ille Simeli  
in ipsa fuga, Absalon persequente, maledictione sua  
afflictio afflictionem addidisset, Silentij velo hic cetera*

pat parentes Reges, quibus nihil fuit clementius, cō-  
 rego. Vt inter alios Alexandrū illū magnū, qui cū Po-  
 rum Indiarum Regē praelijs fregisset, isq; in morbum  
 incidisset, non minus impensè eum curabat, quam si  
 pro eodem decertasset. Cum verò, præter omnium o-  
 pinionem conualuisset, illum in amicorū suorū albū  
 referre nō est dedignatus: Et paulò post, teste Curtio,  
 eidem Regum suo maius & florentius donauit.

*Curtius  
lib. 3.*

Eiusmodi exempla Regum subtriceo, vt exempla  
 imperij Romani sacri, cum imperij Romani profani  
 exemplis contexam, hoc est clementiā Romanorum  
 Pontificum clementiā Romanorū Imperatorum cō-  
 iungam. Quid maius in mundo, quid nobilius eccle-  
 sia sacerdotio? Quā sanctis Patribus triplici ornatis  
 corona? Sic hoc nihil clemētius est sacerdotio, quod  
 aliud nihil petit, aliud nihil oprat, nisi vt soluantur  
 peccatores, eisq; venia donetur *toties quoties*. Nihil  
 hoc sacerdotio clementius, quod non sanguinolēto  
 vtatur gladio, sed spirituali, & quidem rarissimè & so-  
 btijsimè. Nihil sacerdotio catholico misericordius,  
 quod contra Nouatianos hæreticos constantissimè,  
 peccatorum remissionem post baptismū lapsorū pro-  
 pugnat, & pro ea vsq; ad effusionē sanguinis, vbi opus  
 est, digladiatur. Clamat igitur & protestatur quod nō  
 semel dumtaxat, sed omni tempore Dominus miseris  
 peccatoribus misericordiam benignè tribuat.

D. Cyprian. ser. de cana Domini sub finem: *Velit  
 nolit Nouatus hæreticus, omni tempore Dei gratia recipit pa-  
 nitentes. Seneca: Nunquā sera est ad bonos mores via. Nulla  
 penitentia sera nūmodo vera. Quis sublimius Iesū Chri-  
 sti Vicario?*

*Ouid. lib.  
2. fast.  
\* al. gen-  
tibus.  
\* al. Ro-  
mana.*

\* Regibus est alijs tellus data limite certo.

\* Pontifici spatium est urbis & orbis idem.

Hoc tu per terras quod in aethere Iuppiter alto

Nomen habes; hominum tu pater, ille Deūm.

Tantæ sunt dignitatis Romani Pontifices, vt eos  
 Christiani fideles, Reges etiā & Imperatores adorent,  
 & pedes exosculentur eorū, arma ante eorū pedes de-  
 ponant, gladiū & arma ab ipsis accipiant, pro ipsorū

defensione gladium corripiant, & vagina diripiant atque educant, iureiurando se pro iisdem decertaturos promittant. Verè. *Genus electum, regale sacerdotium.* Vt summæ sunt dignitatis, ita clementissimi sunt, placabilissimi, & ad remittendum propensissimi. Ob eorū oculos semper illud cuiusdam sapientis antiqui obuersatur proloquium: *maximam potestatem accipiens, datorem potestatis iuxta possibilitatem suam debet imitari. In hoc autem Deum maximè imitabimur, si nihil iudicauerit, quam misereri pretiosius.*

Satis intelligunt non decere, vt aulæ præfectus Domini alicuius parcus sit & tenax, cuius Dominus liberalis sit & munificus; crudelis sit, & implacabilis, cuius Dominus ipsa sit bonitas, vt est Iesus Christus. Etiam sciunt rationi parum consonum esse, vt quis ductus sit & inexorabilis, cum primus summorum Pontificum tam facilem in condonando magistrum habuerit, quem tamen tam ignauè denegat & rotas. Probè norunt, vt Senecæ verbis vtat: *quod superioribus, & in fastigio collocatis nihil sit pulchrius, quam multarum rerum veniam dare, nullius petere.* Hinc ab illis in nos tot excellentes, tam copiosæ, ac frequentes promanant indulgentiæ. Hinc semper parati sunt deuios in sinum suum obuijs vlnis recipere. Hinc Paulus 4. Pontifex, quodam die hæretico ad veram fidem conuerso, ad pedes suos prostrato, & defluentibus lachrymis veniam petenti dixit: ecclesiam suam suum nunquam ijs ocludere, qui ad eam reuertentur. Efferatæ esse crudelitatis ad pedes prouolutos non benignè tractare, eosq; paternè suscipere. Nec minus amicè & dulciter cum eo egit, quam paterfamilias, vt mox dicemus, cum prodigo euangelico.

Hinc ætate nostra Clemens 8. Papa tam amantè brachijs suis complexus est, & gyro ecclesiæ adserpsit Henricum magnum huius nominis 4. Franciæ & Nauarræ Regem, quamuis lapsus fuisset relapsusque. Et cur illud quis silentio inuoluat, cum sanctus Paulus libetè de seipso dicat: *Blasphemus sui & persecutor.* Quamuis igitur alias, vt quidam scriptis prodiderit,

Seneca 2.  
de Clem.  
sap. 3.

istis  
Paul  
tanc  
fang  
mo  
com  
S. Pa  
aliqu  
desp  
exist

P  
mer  
tis r  
mif  
tius  
por  
inf  
han

P  
rab  
erg  
Pri  
mo  
prio  
exc  
sta  
pe  
ner  
tam  
ter  
pro  
n  
ter  
vo  
mi  
ni  
e

vilis

visus sit præfulgidis armis munitus, non secus ac S. Paulus, ecclesia Romanam, ipsum Regē, ipsam Galliā tanquam dux & coryphæus impugnare, aduersariorū sanguine vique effuso, varia loca adtergere, fumo & puluere loca, per quæ eius exercitus ferebatur complere, tamen à modo viuendi tandem resiliit. Sic S. Paulus de seipso: *Audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo quia supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam abundantius, emulato existens paternarum meorum traditionum.* Galat. 1.

Patris erat tam magni, cui nomen Clemens, vt nomen rei conueniret, Regi tam magno, tam excellentis regni, & ad res tam grandes nato, beneficium remissionis indulgere. Et hoc ob bonum commune totius Christianissimi, quod promouere poterat, (sic me potius quam quibus aliis in spem erexerat.) Quod infortunium, quis casus nobis hoc bonum inuilit, & hanc nobis spem præcidit?

Non possum non vobis etiam clementiam admirabilem Sixti V. Pontificis, ordinis sancti Francisci, erga feminam quandam, prout mihi quidam magni Principis agens quodam die Romæ narrauit, commemorare. Casus talis est. Hæc femina rem cum proprio filio habuerat, & filium procrearat. O incestum execrabilem! Quodam igitur die tota tristis & moesta, tota lachrymis perfusa, ob tantum crimen pertrumpit ipsam confertam hominum multitudinem cum prole quam secum ferebat, vt sese ad pedes tam magni Pontificis deiceret, eaque publicè confiteretur crimen, veniamque precaretur. Et quia propius ob condensam multitudinem accedere non poterat, vt ad genua Pontificis se prosterneret, & rem totam planius & plenius ei exponeret, voce elatâ exclamauit inter confertam ipsam hominum multitudinem Hispanicè si satis commemorari in hunc modum: *Padre sancto, aqueste hijo mio, e hijo del hijo mio. Pater sancte hic filius meus,*

meus, filius est filij mei. Quod cum intellexisset bonus Pontifex, remq; ut se habebat cognouisset, benedictionem ei est impertitus, eamq; absoluit quantum ad iudicium *pro foro fori*, aliamq; ei pœnitentiã, quam vnũ Pater noster & Aue Maria prout recordor, iniunxit. Et cũ quidã diceret huic sancto Patri pœnitentiã hanc nõ esse tãto crimini condignã, respondit. Quid? Nonnẽ tibi videtur pauperculam hanc fœminam latit pœnã & confusions pertulisse, dum tanta cũ contritione, dum publicè, in propatulo & in conspectu tantæ multitudinis hominum, qui ad instar parui mundi conuenerant, suum cõfessa est incestum? Hæc fuit clementia huius Patris Patrum. Quid vultis? semper illius veritas elucet, quod, *quo quisq; est maior, magis est placabilis ira.*

*Sophro. in* De sancto etiam Alexandro, Patriarcha Ierosolymitano legitur, quod admodũ benignus fuerit & clemens. Cum quodam die eius secretarius, bonis suis manus attulisset, eaq; compilasset, in fugam se, ne caperetur, coniecit; & cum in latrones incidisset, & ab ijs in remotissima loca abductus esset, ac Patriarchæ hoc innotuisset, illum 85. minus argenteis redemit. Vbi verò reuersus esset illum tã humaniter tractauit, ut illud adagionis vicem subiecit: *Nihil utilius quam Alexandro malefacere.* Verum igitur est, quod *quo quisq; que est maior, magis est placabilis ira.*

Hoc etiam patescit in vtrõq; generis humani sexu. Quia in dies singulos experimur, *quod vindicta nemo magis gaudet, quam femina.* Et quod iratus homo facilius, quã fœmina placari possit & tranquillari: *netumq; furens quid femina possit* (ignoscite Domine, nã quod dico, si gradus hic & locus vobis daretur, dicere; si tamẽ ipsã veritatẽ, ut nobiles decet matronas, ingenuè fateri velletis) nihilominus etiã earũ plerõq; mites sunt & placabiles. Quid? etiam hoc in animalibus ipsis videre est, Leones animalium terræ Reges tã sunt generosi, ut ei non noceãt, quẽ coram se prostratum conspiciunt. Immo à vero deflexos itinere ad rectam viam reducunt. Et cum crudelitate efferrent, tam

tam in foeminas quam viros defauiunt, nunquam in pueros nisi ingenti fame premanur.

*Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni,  
Pugna suum finem, cum iacet hostis habet.*

Ouid. 3.  
trist. eleg. 3

P. Statius Papinius Thebaidos lib. 8. de Leone loquens :

*Si decidat hostis*

*Ire super satis est, viamq; relinquere victo.*

Plinius lib. 8. cap. 16. Leoni tantum ex feris in supplices clementia, prostratisque parcat, & ubi sauii, in viros potius, quam in foeminas fremit, in infantes non nisi magna fame. Credit Lybia intellectum peruenire ad eos precu, &c. Captiuam certe Getulia reducem audiui, multoru in syluis impetum a se mitigatum alloquio, ausam dicere, se foeminam profugam, infirmam, supplicem animalis omnium generosissimi, caterisq; imperantis, indignam eius gloria pradam.

Quintil. in declamat. quadam de Leone intelligendus cum ait. Age, si perisset cadauer calcasset? fera me Hercule generosiores, tacentes transeunt.

E diuerso magis ignaui sunt crudeliores.

Iuuenal. sat. 13.

*Quippe minuti*

*Semper, & infirmi est animi exiguiq; voluptas,  
Vltio.*

Quo bestia sunt ignobiliores, eo sunt minus bellicosae, corde abiectiores & angustiores : vt sunt lupi, vrsi, tigrides &c. & minus mansuetae, moriendum si quis in earum morsus aut vncos pedes incidat. Imo demortuum cadauer in varias diripiunt & dilaniant ingenti cum ferocitate partes. Grandes Anglicani molossi, testantibus Aristotele, & D. Chrysoftomo, dicuntur non amplius latrare aut mordere cum coram ijs quis fedet, & facilius adulatione, blanditione & delinitione mitagantur, quam caniculi barbaruli & simuli : nam quamuis vix carnis vncia consent, & vira infirma sint, hominem tamen persequi, & latrare, modo quodam irreconciliabili non cessant. Et si contineantur a suis dominis mutire caperata fronte non desinunt, cum periculo ne eorum moribus pungantur qui illos coercent. Magni è

Chry. ho.  
16 ad Eph.

diuerso Anglici illi canes transeunt, & pertranseuntes nullo latratu excipiunt, ad paruulorum istorum canum latratum vel detibus stridere non dignantur, cum contra parui nullam ferè ob causam grundire non cessent. D. Chryl. hom. 10. ad Ephes. *Canes hoc inter se facere dicuntur, ut quando in aliquem latrando immerint, is verò se in terram proiecerit nihilq; contra fecerit, mox omnem iram hoc pacto extinguant.*

*Ouid. li.  
16. s. 11.*

Et ut de magnis loquamur, & ostendamus quod secundum Aristotelem ira quietat, dum non mouetur homines, nec eos mordeant, qui in terra prostrati iacent, vobis memorabilem proferam historiam, quæ in Indijs contigit nouarum regionum aduencoribus Hispanis. Diego Salazar, celeberrimus, quod inter primos insulam Sancti Ioannis detexit, magnum habebat molossum, ferocem, forem animatum in Indiotas, quos vocant Bizerillo. Nocte illum diem sequente, quo Hispani Caci que Mahodomaca, prælio vicerant & fregerant, Salazar constituit canem suum laxatum in antiquam quandam Indicam mulierem, quam captiuam tenebat, emittente. Et ut hoc faceret commodius, litteras eidem antiquæ tradit ad quendam gubernatorem, qui in de vno militari distabat, perferendas, sed ea intentione, ut simulatq; nonnihil longius progressa esset, canem suum in eam impelleret. Paupercula dum læta se dat itineri, per has siquidem litteras sperabat se liberandam, Salazar statim canem suum in eam transtulit, qui eundem subito affectus est. Hæc molossus hunc accurrentem ad se cernens, furiosum ut Cerberum, os habentem apertum quid faceret? Sedit in terra, & cum sic sua lingua est allocutus: *Domine canis, Domine canis, has fero litteras* (ostendens litteras obliquatas) *ad Gubernatorem.* Deinde subiunxit: *Domine canis ne mihi quid mali inferas.* Tunc molossus ille Bizerillo, minus canis quam dominus suus Salazar, humilibus & abiectis huius vetulae captivæ & miseræ, precibus motus, sicinus conuertit, & nil ipsa mali ab eo accepit, nisi quod pede sublato in

eam, vt in parietem, affluentem vrinam effuderit. Vade Hispani, qui huius canis naturam ferocem & immanem notam habebant, hoc miraculi loco habuere, nec huic vetula vitam eripere ausi sunt, cui canis vitam sarram tectam reliquit, bisque eius saluator fuisse: tum quia eius vitam conseruarat, tum quia suo exemplo effecerat vt conseruaretur ab hominibus.

Nihil hic dico de canibus illius diuitis epulonis, qui Lazarum iacentem in porta accedentes linge-  
bant eius vulnera. Sic igitur bestia generoso & excel-  
so corde ignobiles vero & abiecte plane se modo ha-  
bent contratio:

*Sic iuuat ex animis proiectaq; preda, canesq;*

*Degeneresq; lupos, magnos alit ira leones.*

Quid vbi supr.

*At lupo, & turpes instant morientibus vrsi,*

*Et quacunq; minor nobilitate fera est.*

Quemadmodum signum corporis admodum in-  
firmi & debilis est, quando se tangi non potest pati,  
vt podagra laborantibus contingit, qui ne lectum  
quidem suum quenquam permittunt accedere. Eo-  
dem modo qui ita compositus est, vt statim in iracu-  
diam preceps feratur, & ad minimum verbum irrite-  
tur, argumento est eum ceruice admodum infirma,  
& delicata esse, ac animo profus abiecto & pusillo.

Si igitur eo omnes nostros inflectimus conatus,  
vt animi nostri magnitudinem, & cordis generositate  
omnibus manifestemus, hæc animalia regia & gene-  
rosa nobis ob oculos proponamus, ostendamus nos  
passionibus superiores esse, perferamus quæ nobis  
inferuntur animo excelso mala, nobis mala facientib;  
ignoscamus & remittamus animo generoso. Hoc si  
fecerimus non nobis vitio dabitur, non ab animi præ-  
stantia descivisse iudicabimur, sicut nec animi mag-  
nitudinem dicuntur inflexisse summi illi Imperatores &  
Reges, aut etiam animalia ista regia, si exemplis tam  
illustribus suam mundo clementiam prodiderint.

Si nobilitatem nostram volumus vincendo ostendere,  
ille

ille mea quidem sententia, verè nobilis est, & longè nobilior ex parte animæ, qui viæ motus & imperus rationis imperio potest comprimere; quam sit is qui viribus corporeis vult aduersarium suum superare, vel opprimere. Nam verè nobilis est qui vitur & excellit ratione, imò Angelis, Deo etiam ipsi similis: at qui viribus corporeis præstat, brutis potius ipsi assimilatur, vt Leonibus, Elephantis &c.

Quin & hominum imperitorum iudicio præstantius longè est hominum nobilitatem possidere, quæ est ipsa virtus (à qua nobiles appellamini) quam brutorum animantium nobilitatem habere, quæ aliud nihil est, quam corporea fortitudo & corporis sana dispositio. Ecquis velit potius nobilis bestia, quam homo nobilis nominari? Sicut enim qui ad misericordiam pronus est & clementiam, proximus est Deo: ita testantur sapientes, Demost. oratione ad Alexand. Magnū: *Nec per aliud accedere ad Deos propius potes, ut Alexander quam ut salutem conferas hominibus, vel indulgendo, si egerint: vel parcendo si deliquerint: vel indulgendo, si supplicauerint. Cum enim vincamur à Dijs: omni munere, vel virtute, sola clementia est, qua nobis dum reddit æquales.*

Claud. Eutrop. 2. *Cum vincamur in omni*

*Munere, sola Deos aequat clementia nobis.*

Seneca lib. 1. de clementia cap. 20. *Magni animi est iniurias in summa potentia pati, nec quicquam est gloriofius Principe impune lesa.*

Cicero orat. pro M. Marcello, *Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio virtute præstantem non modo excellere iacentem, sed etiam amplificare eius præstantiam diuinitatem, hæc qui faciat, non ego eum summis viris comparo, sed minimum eam Deo iudico.*

Verè parcendo hominibus si deliquerint, ac indulgendo, misericordiamque inimicis præstando laqueum nostrum generosum potius quam vilescentem do mundo reddimus perspicuum. E contrario si brutorum est animantium & quidem eorum quæ minus

gene  
re, &  
dege  
decie  
brut  
homo  
tis in  
glori  
Quæ  
A  
bon  
secun  
homo  
qui v  
delin  
cium  
se vi  
hab  
nob  
am g  
mus  
nob  
mun  
quid  
mūc  
stian  
D  
nitu  
tur  
fatis  
sapi  
dat.  
esse  
hoc  
ticu  
zele  
Hæc  
tan  
tium

generositatis habent, vt iam docuimus, se vindicare, & inimicum prosternere; sanè non possumus non degenerare de gradu nostræ dignitatis & nobilitatis decidere, obbrutescere, nosq; exinanire, cū ad instar brutorū aduersarios nostros contrucidare volumus: *homo cum in honore esset non intellexit cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis foenum. Qui contemnunt me erunt ignobiles.* 1. Reg. 2.

Adhæc cum præclatior sit nobilitas quæpiam bonum esse Christianum, quam solum nobilem esse secundum mundi iudicium, qui tamen nobilis pro honore censeret vindictam esse sumendam, & eum qui vltor est iniuriæ, verè nobilem existimat; Sanè delinquenti parcere, quod est synceri Christiani officium, ipsam nobilitatem expressius representat, quàm se vindicem exhibere, Quod si quis pro vero nobili haberi nō potest, nec tuā tutari sine improperatione nobilitatem, nisi ad omnem iniuriam & contumeliam gladium corripiat, quod prohibet christianismus faceat, procul absit talis nobilitas. Quæ hæc nobilitas si à Christianismo desciscere & ad paganismum redire debeas: Dicite quæso Domini mei, nunquid melius est hominem Christianum esse sine hac mūdi nobilitate, quam ita nobilem esse & non Christianum?

Denique qui ita inimicum persequitur, vt velit penitus eum de medio tollere & exterminare, proficitur & confitetur si non apertè, se timore corripit, nec satis proprijs viribus confidere; præsertim cum id sæpius fiat, vt se suumq; statum quis securiorem reddat. Rursus is proficitur se non adhuc verè nobilem esse, sed velle suis armis & fortitudine fieri, & hoc cum priuata auctoritate gladium stringit & particulare certamen suscipit. Id siquidem semper fit vel zelo & studio vindictæ; vel securitatis futuræ amore. Hac de re Senecam magnū illum Philosophū disputantem audiamus: *Visio duas res prestare solet: aut solatium adfert ei qui accipit iniuriam, aut in reliquum securitatis.*

*Senec. li. vi  
de clem.  
cap. 21.*

ritatem. Principis maior est fortuna, quam ut tali solatio  
egeat, manifestiorq; vis, quam ut alieno malo opinionem  
sibi virium quarat.

Quid. 4.  
fast.

Possis nocere, sat est.

Si decedat hostis,

Ira super satis est.

Terent in Adulphus A. 2. scen. 1. Accipienda  
missitanda iniuria adolescentium est.

Sunt quadam responsione, & ultione indigna.

Immo etiam si quis de nimia expositularet clemē-  
tia: melius est nimium condonando offendere, quā  
nimium puniendo & castigando: nam minus nocu-  
mēti adfert, & si nocumentum fuerit, reparabile est.  
Possunt siquidem nouæ superaddi pœnæ si sufficiens  
defuerit: At nihil auferri potest, vbi in animadu-  
sione fuerit excessus, præsertim si de vita aut honore  
agatur. Deinde multò melius est laudari à nimia hu-  
manitate, nempe quod nimis fuerit quis humanus  
(conueniens hominū est, hominē seruare voluptas) quā à  
delicate, brutus nominari. Laudabilius est dici mo-  
misericiordiæ indulgentior; quā atræ bilis vicio fetor-  
cior. Passio misericordiæ, præstat passioni iræ & cho-  
leræ, nec vnus hominē cū citò pœniter quā alterius.

Horat lib 1. epp. ep. 2. Qui non moderabitur ira,

Infectum volet esse, dolor quod suaferit & mens

Dum pœnas odio per vim festinat in vltio.

Et citius prudens appellabitur, qui cum nocere  
potuerit, & non nocuit, quam qui nocuit; Bias apud  
Aufonium: Quod prudentis opus? cū possit, nolle nocere.

Vltori dicitur quod ira permotus faciat & dicat  
quod stulti faciunt & dicunt, indigna homine nobili  
exprobratio; ita dum vnā vult maculam elicere, al-  
tera se turpiori defædat: Dicitq; facitq; quod ipse

Non sani est hominis, non sanus iuret O restes.

Persius  
Saty. 3.

Et quamuis hæc non ita se haberent, ad motus tra-  
men misericordiæ concitatur, quod ea virtus homi-  
nibus sit conuenientior, ciuiliior quam sine caritate.

Terent. in  
Heaut.

homo sum, humani à me nihil alienum puto.

Natura etiam nos ad eam inuitat, per modum que

in creatione seruauit, qui talis est, vt satis ostenderit se non intédere creare hominem inexorabilem, bellicosum, agrestem: sed potius creaturam rationalem, pacificam, amabilem, dulcem, benignam, mansuetā, & societatis studiosam:

*Homo pacis ad otia natus*

*Candida pax homines, trux decet ira feras:*

Nec eū nos ex ferro, aut chalybe vel ære formauit: nec ex ebore, aut marmore dionātino sculpsit: aut ex quercu dura, vel alia si sit durior, arbore excidit: sed suauiter nos effinxit, non secus ac vas figulus, è limo terræ: Vt hinc instuamur nos nō debere esse inflexibiles sicut est chalybs, aut implicabiles vt est marmor, sed tractabiles, vt est lim<sup>o</sup> terræ, ex quo nos Deus architectatus est. Discimus etiam animam nostram benignam esse debere, vt forma sit materiæ proportionata, anima dulcis sit vt corpus.

Rursus; natura voluit nudi nasceremur, impotētes & inermes, vt hinc erudiremur, nos ab ea productos esse propter pacem, amicitiam & beneuolentiam; nō propter bellum, lites, contentiones & duella, aut vt alijs simus damno & nocumento.

Inter animalia videmus, quod quædā armata creant, quædā leuiori armatura, quædā grauiori & quasi cataphracta. Quædā cornibus roborauit, vt tautos, ceruos, vnicornes, arietes: Alia vnguibus armauit, vt leones, gryphos, miluos, felēs; Quædam dentibus, vt apros, elephantos, qui præter pelle & magnitudinem promuscide valent; quædā crustis & squamis, quibus tanquam lorica obteguntur, vt crocodilos.

Et quod magis est, habet animalia figuram beluinā & crudelē, oculos immanes, vocē durā & horribilē, mugitus & rugitus ac plura alia suę ferocitatis signa & indicia. Sol<sup>o</sup> veid homo ad similitudinē vermiculi nudus productus est, imbellis, imbecillis inermis, delicatus, pelle tenella, & multij penetrabili cōstans, nec membra habens, quibus bellum alijs, aut vim inferat, aut vim vi repellat. Nec enim capite ferite potest, vt aries aut taurus; nec manibus cadere, vt leo aut felis vnguibus; nec pedibus

calcitrare ut equus, nisi plus pœnæ & doloris suffi-  
neat, quâ cui hæc intulerit. Animalia verò alia alijs  
nocere possunt, nunc cornibus ut vnicornes & tauri  
nunc unguibus, ut feles, leones & gryphi: nunc spinis  
ut herinacei & alij pisces nonnulli: nunc veneno, ut  
scorpiones sine ipsorum offensione vlla. Solus homo  
nocere non potest, vel si noceat, nocet ut apis, quæ  
dum suum infigit aculeum non vitam nobis eripit,  
sed sibi ipsi nocet & mortem adfert. ad unum ictum a-  
culeo infixio, quidam apes statim emori putant. inquit Pli-  
nius.) animamque in vulnere ponit: Non potest siquid-  
em homo damnum adferre alijs ijs armis, nisi se  
ipsum lædat, quæ à matre habet.

*D. Grego.*  
*Naz. orat.*  
*28. de su-*  
*nere pa-*  
*tris.*  
*Plin lib.*  
*11. c. 21.*

Non potest sine spiritus perturbatione iram in  
solum colligere, & contrahere. Nec potest iniuriarum  
sibi factarum reminisci absque animi sui dolore, ac  
emotione. Eam ob causam utilis ei esset amnestia A-  
theniensis, & obliuionis ars. quam exoptabat The-  
mistocles, ei esset sæpè conducibilior quam memo-  
riæ ars, si tamen Simonides inuenirentur aut fratres  
Hieronymi Calabri ordinis S. Francisci, qui nõ mi-  
nus artem obliuionis, quam memoriæ traderent.

Deinde homo noster figura donatus est, non er-  
deli aut horrida, ut cætera animalia, sed amica, dul-  
ci, bella, pacifica, præferens vera benevolentia &  
amicia notas & insignia. Deus bone quam sunt eius  
oculi attractiui, quam aspectus amabilis? *Vulnerasti*  
*cor meum in vno oculorum tuorum* dicit quidam. Quam  
vox eius dulcis, gratiosa, quam blanda? nec Lyrae A-  
rionis sonus suauissimus, nec philomenæ cantus ei  
possunt æquiparari. Solus sermonem habet, quo a-  
micitia conciliantur & conseruantur, inter homi-  
nes, ac lites componuntur. Socialis est homo, homi-  
num consuetudine & familiaritate oblectatur: non  
est bonum homini esse solum. Hoc ei à natura institutum est,  
ut gaudeat cum alijs benefacere potest, & tristetur  
naturaliter cum malefecerit. Solus risibilis est, ut sit  
signum lætitiæ & exultationis: flebilis etiam est,  
quæ

*Cant. 4.*

quo eius pietas, clementia & misericordia exprimentur.

Omnis homo, vir æquè ac fœmina in egressu è materno utero, & in hunc mundum ingressu, prorùpit in lachrymas: *primam vocem similem omnibus emisi ploràs* ait Salomon. Mares voce elatiore incipiendo per A, quasi propter culpam parentis sui Adæ: fœminæ voce demissiore per E, quasi propter transgressionem matris suæ Eux, ut quodam in loco adnotat Lyranus. Et ut paucis agam, homo in se omnia amicitia, ac benevolentia signa præferebat, nulla quibus ad malefaciendum aut nocendum natus esse videatur. *Quorsù hæc omnia? Ut per hanc suam nuditatē, imbecillitatem, lenitatē, & mansuetudinē figuræ suæ impressam, intelligat se à naturâ, seu potius naturæ auctore Deo nō aliam ob finem creatum, quam ut pacem & amicitia colat, cum omnibus pacificè, & tranquillè viuat, facilliq; ad remittendum & condonandum existat.*

Dēus quoq; illum libertate arbitrij & ratione adauxit, ut vi & violentia nihil, sed consilio, & ipsius dictamine rationis, efficiat. Et si quæ litium aut turbatum inter homines sibi similes tempestas oriat, illā amicè & pacificè compescat. Hoc intendebat natura quando sic illum effigauit, nō eum querulosum, nō inexorabilem esse volebat. Si igitur belli, duelli, crudelitatis amans fuerit & sitiens, & si nulla erga proximum concitetur misericordia, contra naturam suam & conditionem operatur, quæ vim omnem & violentiam abhòrret oppressionem.

Mors in ventre materno eos opprimere debuisset, qui primi homini pauperi arma offensiva constarunt & fabricati sunt, gladios, pugiones, frameas, hastas, lanceas, corsica, hastilia, halebredas, bipennes, iacula, sagittas, arcubalistas, arcumanuales fundas, tormēta bellica, petardas, bōbardas, tormēta manuarum, pilâ tormētaria, pulueres tormētarios (etiâ si horum inuentor fuerit Religiosus, ut fert hominū opinio, & ut in libro quodâ pleno bellicorū instrumentorū vidē depictum; si tamen mala fecerit intentione, nam

casu factum est, vt liber ille denarrat, cum enip medicinali esset cōpositioni intentis, cui inerat materia sulphurea, eaq; cōpositio igni esset vicina, ignem cōcepit) & omnia alia instrumenta & arma bellica ad instar tonitruorum & fulgurum ad conterendos, vulnerandos, mutilandos, occidendos, dilaniandos homines, & eos ab illa mansuetudine ad quam nos fixerat & formarat natura auocandos. Hæc inquam omnia armorum genera cum suis inuentoribus debuissent in principio perire.

*Planè digni omnes arte perire sicut.*

ijs quippè adscribenda sunt, quibus sese homines infestant & exagitant mala, quæ rã atrocita sunt & portentosa: vt illum verissimum comprobetur *Hominini lupus*. Nihil est q̄ ab alijs creaturis patitur homo, si ad ea quæ ab ipso homine solo perfert, illud referat, cū tamē homo homini vt Deus esse deberet *hominini Deus*, & rãquam creator eiusdem & conseruator.

Et q̄ maius est, vt hæc crudelitas magis deserviat, & omnis mātuetudo ab humano corde aueretur, profusq; exularet istud: *Miseriordia motus est*, excogitant hominū sequiticia tympana, fistulas, tubas, clamores, & bellicas ostērationes, quib. obbrutecimus, & leonina quadã ferocitate agitati intrepidè mortis discrimini vitam nostrã obijcimus. Mortis dico tam acutã, quam passiuã; tam inferendã, quam perferendã, seclusã omni misericordia. Sic industrius est homo vt istud aboleatur: *Miseriordia motus est*. Vt motus misericordix euellantur, & generis humani inimici zuzum interferatur, seicã motus, quibus homines se inuicem impetant, & pro rebus leuissimis & abiectissimis persæpè se quasi dilaniēt. O quam sumus deplorandi! quod pulchram hanc naturę de clementia obseruanda lectionem surda aure sic praterreamus.

*Quis furor è ciues, sceleratam accersere mortem?*

Sed nõne ipsa corpora nostra omnem nos docent elementia & misericordiam? Ecquod membrum est in toto corpore, q̄ alteri eiusdē corporis membro nõ cōpatiatur & in necessitate succurrat? Si vna manu sit

fit scabie facta, nonne protinus, vt remediū afferat, se applicat altera? *manus manum fricat.* Si ambulando laedatur pes, os statim clamat & cōqueritur: & man<sup>9</sup> vt ad ignē accensū remediū adhibitura accurrit. *vbi dolor ibi manus.* Si pars corporis ad effusionē sāguinis laedatur, non totus sanguis cōcurrit, nō secus ac exercitus totius provinciae solet ciuitati periclitati succurrere. Si cor tremore cōcutitur aut ira, si verecūdia in frōte est, omniū extremitatū corporis sāguis, tanq̄ milites praesidarij ac finitimi regni alicuius ad sonitū tympani, opē latu<sup>9</sup> parti corporis cōmotā presto est, vt verissimū sit q̄ ad Corinthi scribit B. Paulus *Si quid patitur vnū mēbrum, compatiuntur omnia mēbra.*

Immo facta piusculē nō expectant tātis per donec pariantur, sed vt seruetur alia exponit se periculo, & ne laedatur praenunt: manus pro oculis, ne excācetur; digiti pro lingua, ne iusculo perquam calido aduratur; pes pro pede, ne in glacie debili ad fundū lutis vel aquae praecipit cū toto corpore corruat, collaboret strenuē. Quid? Si vnū mēbrum alterū graniter sauciet, q̄ iam contingit, sauciatū non cōqueritur, sed moderatē fert ac concertādo, & se inuicē offendēdo & vulnerando tandē tota corporis machina dissoluitur & ruinā patiatur. Vidistisne vnq̄ labia aut linguā de dētibz expositulantē si subindē comedēdo mors<sup>9</sup> experiatur ipsorum? Aut audistisne aliquando quod pes de manu vindictā sumere voluerit, si faber lignatus parum cautus, lignum excindendo securis ictu illum feriat & vulneret? Aut quod oculus contra digitum egerit, si incautius eius prunam attigerit?

His igitur omnibus natura nos docet euidentissimē vt clementes simus, misericordes, propensi ad opem ceteris ferendam, cum simus vnus corporis generis humani mēbra, mēbra vnus corporis mystici Iesu Christi, aut Ecclesiae, mēbra eiusdem reipublicae, mēbra eiusdem monasterij aut collegij. Denique cur Dominus noster Iesus Christus carnem suam nobis ad manducandam dedit, sanguinē ad bibendum, nisi vt sapē manducando & bibendo carnē

& sanguinem agni, humorē, & huius agni qui omnia  
 pertulit, naturalem participarem complexionem  
 cibis enim & poris possunt complexionem immu-  
 tare. Sperabat quod in ipsum mutaretur: non tu  
 tabis me sed tu mutaberis in me Interim semper ut  
 manemus: lupi sumus agnum comedentes ait B. Chrysos-  
 tomus. Emendemus hæc quæso, &c.

D. Chrysos-  
 tomo. ad  
 pop. Ant.

### CONCIO VNDECIMA.

*Græca.* Themà, Καὶ ἔσπλαγχνίσθη.

*Vulgata.* Et misericordia motus est.

*Syriaca.* Et misertus est eius.

Factâ repetitione usitata sermonis præceden-  
 tis, ita propositum.

Dicemus } I. Quod varijs modis nobis noceat, nisi fuerimus  
 hodie } misericordes  
 } II. Quod Deum nobis reddamus aduersari  
 } nisi clementes fuerimus.

QVOD MVLTIS MODIS NOCEAT  
 nisi fuerimus misericordes.

**H**esterno die audiistis (dilectissime anime) quæ  
 & quanta nos ad clementiam inuitent & alle-  
 ciant, Hodierno die ostendemus, quæ & quanta  
 inhumanitatem ac ferocitatem dissuadeant & conde-  
 nent. Quod multum damni incurramus vlciscendo: quod  
 ob vindictam tam in hac vita, quam in alia castigemur  
 quam parum solati ex vindicta sumamus: Quod ob  
 eam sepe honoris ac famæ iacturam, immo omnium bono-  
 rum faciamus: Quod gaudio illo, quo aliunde per-  
 fundi possemus, nos ipsos priuemus. Quod ob zelum  
 vindictæ vitæ, & sepe haud dubie Dei gratiam, vel quæ  
 habemus, aut ipsius augmentum consequeremur, ac  
 Dei vitam æternam, amittamus. Odamnum ob volu-  
 ptatem adeo breuem, inestimabile, verissimum illud:

Δύο

*Mille parit luctus homini brevis vna voluptas:*

*Gaudia plus aloes, quam tua mellis habent.*

Dico imprimis quod hæc vindicta causa sit sæpius-  
culè, vt honoris ac bonæ famæ iacturam faciamus:  
honus siquidem illi non debetur, qui tam abiecto est  
animo, vt seipsum vincere non possit, vt animum suū,  
minus quam fessor equum, possit condocere, vt  
passiones suas rationi nequeat subijcere, denique vt  
omnia quæ facit & dicit affectuum impetu ad instas  
bestiæ, stulti, furiosi dicat vel faciat.

*Dicisq; facisque quod ipse*

*Non sani est hominis, non sanus iuret Orestes.*

Verè honoris præclarus est titulus, vt quis hu-  
manus, clemens & mansuetus appelletur, imò princi-  
pè dignus quo vocatus est Philippus Burgundæ dux,  
Ludouicus mansuetus &c. E diuerso titulus infamis  
est, cum quis inhumanus, inexorabilis, implacabilis  
& habetur & nominatur. Ideò plerq; nationes pessimè  
audiunt, quod vbi semel ira perciti pollicis va-  
gulam memorderint, aut suum, iura dios, dixe-  
rint, animo permaneant obfirmato. Serius, aut citi-  
us in vindictam prorūpent. *manet alta mente repositū*

*Perfidus  
Sarr. 3*

*Iudicium Paridis spectatq; iniuria forma.*

*Virg. 1.*

Deinde sæpè, id euenit quod commemorat Cice-  
ro huc in modum: Sæpè ait grauius vidi offedere animos  
auditorum eos qui aliena flagitia apertè dixerunt, quam eos  
qui commiserunt. Sic perlapè fieri videmus, vt ij qui in-  
iurias in se admissas puniunt, & se earum vindices ex-  
hibent, plus spectatores irritent, & ad iram cōcitent,  
quam ipsos delinquentes, vel propter modum iniquū  
quo in vindicando vtuntur, vel propter ipsius vindi-  
ctæ excessum, aut propter delinquentis imparitatem.  
Vt si puer, femina, malè sanus nos offenderit. Tunc  
enim statim in ore illud est.

*AEneid.*

*Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis,*

*Cic resp.*

*Tuq; puerq; tuus: magnum & memorabile nomen,*

*in Salust.*

*Vna dolo Diuum si sæmina victa duorum est.*

*si tamen,*

*Fœmina in pœna est, nec habet victoria laudem.*

*Ciceron.*

*est Vide*

*Sebast.*

*Conrad.*

*Egnat.*

*Virg. 4.*

*AEneid.*

*Vide*

*Claud. p. rad in he.*

Hinc quondam querela exorta est, & exclamatio in

populum Locriensem concitata, quod immanius in Dionysij Tyranni iunioris tyrannides animaduerſerunt. Ipsiſ liquidem filias prostitueraunt, & inter digitorum vagues clauiculos ferreos intruferant. *Ecce cadit in quenquam tantum scelus!* Cum præſectim naturaliter patientibus, supplicantibus debilionibus compatiatur & faueamus.

Adhæc dedecus est non minimū si quis tēpore opportuno, & ab Ecclesia constituto, non sic ausus cōfiteri & cōmunicare, ut in paschate, aut tempore hebiliari, vel propter remorsus consciētiæ quibus agitur, ac præpedimur: vel propter ecclesiæ, Episcoporum & presbiterorū cōstitutiones, qui indispolitiones scientes à sacra nos cōmunionē repellunt, vel debent repellere. Præclare magnus Chryſostomus:

*Chry. ho.*

*6. ad pop.*

*Ant.*

*Sive quis dux militia sit, sive princeps diademate ornatus, indignè autem accedat, prohibe maiorem illo potestatem habes.*

*Euse. Caf.*

*lib. 6. eccl.*

*hist. c. 25.*

Concilium Carthaginēse etiam prohibet ne oblationes fratrum, qui concordēs nō sunt recipiantur. Eusebius Cæsariensis Episc. narrat, quod anno 246. c. Philippus quidam Christianus Imp. missæ velle assistere, & vigilia paschæ communicare, passus sit repulsam ab Episcopo loci, nisi prius præmitteret confessionem, pœnitentium ritum seruaret, ac peccata deleteret, quorum accusabatur, lubēs hæc omnia fecit, etsi non absq; verecundia. B. Ambrosium simile quid suo Theodosio fecisse scriptis cōsignatum legimus, quod in Thessalonicens. iusto acerbius delatū illi oblectus est Theodosius. Quis pudor hic fuit, pœnitentis, quæ ignominia? ignominia fuit, infamia, dedecus, contumelia, quod talem suis offensis promerita fuerint pœnā: honori verò maximo fuit illis & laedi, quod tam promptè sacerdotum obtemperarint & se subiecerint imperio.

Si pauper Ioachimus pater beatissimæ Virginis, loco summi dedecoris habuit, quod solenni dedicationis die in Ierusalem ab Hachar summo sacerdote ab altari & oblatione eiectus esset & exclusus, ad quod sterilis esset, (petebat liquidem à Ioachimo qua

fronte inter fecundos, is qui infecundus erat, & sine prole ausus esset comparere, cum non ignoraret oblationes eiusmodi hominum non esse Deo gratas, quos prole indignos iudicauerat. Si dico tanti fecit hanc ignominiam, ut se hominum consortio indignum reputaret, ut in solitudinem, hanc deuoratum ignominiam, & dedecus hoc imaginarium sortitus, secederet & vitam ad tempus pastorem ageret, quantam infamiae notam contrahit, is Christianus, qui iuste ab ingressu ecclesiae prohibetur. a communione fidelium, ac ab eorum caelestis ac mystici conuiuij participatione arceatur, & praesertim in solenni illo paschae die, quem Sanctus Gregorius Nazianzenus omnium Regem appellat? *Ex templo ex templo, procul ite profani, foris canes. Amice quomodo huc intrasti, non habes vestem nuptialem?*

*D Grego. Naz. ora. 2. de susnere pariri.*

Paterea notum est omnibus & perspicuum, quod qui iniuriam sibi illatam vult referre, saepe, ut turo fertur adagio, *soleat irritare crabrones, & oleum igni imponere, & ut ardeat vehementius, insufflare. Quod lacestat inimicam suam, ut peiora concipiat, faciat, dicat, ex vno homine diabolari duos exsuscitet, aut odinam, vel unam sibi infamiae notam iouat: parua scintilla magnum saepe excitat incendium.* Nae: iam homo apertissimilatur, quae ubi semel emiserit & infixerit aculeum, imbellis est, quia vim suam totam exerit: At homini mille sunt pugnae modi, ac se defendendi, manus, pedes, oculi, vultus, status, gestus, risus, & quae his excellit, lingua: quae semper est certare parata, nunquam fatigatur. nunquam eius acies, etsi conerter assidue, etunditur, non ab similibus est Ogeri Dani, aut Goliath gladio. *No est similis huic non etiam ab similibus solijs Aegypti, quae plicantur, sed nunquam rumpuntur. Lingua, ut sciat, sagittarum inexhausta est pharaetra, quid detur tibi aut quid apponatur ad linguam dolosa.*

*Lib. Reg.*

Sic cui se primae iniuriae, aut contumeliae ultorem praebet, & quicquid nocementi potest in aduersarium suum conijcit, saepe quae nollet, audire & pari-

tur: *Qui qua vult dicit, qua non vult audiet.*

Rob 6.

*Qui qua vult, agit aut infert, qua non vult patitur* q̄  
refert. Acrior non posset esse aut turpior infami,  
quam si illatam referat iniuriam. Est quod accipit  
rostrum ardeē alis cōtectum p̄caueat, dum in eam  
vult inuolare, subinde contingit, vt qui rostrum vult  
acutum p̄scindere, aut illud capiti obtegere, ro-  
strum excipiat. Quippē non desunt magistri Aliborū,  
per quos, verborum scommatibus & dicerijs quis cū  
alijs certamen ineat, & verborum iacula retorqueat,  
& dum hoc contingit, ridet p̄stacus, ridēt quoque  
p̄sentes sunt. Atque sic ē morbo leui, in grauem,  
ē Seylla incidit in charybdim, vt habet p̄ouerbiū.  
Hoc est de malo in peius: *Qui timent pruinam, irruet  
super eos nix.*

*Baccha bacchanti si velis aduersarior,*

*Ex insana in sanio rem facies, feriet sapiens.* ait quidam  
sapiens sapienter.

Consultius foret si se in pace quis cōtineret, & su-  
p̄ficiū, vt aiunt, portione contentus esset, & quiesce-  
ret, & si ei in toto benē nō sit: *tamen dimidiū plus con-*  
Audiuistis aliquando lepidum illud dictum quod de  
subrustico enarrari solet, (siue illud domini Gaulard  
sit, siue Domini de Vaudosime, aut alterius nost̄e a-  
tatis Aesopi,) cui cū milites mediā p̄ni, quē habebat  
partem, furto auferret, velletq; cōcionatorio iungi  
officio, ac ferid diceret, q̄ in die iudicij exactā essent  
de hac iniuria corā supremo iudice rationē reddenti,  
tā parum effecit, vt nec restituerint q̄ vi abstulerant  
milites, quin potius alterā quoq; panni partē vicul-  
ferint dicētes: quandoquidē tantum nobis p̄scri-  
bis terminum, nempe vsq; ad iudicij diem, in quo si-  
mus rationē reddituri, iterum & alterā panni partem  
auferemus. Si tolerabiliter, & nō repugnantē primā  
panni partem dimisisset, alteram sibi reseruasset.

Quid? nunquā intellexistis per plures fuisse qui, cū  
omni rigore suos vellēt persequi accusatores vellēt-  
que ij cauerēt palinodiam, ac honorabilem honoris  
reparationē restituerēt eō tandē deuenere, v. & fures  
&

& latrones ipsissimi sint adiudicati? Si eos quis dixerat; tunc; vino captos, veri postmodum probabantur ebris; si filias nimis lasciuas vocauerat, vera meretrices inueniebatur. Quis nesciat turmam militum, si persequentibus eam hostibus prematur & pugnare cogatur, sepe omni timore postposito animum resumere, & ausu generoso in hostes pedem referret. Tunc de pontibus potius aureis eis erigendis, quam de continuanda persecutione instituitur colloquium.

Optime nobis consulere, si aduersarios, dum animaduertunt nos aliquid in illos machinari, haec & similia animo & cogitatione contrectare nobis persuaderemus: Si sapias, tace, ne doceam te: legendam noui tuam, cuius tu ignarus es, aut te ignarum simulas.

*Parcius ista uiris tamen obijcienda memento  
Neuimus qui te transuersa tuentibus hircis,  
Et quo, sed faciles Nympha risere sacello.*

*Virg.  
eclog. 3.*

E contrario dum dissimulamus, dum hominem ira perimotum placide & sedate toleramus, videmus sequenti die, hos Rhodomontios, hos furiosos Rolandos ad pedes nostros prostratos, veniam postulantes, omnia reuocantes, carnem denudantes, omnia pro nobis sufferre paratissimos, *in festum uolet esse, furor quod suaserat.*

Hoc est Parthorum more vincere, nimirum fugiendo: Hoc est cervicalibus & culcitris molliibus frameas infringere: Hoc est lentitudine fulgur euitare, nec enim rebus nocet cedentibus: Hoc est dormiendo fulgur declinare, nec enim dormientes, ut uolunt, fulgure tanguntur. *Sermo mollis (aut nullus) frangit iram: responsio dura suscitatur furorem, Prouerb. 13.*

*Ut fragilis glacies interit ira, mora  
Cedere repugnantem cedendo uictor abibis.*

*Ouid. de  
arte.  
Idem secus  
de arte.*

Denique contigerit, ut contingit saepiuscule, uel uigilantia, & custodia sollicita eorum, quibus intentatur minax (na ferè ultimi pereunt qui uerbis terrentur & minis, minax elata multum nocere solent. *Se-meca in Medea. Perdunt professa odia uindicta locum, re-la-*

præmissa minus seruiant, ait B. Gregorius) Vel consilio & defensione amicorum; aut Dei bonitate & misericordia, qui suorum protector esse solet: *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus, ut liberentur dilecti, scuto circumdabit te veritas eius: non timebit timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurso & demonio meridiano &c. suos Deus custodit omni custodia. (Tu vallasti cum dicebat Satan de Iob) quasi dicat: tu Domine Deum tuum seruum Iob ut in asylo, ut in vrbe refugij detines, non secus ac Rex Acrisius filiam suam Dauacem turri aenea incluserat, eamque custodiebat:*

*Dominus firmamentum meum, & refugium meum.*

Deinde dirigit suos Deus. *Qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum.* Immo ipse brachia suorum dura reddit & fortia ad æris instar: *dedisti arcum ex eum brachia mea.* Vel impedit Deus suorum inimicos ne tantum noceant quantum vellent: *in campo & freno maxillas eorum constringe, qui non appropinquant ad te.* Vel inimicorum & aduersariorum arma, ac consilia, euertit & dissipat. Siue alio modo suis succurrit, & protegit.

Si itaque ita euenerit, ut quis alteri nocumento esse voluerit & non potuerit, manus ei inferre tentabit, & bene delumbatus redierit, nonne summum hoc dedecus merito iudicabitur? Nonne talis in tenebris latitare debet torus tremendus, & pudore suffusus ut Galli Gallinacei facitare solent, teste Plinio, dum superantur? Nonne centies & centies in die illi obijcietur vel illud Biantis: *Quid stulti proprium est non posse & velle nocere.*

*Plin. lib. 5.  
hist. nat.  
ap. 8.  
Bias apud  
Auloniu.*

Vel illud Isaia: *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius.* Aut illud ex medicina & Physiogaomia: *Cholericus multum vult, & parum potest!* Illud quoq; Poete in eundem quadrare poterit. *Velis quod possis Item illud: vana sine viribus ira: nec enim cit homineo stultius, qui maiora viribus audet.*

Et talis meritò per alios aduersarios cum summa ignomina ad inimicum suum victorem amàdari potest, quoties cristas volet at tollere, ac se vanè ostētare: *Notumus ē qui te, & quisquam nomen lunonis adoret?*

Quædam natio rei bellæ gloria illustris, ex parte à gloria excidit, quod animo nimis obstinato & præfracto vindictam de inimico suo sumere solita fuerit, nec tamē eam sumere sapissimè potuerit. Immo succubuerit ignominiosissimè, etiam in proprio solo, ut nō immeritò hoc dicterū in eā contortū fuerit, *talis natio vincit* Ironicè, pro vincitur: nimirū ab ijs quos se superaturam omnino in animum induxerat.

Vitius dico, quod dum iniuriam referre molimur, fortunas nostras dissipamus: medicis siquidem emplastra sunt persolucenda, lassis pro tempore quo ægriou decubuerunt, satisfaciendum, Si mutilati fuerint aut occisi, pax vel cum mutilatis, vel occisi hæredibus tractanda est. Aduocatis, si ius prætendimus, etiam aliquid obueniet, habebit & iustitia partem non minimam. Sapius filco omnia bona cedunt. Sapius sententia Iudicis aut propria sponte in alias provincias immigrandum est. Quam multi Reges dum animo digladiatorio se vindicare voluerūt, ad fortunam adacti fuerunt miserandam, statumque suum euerterunt penitus?

Aded quippè perniciosa est vindicta, aded hominibus inuisa, ut non facilè quis se Domini alicuius, aut Principis iugo subijciat, quem iuexorabilem esse intelligit aut implacabilem; Et si quis subierit, protinus excutit illud. Quis puer, si sui iuris fuisset, non se in disciplinam Orbilij grammatici celeberrimi, libenter dedisset, nisi eius crudelitas obstitisset? tempore Ciceronis hic floruit, tantaque fuit in discipulos suos immanitate, ut *plagosus*, ab Homero proprio discipulo fuerit appellatus: Et his epithetis à Suetonio descriptus: *Fuit, ait, natura acerba non modo in Antisophistas (quos omni sermone lacerauit,) sed etiam in discipulos.* De quo sic etiam Domitius Marsus;

Vide  
Quint.

*Si quos Orbilius serula, senticaq; cecidit:*

Verè in eam deuehor opinionem, quod eius scholæ planè deserta fuissent, nisi eas parentum imperio, filij frequentare ob insignem qua erat eruditionem compulsi fuissent;

*In aetatem infirmam, & iniuria obnoxiam, nemini debet nimium licere,* ait Quintilianus.

Ecquod mancipium libenter diuendi cupere Domino duro & feroci: Ecquod mancipium si Dominum difficilem, iracundum, implacabilem, acrem ultorem, habuerit, qui propensior sit ad verberandum, quam ad victum subministrandum, qui etiam si benefeceris tumultuatur: si quid malè admiseris, plumbea ira commouetur, quales plerumque diuites sunt & magnæ auctoritatis homines; iuxta illud Plauti:

*Plaut. in  
penulo  
act. 3. scena  
ult.*

*Verum ita sunt nostri isti diuites,  
Si quid benefacias, leuor pluma est gratia:  
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.*

Qui etiam scribunt in marmore laesi, qui te factorum aut dictorum memores futuros astruunt.

*Virg. 3.  
Æneid.*

*Necdum etiam causa rerum, seuq; dolores  
Exciderant animo, manet alta mente repostum*

*Judicium Paris.* Qui quod promiserunt exequuntur & suos plagis mulctant acerrimis, quod differunt non aufertur. Ecquod, inquam, mancipium, si talem habeat Dominum, non ei ad calendas græcas rediturus valedicat: mallet fugitiuus per syluas diuagari, & in antro etiam cum leonibus, vt Androëdus ille leonis medicus (attestante A. Gell. lib. 5. noct. At. c. 14.) & pet leonem ereptus, quam diebus singulis sub eiusmodi tyrannicè discrucari.

Vnde quæso contingit, vt sæpè Reges suis destituatur subditis ac prouincijs, vt Roboam filius Salomonis, nisi quia ipsi, aut eorum ministri inordinatis affectibus cuncta gubernant, immò vindictæ zelo reuigerunt, & rarissimè inter eos illud *misericordiæ motus*, sed sæpius, ira motus, furore percitus auditur, legitur,

rur confpittur? Sic opprelli dum alios offendunt opprellor, conlpirant & coadunantur, *infirma auxilia, firma conlenfus facit.*

Corpus noſtrarum prouinciarum, prohdolor, non ita diuulſum eſſet & diſſociatum, & à iugo boni ſui Principis auulſum, ſi *mifericordia motus*, in quorundam regionum miniſtrorum cordibus fixius quam ira motus locum occupaffet. Si pes miſericordiæ potius quam pes iuſtitie præceſſiſſet, vel ad minus æquali grefſu proceſſiſſent. Cæterum quia quidam regij miniſtri non vt Paſtores gregis ſibi commiſſi, ſed vt lupos ſe habuerunt: *ouem lupo commiſiſſi*, oues omnes diſperſæ ſunt & diſſipatæ, immò extrætes adhuc nonnullæ, nec ſolum extra ouile & obediẽtiã naturalis ſui Principis, ſed etiam, quod magis dolendum eſt; extra ouile Ieſu Chriſti & eccleſiæ gremium. Vicia huius, *mifericordia motus*, cum vicia zeli iuſtitie; in æquali plus minus quantitate erat vera nicotiana, erat verum moly Homericum, antidotum erat, & totius huiusce mali remedium. Via erat recolligendi has oues diuiſas, & in caulam Sactæ matris eccleſiæ reducendi.

Bataui illi arietes, fortassis non tam obfirmato ac periuicaci eſſent animo, non ſolum ad redeundum in eam à qua deſciuerũt eccleſiam; ſed ad id quod ouilis eſt Chriſti, ſuis verborum præſtigijs ſeducendum, & tanquam lupi, ad oppugnandum Dominos ſuos, paſtores ſuos, ouile & oues. Quid meruiſtis oues? fortassis aut emerſiſſent, & vt prodigus ad patrem ſuum reuerſi fuiſſent, quem mitem ſciebat, & ad ignoſcendum procliuem: aut facilè paſtoris humeris in ouile importatæ fuiſſent.

Modus quo obuiam itum eſt tot machinationibus in Imperatorem Auguſtum excogitatis, non ſuplicia fuere immania: his ſiquidem aliorum animi, ad imitandos antiquos latrones & homicidas erigebantur potius & confirmabantur: ſed ſuum fuit, *mifericordia motus*; & remiſſio, quam in inſtanti imperiũt ijs, qui vltimæ coniurationis erant conſcij, nã

veniam indulgit omnibus accusatis, quos tamen prius modicæ increpationis virga correxerat, immo Corneliū auxit consulatu. Ab eo tempore non conspirationes dumtaxat, sed conspirationum omnis celavit suspicio. Hoc misericordix oleum in mare trahit nullum, omnem prorsus tempestatem compescuit.

O nobile recipe hoc *miseriordia motus*! recipe utilissimum vel ad conseruandam corporis reipublice sanitatē, vel ad recuperandā si perditā sit; Delphum rex piscium est, quem catere atim sequuntur pisces, quod mansuetus sit & philanthropos.

Benedictus Deus, quod Principes nostri iam tandē hoc experiantur, & toto conatu per media contraria occurrere contendant, *Sedes ducum superborum Deus destruxit, & sedere fecit mites pro eis* Eccl. 10. Faxit Deus ter opt. max. ut ipsorum vnctiones tam dulces sint & propria, ut à vera fide seiuncti resipiscant & per *miseriordia motus*, nostrorum Principum mansuetissimorum, reconcilientur. Ut *ira motus* aliquorū ministrorum nimis ferocium, & immanuetorum, ac ad vindictā propensiorum, qui omnia perdere, omnia excindere, omnia igne cōsumere, omnia voluit subuertere, cesset tandē & tranquilletur, & quos *ira* & *feritas* dissipauerat, colligat *miseriordia* & *humanitas*, dissiuncti ac infirmi conlocietur ac consolidentur. Omnino futurum, Dei fauente clementia, spero, ut omnia tam preclari corporis membra rursum in vnū cocant, copulentur, adglutinentur *ossa ad ossa*, & hoc medicamine notati huius potentissimi *miseriordia motus*, in toto nostro Belgio, *Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis* Eccl. 10. Sed sobriē & temperatē de his statuū mysterijs, & regalibus Sacramentis agendum: *Mysteria regni, & sacramenta Regis abscondere benū est*. Ad nostros arietes redeamus. Dico igitur quod plus nimio vindictam appetere potestati oblit, nec facile quis ad honoris fastigiū subleuetur qui facilius exacerbatur. A paruo cane sæpē tenetur aper. Lucius, aut lupus piscis a ranula vno, aliquando utroq; oculo priuatur, dum pleno saltu in ipsius caput coxis extensis insilit, oculosq; ladir, vel panitus eos lumina-

Vide libel.  
lat ioco  
seriorum  
ioco. 649.

bus orbat. Et quavis vltro citroq; lucij per piscinam excurrant, & se ramis, aut arūdinibus piscinæ illidat, vt hunc paruum inimicū excutiant & sua sede deturbent, illos tamen prius defatigatos & languentes fūdum adire cōpellit, quā super aquā coaxans & quasi triumphans resiliat, & de victoria inflata, renatet. Miseri interim lucij fame pressi discurrunt, & famelicum venere, arena duraxat implent, occæcati siquidē cum sint, piscibus alijs non possunt insidiari. Quidē nec aquila quidem in sinu leuis, ab insidijs Scarabei & machinationibus tuta est, & secuta. Homunculus ingentem potest prosternere quercum. A capris & ouibus plerumq; capiuntur lupi.

*A cane non magno sapē tenetur aper.*

Præterea appetitus iste vindictæ sapius nostrum frangit animum, omnemq; excutit letitiā, ac efficit vt quasi iam in hac vita alterum pedem in infernū præcipitem demus ( sit tamen vita talis si vita appellant ) At mites & mansueti quasi in paradiso viuentes, beatorum gaudium, quod est consummatissima pax, per anticipationē, prægustant, ita Regus Propheta. *Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Exultet mansueti & latentur.* Et Christus ipse: *regnum Dei intra vos est.* Item: *Iugū meū suauē est: Iugū Christi mansuetudo est & humilitas.* Et alibi: *in patientia vestra possidebitis animas vestras, nā vbi omnes amaueritis, ab omnibus etiā amabimini.* Animis verō ferocibus, cholericis, exasperatis nullum est gaudiū, nulla quies, pax nulla. *Circum errant furia, poenarumq; omnis imago.* Dū omnibus lites intentant, & in omnes irūpere volunt, omnibus sunt exosi, insurgunt in eos omnes, veri Ismaelites, Saraceni, Turcæ: *manus eius contra omnes, manus omnium contra eum.* *Infernus, infernus domus mea est,* dicebat patientissimus ille Iob. Ira & his tumultuosis & turbulētis dici potest: *Infernus infernus intra vos est: dolores inferni circūderunt vos.* Verē infernū, ecquid. n. in mundo ita laboriosius, quid cū gaudio pugnātius? *ira quid laboriosius?* ait Seneca. Quib⁹ nō suis, quib⁹ nō facibus horū hominū ferociū incendūtur ani-

*Psal. 36.*

*Syl. Itali-  
cus.*

animæ? quibus nō motibus, & quasi flagellis, ad vi-  
dictā sumendam concitantur? Quā eorū animæ die  
noctūque anxie sunt & inquietæ? quibus non mal-  
leolis, tinnitibus, gryllis, eorum diuexantur capita  
quot conceptus, quot cogitationes, quot machina-  
tiones, quibus citò, propriè, duplò vlciscantur; aut  
quibus inimicorum suorum insidijs & stratagemam-  
bus obstant, eos torqueit & irrequietos reddunt  
*Quare iratus es, & concidit facies tua?* dicebat Dominus  
Deus Cain.

Gen. 4.

Quantò aduersariorum timore, & tremore com-  
piuntur? Nec enim aliter fieri potest, quin is, qui  
alios timore percellit, etiam ipse timore capiatur. Pe-  
gnantium timor, non vnius dumtaxat partis est.

Clau. de  
quarto

*Qui terret plus ipse timet,* ait Claudianus.

Honorij  
consulat.

*Qui terret idem & trepidat:*

*Timet timētes, metus in auctorem redit,* dicit Seneca.

Sunt qui arroganter & elatè loquuntur, & extensis  
se irarum motibus efferuiscere ostentant, & tamen ti-  
more ingenti afficiuntur, eosq; reformidant, quibus  
se existimant timorem incutere. Qui alios terret, est  
quod etiam terreatur: *multis terribilis, cauet o multos,*  
ait antiquus quidam. Aut de nocte surgendum erit, ut  
in nemore suum exspectet aduersarium: aut tremen-  
bunde ambulandum erit, & thorace chalybeo mu-  
nitus, borbardis onustus, gladio accinctus, stipatus  
comitibus procedat necesse est, cui & vix centum  
oculi, si tot illi, ut Argo inessent, suffecerint, ad excu-  
bias agendas, ac insidias inimicorum cauendas & de-  
tegendas.

Deinde vel benè succedit iniuriam inimicorum re-  
pellendo, vel malè. Si benè, statim gaudiolū aliquod  
occupat pœnitudo & dolor. Pœnitudo siquidem &  
dolor ipsum concomitatur peccatum: *Statim, in for-  
bis peccatum aderit.* Acce dit iustitiæ, parentum, & a-  
micorum ipsius offensi timor. Et tunc dici solet, quod  
Lamech cum casu occidisset Cain, quem feram ali-  
quam dumetis inuolutam arbitrabatur, dicebat  
*Audite vocem meam uxores Lamech, quoniam occidi*  
virum

Gen. 4.

*virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.*

Rursus remorsu conscientiaē vrgetur & exagitur quod amicē fortassis vitam eripuerit, vel in exilium pepulerit, aut ei nocumētum aliquod intulerit. Quot stimulis & quibus agitarus fuit, putatis, Alexander magnus, dum Clytū fidelissimū suū amicū, & quo familiarissimē utebatur, eō quod Philippum patrem Alexandri defendisset, & ipsius Alexandri pompam, apparatus & intolerabilem excessum arguisset, de medio sustulit. Narrant Diodorus & Iustinus Historiographi, quod cum ipsius ira non nihil deserbisset, dilectissimo suo perēpto, etiam sibi mortē consciscere tactus dolore, & pœnitudine non minus furiosā, quam eius fuerat cholera, tentārit, immodō manus sibi attulisset, nisi a suis fuisset præpeditus, & in cubiculo retrusus, in quo per diem noctemque integram, nemini locutus est, continua suspiriā ex imo pectore trahens, nec quisquam ad eum accessum habuit, etiā si fuisset intimus amicus & familiaris. Addit Iustinus: *Ob hac, inquit, illi quatrindō perseverata inedia est, donec exercitus vniversi precibus exoratus est.*

*Iust. lib.  
12. hyst.*

Quanto desiderio Athenienses sui Themistoclis, quem liuore inuidiaē in exiliū detruserant, commoti sunt? Et Romani suū Camillum, quem etiam ex inuidia, & ingratitude in exilium eiecerant, cum Brēnus cum suis Gallis Senonensibus iam ipsorum urbē incendisset, & ipsorum Capitolium obsidione cinxisset, eosque fame pressisset, quibus non votis exoptauerunt? Historijs Gallicis proditum est, quod magnus ille Enguerandus Marignius, penes quē sub Philippo le Bel rerum erat potestas, anno 1315. suspensio interierit in Monfaucon iuxta Parisios; & quidem in eodem patibulo, quod ipsemet alias cum palatio Parisiensi, instantia suorum inimicorum erigi iusserat. At protinus ipsius desiderio flagrarunt, ijdem, qui mortē ei machinati erant, & eundem inter viuos esse votis exoptarunt ardentissimis. Iudas ipse nunquid *penitentia ductus est, quod tā sceleratē propriū & prodidisset*

*Bern de  
Gerard in  
sua Franc.  
hist. li. 13.  
Pag. 79.*

Virg. 4.  
Æneid.

didisset & vendidisset Dominum? Hocne est quod lo-  
dæis Dominus minitabatur dicens: Ego vado, & que-  
retis me? Et nomine Dido, sapè vocatur. Sic quondam Her-  
cules, eum propria vxori necem attulisset, exagitans  
furijs eius filijs, respuit, & agnito scelere, tanto cõsi-  
entiæ remorsu diuexatus est, vt vitæ sibi exhaustisset, nisi  
parentis sui preces eum fuissent remorata. Sic per-  
sè vltoribus accidit, dum ira inflammata vindictam  
lumere volunt, tristantur, & lachrymas effundunt.

Seneca in  
Herculo  
furente  
act. 5.  
Voces sunt  
Herculis.

Dent arma panas, vos quoq; infaustus meis cremabo  
lis, ó non merciales manus.

— nemo polluto queat,

Animo mederi: morte sanandum est scelus.

Horatius: Virtutem presentem odimus

Sublatam ex oculis quarimus, inuidi.

Quid? quod & ipsi parentes persè mærore con-  
ficiantur, si in proprias proles seuerius animadu-  
terint: Terentius princeps latinorũ Comædorum, in  
quadã comædia senẽ penitentẽ introducit, quod as-  
perius filiũ tractasset. & eã ob causã dicit eundẽ vitã  
vixisse austeram, multaq; mala & incõmoda pertulisse  
tantisper, donec tandẽ peregrinatione reuersus esset  
filius. Sed vt loquatur Terent. & quã verbis hæc fle-  
bilibus recẽseat, audiamus. Ter. in Heaut. Act. 1. sc. 1.

Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea.

— usq; dum ille, vitam illam incolit

Inopem, carens patria, ob meas iniurias,

Interea usque illi de me supplicium dabo,

Laborans, quarens, parcens, illi seruiens.

Ita facio prorsus, nihil relinquo in edibus,

Nec vas, nec vestimentum, corruasi omnia,

Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico

Faciendo facile sumptum exerceant suum,

Omnes produxi, ac vendidi. inscripsi ilicò

Ædeis mercede, quasi talenta ad quindecim

Coegi. Agrum hunc mercatus sum, hic me exerceo.

Decreui tantisper me minus iniuria

Chreme meo quato facere, dum siam miser,

Nec fas esse vlla me voluptate hic frui,

*Nisi ubi ille huc saluos redierit meus particeps.*

ANRON hæc est parris luctuosa lamentatio? Et hæc illi euenere ob defectum *miseri cordia motus*, quod nimirum nullam iuuenturis habuerit rationem, & cuncta ira motu sine commiseratione transegerit.

Quot patres inuenire est, qui filijs suis infausta imprecantur, eosq; diris deuovent, immò nonnunquam, (horret dicere) eos auferant cacodæmones, vel possideant optant & precantur? Et sic contingit plerumque; & cum eos immensis angoribus & languoribus confictari videt, tunc summo confic iūtur mœrore, tūc se habent impatiētius, cui sanctorum in eū debeant commendare, quem in patronum cooperare, cui suas offerre oblationes, cui Exorcistæ libera ndū a genio malo committere, inquirunt sollicitē. Quid nonne aliqui sibiipsis optant frangi ceruicem, in ortem, pestem desiderant, seipsos dæmonibus dicant & consecrant, & sæpè quod optant, & ut optant euenit? Videtis igitur quod si vindictæ vestræ ex animi sententia successerint, si in flagranti actu vnciam vos latitiae acceperitis, si de victoria nonnihil recreati fueritis, paulò post decē tristitiæ ac penitudinis vncias deglutietis. Si verò res non, uti sperabamus, successerit, nec in inimicum quæ volebamus, ea damna coljcerimus (nam nec scelesti homines, nec ipsi dæmones tantum nocere possunt, quantum vellent, Deus quippè eorū vires limitauit, & certis terminis circumscriptis, Deus bone quis dolor, quod cordolium, quis furor? Tunc sortē nostram lamentamur; omnia litibus & querimonijs complemus, contra cælum & terrā blasphemamus, quod nostris non annuerint conatibus. Audite quæso, ut Iuno egrè ferat Troianos inimicos suos adhuc secundo vento in mari vagari, nec eos omnes in excidio Troiano prostratos fuisse.

*Iuno æternam seruans sub pectore vulnus*

*Hæc secum: mēne incepto desistere victam?*

*Nec posse Italia Teucrorum auertere Regem?*

*Quippe veror fatis.*

*Vide D.*

*Aug. l. 22.*

*Ciuit. c. 8.*

*Suuium in*

*vita Ze-*

*nonis*

*Martyris.*

*Egi & quæ Diuum incedo Regina, Iouisq;  
Et soror, & coniunx, una cum gente tot annos  
Bella gero! Et quisquam numen Iunonis adoret  
Præter ea? aut supplex aris imponat honorem?*

Quam anxio fuerit Saul animo & confternato quod gentium suum pauperem ac innocentem David tanto tempore persequeretur, nec tamen cum suæ face:re posset potestatis, quis sermo explicet? Immo v' erò in potestatem ipsius David incidit sapius, n' isi patre fuisset probitate candidior. Quoties fatiæ dabatur quod David è Cecla, aut ex alia minurione esset egressus, & Saul eum se posse circumvallare, aut in eum manus violentas injicere arbitrabatur, pauper Rex laudi atque gloriæ generi sui inuidens, toties nouus velut erat infernus, toties angabatur & cruciabatur: cum etenim omnes eò suos inflecterent conatus, vt eum exterminaret, videretque se ni hil efficere, se oleum perdere & operam, nemo ad dubitauerit, quin furore quodam percitus fuerit ac amentia. Quin ad instar leonis aut vrsi dum baculis exaerbantur in carceribus suis, & irritantur, rugerit ac gurgidierit: Quin etiam labia momorderit vt solent quædam animalia dum iræ motu concitantur, fustes & ungues morsu dilacerare.

De Trigide narrat qui de animalium natura scripserit, quod cum ad venationem excurrit, si quis eius fecus abripiat, statim furiosa raptorem insequitur, eiusque insistit vestigijs, quod si perspexerit se eum non posse assequi, tunc velut rabie commota, omnem in seipsam conuertit furorem, sibi que ipsi vitam exhaurit. Non absimilem Tigridi Saulem fuisse mihi persuadeo, cum cerneret se in persequendo Davide operam ludere. De quodam Imperatore memoriae proditum est, quod ira & furore extinctus fuerit, nec aliam ob causam, nisi quod fugitiuum quemdam, quem supplicio acerbo de medio auferre cõstituerat, inuenire non potuerit.

Vt mare dum scopulis illiditur, nec pertransire potest spumas agit: sic eiusm odi homines, dum serui-

Etos cernunt, & se sua spe frustratos, in iram effunduntur, & præ ira non possunt non spumare. Etiam summo suffunduntur pudore, quoties hoc innotescit, & ad suos victores & coryphæos mandantur: vt Burgundis contigit, Metis ac Naricci; Gallis, Papiæ; Hollandis iuxta Antuerpiam; Hispanis in Nouoportu, Romanis Cannis; Persis Salamina; Baiazeto & Turcis suis à Tamerlano in monte Stella; Selima & Turcis suis à Domino Ioanne Austriaco in Lepanto; Alijs Turcis à Comite Carolo Mansfeldio Strigonijs, & sic de consimilibus, & quando eis dicitur: *hic tibi meta datur.*

Ingens est nationi cordolium, quæ spe totum orbem deuorabat, & totum aut nihil volebat, *aut nihil aut Cesar*, si ab exigua hominū multitudine, coneratur & prosternatur, fastus quidē & ambitio eiusmodi nationi coercetur & reprimitur, sed vehemēter dolēdū, quando id cum summo bonorū Principum fit: detrimēto, & animarū dispendio. Sed meliora sperāda.

Sed his addamus, quod non solum eueniat vt tales vindictæ cupidi, & implacabiles frustrentur & exsibilētur, eò quod suis fuerint aduersarijs inferiores: sed eiusmodi vindicta extimulatur eorū inimici ad plura audenda & maiora, ad opes sæpè ac honores euehuntur, & tunc his vindictæ licentibus accrescit tristitia, & furor reuadescit. Solet enim Deus seruos & amicos suos vijs aliquādo obliquis & indirectis, ad bonorum affluentiam perducere. Sic olim Israeliticum populum per vias asperas ad terram promissionis transmisit.

*Circumduxit per viā deserti, qua est iuxta mare rubrū. Exod. 13.*

*Circumduxit eum per desertum quadraginta annis. Num. 32.*

*Circumduxit eum & docuit: Et custodiuit quasi pupil-*

*lam oculi sui.*

*(eius.)*

*Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates Psal. 110.*

Permittit sæpè diuina bonitas hominē varijs persecutionū procellis circumueniri, vt eum postea prouehat ad altiora. Oculis suum inspergit puluerem, luto cæcorum inungit oculos, vt lumen recipiant.

Amicum suum Iob omnibus nudat bonis, & vsque ad sterquilinum deprimat, vt accrescant, & duplicentur eius diuitiæ. Permittit Iosephum fieri mancipium, vt tandem vicerex denunciatur. Efficat vt quis se hominem trucidasse existimet, & tamen vulnerado eripiat eum à morte: efficit vt dum quis alium vult de gradu deijcere, eidem ad summum dignitatis fastigium, viam muniat & patefaciat. Existimas sæpe te subuersurum inimicum, & ei pontem extruis, scalam subleuas, humeros offers quibus ad altiora conscendat. *Percutiam & sanabo.* Iason quidam, vt litterarum monumentis consignatum legimus, Rex & Tyrannus, Pherarum in Thebalonia, postquam à medicis, qui apostema quoddam curare non poterant esset derelictus, ad bellum potius moriturus, nec enim diutius vi uere percipiebat, qui victurus, se contulit. Accepto ab inimico vulnere, & eius pectore laeso, pristinae sanitati restitutus est, ita vt inimici gladius in bello sanitatis fuerit occasio, quam nec inter amicos, nec in medicorum scholis, aut in Pharmacopolarum officinis potuit recipere.

Quod Ioseph a fratribus tuerit Madianitis venditus, qui liuore inuidiæ, quod à Patre plus ceteris amaretur, tabescebant: & timore ne ob somnia quæ haberat, sublimaretur percussi erant, ac in eum iræ, quod de crimine pessimo accusati essent, commouebantur, nonne inde suæ promotionis & ad tanti honoris culmen assumptionis habuit initium? Paulò post factus est magni principis aulae praefectus. Adhuc quod à sua Domina Principe falsò accusatus fuerit, tanquam qui eius pudicitiam expugnare voluisset, nunquid modus fuit, quanquam periculis plenus, ad maiora perueniendi? Cum siquidem carceri esset mancipatus, somnia suorum duorum sociorum interpretatus est, quod cum Rex rescisset, eique etiam sua exposuisset somnia, statim in ipsa Regis aula promotus est, statim totius regni Aegypti vicerex proclamatus, & Saluator Mundi denunciatus. Sic è carcere ad thronum. Et è contrario ecce fame conflictantur eius fratres, ecce ad fratris quem vendiderant, auxilium

xilium transfugiunt. Quantum fuerat hoc periculum, nisi micillimus fuisset & mansuetissimus?

Aman arrogans ille & typho superbiæ inflatus Macedo, humili loco natus & obscuro, in viceregem Persiæ sub Assuero cooptatus est, ceterum prospero fortunæ successu nesciens vi, sed tua potentia abutens, & Regi imponens, voluit Mardochæum & totam nationem Iudaicam opprimere & exterminare. Mirum dictu, Qui Mardochæum optabat deprimere & velut in nihilum redigere, ei scalam erexit, qua in proprium palatium assurgeret, cumque sede sua ac bonis deturbaret; & tam altè ascenderet, quo altius ascendere posset, non haberet nisi Rex fieret, & tandem incidit ipse Aman in foueam quam fecit. Sic dolo dolo repellitur: sic contra vulpem vulpinandum est.

Themistocles rebus præclare & fortiter gestis tantam consecutus est famam, tamque celebre nomen, vt tanto splendore inuiderent aduersarij, ac vt loquitur Cicero: *Propter inuidiam in exilium missus sit*: Miser ille recto itinere ad Xerxem, Persarum Regem, quo cum felicissimè decertarat, eumque aperto Marte prope Salaminam fregerat contendit, ad eius pedes se demisit ac eius misericordiæ submitit. Quid vultis? Omnes artes perdocet necessitas: Omne agitat consilium, vt populari fertur adagiolo, cui deficit edulium. Quid accidit? Honore adauctus est & dignitate. Tanto Rex perfusus fuit gaudio, vt pernox somnando ipsum Themistocle mente pertractaret, & tanta fugitiuum suum, & ab inimicis suis expulsū, opum copia, tot & tantis facultatibus eundē cumulauit, vt quodā die ipsemet Themistocles dixerit: *Perieramus, nisi perissemus*. Hoc est si nunquam à nostris pulsi in exilium fuisset, si nunquam ab ijs pressi & oppressi, nunquam ad tātos dignitatis gradus subuecti inter externos fuisset. Cū verò fors ita, eōtra multorū opinionē tulisset, quid cordis habere potuerūt eius aduersarij, videntes eū ad tā excelsum dignitatis fastigium assumptum esse, quem se perdidisse, ac

ei exitium attulisse, arbitrabantur?

Annon Aman extremè affligebatur, cernens Machabæum hoc ferè modo, tanta dignitate florentem? Quid animi poterant etiam fratres Iosephi habere cum eorum molitionibus, eum ad tantum dignitatis gradum elatum esse cernerent? Hi haud dubie & illi diem illum & horam maledicta congregabant, in qua eiusmodi persecuciones contra eos cæperant machinari. Sic sæpè iustissimo Dei iudicio euenire solet, quod orbem totum ratione gubernat. Sic dico accidere sæpè, ut vindictæ appetitus, omni gaudio eos exuat, qui plus æ quo, illius sunt sitientiores.

Sed ut hæc fusius prosequamur, nonnè & ipsa infamia, quam eiusmodi vindicta afferre solet, mirum in modum affligit hominem & excruciat: Magnus ille Alexander cum Clitum suum familiarissimum ita motu contrucidasset, satis hoc ut ad se rediisset, intellexit: nam, teste Iustino, *Reputabat quantum in exercitu suo, quantum apud gentes deuicias fabularum, atque inuidia, quantum apud ceteros amicos metum, & solium sui fecisset.* Huc accedit quod omnes fugiant, omnes horreant eiusmodi homines, eorum manus violentas pertimescant:

*Lite fugant nuptaq; viros, nuptasque mariti.* Sic igitur se societate priuant humana, quæ tamen ad eam naturam humanam consentiens est, ut eam ob causam Philosophi, hominem *animal sociale*, vocitèt & civile. Estq; hæc societas tam necessaria, ut sine ea vita hæc, vita non sit appellanda: *Qui potest esse vita vitalis,* ait Ennius, *qui nõ in amici beneuolentia conuiescit?* Nullius boni sine socio, inquit Seneca, *inucunda est possessio.* Sicut nec paradisi terrestris possessio sine femina: *Non est bonum hominem esse solum.*

Cogitate si potestis, si quis in desertum, imò in regale aliquod palatiũ transferretur, in quo omnia affluerèt, quæ natura humana posset exoptare, ea tamè conditione, ut in eo perpetuò sine societate vitam duceret, sine superiore, aut inferiore, sine pari & socio, sine homine, aut Angelo, quid consolationis, etiam omni-

*Iust. li. 12.  
Ouid. l. 2.  
de arte.*

*Ennius  
apud Ci-  
ceronẽ in  
Latio.  
Seneca l. 1.  
epist. ep. 6.*

omnibus bonis circumfluentibus, habere posset. Statim diceret, ita auguror, date mihi socios, si vultis his fruar bonis, aut me hinc, aliud, vbi non tam ingēs sit bonorum pelagus, educite, nec enim solus esse possum: *delicia mea esse cum filiis hominum. Homo animal est gregarium.* Cicero in Lælio. *Si quid tale posset contingere, vt aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudinem respiciam collocaret, atque ibi supeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam, hominis omnino adspiciendi potestatem eriperet, quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset? cuiq; non auferret fructum voluptatum omnium solitudo?*

Archytas Tarentinus solitus erat dicere, quod si quis in cœlum conscenderet, ibique naturam totius vniuersi, ac astrorum pulchritudinem contemplaretur: hæc tamen quamuis admiranda sint & stupenda, parum ei voluptatis adferrent, si postea deesset, cui hæc referre posset & enumerare. Mirum vero, in modum exhilararetur, si quos haberet, quibus, ea, quæ aut in cœli theatro, aut inde vidisset, posset manifestare. Tam solitudinis osor homo est. Imò durum est homini si Angelorum, aut ipsius Dei cōuersatione familiari priuetur, quæ conuersatio animabus dumtaxat illuminatis, eleuatis ac diuinis familiaris esse solet. Quid? Ipse D. Paulus è suo trium dierum raptu vsque ad tertium cœlum, reuersus, (tertium dico, supputando à primo superiori iuxta B. Chryostomi opinionem) cum *mirabilia, quæ non licet homini loqui vidisset*, ea non potuit silentii velo contegere, sed fratribus suis Christianis transcripsit, non tantum vt eos ad horum mirabilium amorem inflammaret & desiderium: sed etiam, vt per horum recordationem & descriptionem suam ad ea concitaret & adaugeret affectum.

In eam quoque deuoluo opinionem, vt existimem Iesum Christum voluisse de virgine desponsata nasci, non eas tantum ob causas, quas S. Hieronymus & alij commemorant: *vt in Ægyptum fugiens haberet*

*solatium, &c.* sed etiam, ut mater eius hominem haberet virginem, qui cum loqueretur de voluptatibus & gaudijs indicibilibus, quibus anima ipsius in conceptione filij sui perfusa fuit & completa: de honore & promissis ab Angelo sibi factis: de læticia, quæ in eius partu, ubi alix mulieres doloribus consistantur æcerrimis, persensit: de Angelorum consolatione, ac eorum in sua cellula familiari consortio, quo via est ab ætatis suæ anno tertio, quando nimirum in templo fuit præsentata, usque ad annum quartum decimum, ut Glycas testatur: in eiusmodi siquidem verisimum est illud Poetæ:

*Glycas  
part. 3.  
anmal.*

*Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.*

Hoc expertus loquor, cum siquidem in meo itinere Romano omni honore, favore ac benevolentia à Paulo V. esse exceptus, eundemque Christi Vicarium in me homuncionem tam propentum habuisse, ut nihil supra: sapius etiam Illustrissimum Cardinalem Baronium cõuenissem, ac cum eo in proprio suo palatio comedissem, dum me deduceret ac valediceret hæc vultus est verbis: *tales hospites debent sic tractari.* Tam humilis erat, tam blandus & affabilis scriptorũ nostri temporis verè Cæsar.

Ut ad propositum me referant, non potuit nõ mihi esse acerba mors cuiusdam fratris mei germani, in carcere ab hæreticis inclusi, ac in eodem, dum meum iter conficerem mortui, nec non lectoris cuiusdam mei & in theologia magistri è vita discessus qui Paduæ hinc abreptus est, præsertim cum illi duo essent, quibus totã peregrinationis ac itineris mei seriem, omnes in eo euentus plenè planeque debuissim recitare, & toties mea renouasse gaudia, quoties eorum fecissem mentionem.

Ecquis vestrum est, qui si thesaurum in horto, aut crumenam nummis aureis plenã inueniat, fidelem non perquirat amicum cui hæc insinuet, non minus quã arcam, in quam recondat? femina illa euangelica hoc apprimè edocet, quæ inuenta sua dragma non potuit non vicinos cogere & illis dicere: *Inueni dragmam, quam perdideram.* Alter

Alter equidem Simon Atheniensis, alter ille misanthropos esset, qui ita horreret societatem hominum, ut non nisi solus & ab omni hominum consortio velleret esse diuisus. Adhuc tamen monstrum illud Alcibiadem habebat præ omnibus commendatum, in quem suæ inhumanitatis venenum effunderet.

Cum itaque ambitio, cholera, ac vindicta solitudinis patres sint, matres nutrices; nam hominum implacabilium, rigidorum, austerorum ac immanifueorum consortium, tanquam ipsi incompatibiles forent, respuimus, reieciimus, & execramur, illorum amicitiam iam contractam sensim postponimus, à contrahenda auocamus, ne scilicet ijs omnibus, quæ vel somniant, calculum addere cogamur; vel ne re aut verbo eorum in nos iram concitemus. *Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir.* Vel etiam ne faciendo eorum iram prouocemus, dicantque nobis illud: *Dic aliquid ut duo simus.*

Nonne & isti aspero, immitti atque efferato ingenio homines, sese ab alijs hominibus, disungunt & dissociant, & gaudio quod est societate hominum & conversatione emanat, omnibusque etiam felicissimis necessarium est, priuant? Si aduerso fortuna statu uel fuerint, si aduersitatum ac molestiarum procellis fuerint iactati, ad quem confugient, cuius consilio, cuius utentur solatio: quem reperturi sunt qui ex parte afflictionum suarum pondus perferat? Quos Simon Cyrenæus in portanda cruce affuturus est? Omnes siquidem ira sua ac vindicta expulerunt, atque exturbarunt. Omnes eos, ut accipitrem columba, ut ouis lupum: ut mus felem fugiant & metuunt. Hinc Ouidius lib. 2. de arte:

*Odimus accipitrem quia semper uiuit in armis;*

*Et pauidum solitos in pecus ire lupos.*

Sed nonne & totus mundus si quid aduersi eis contingat, afficitur lætitia? vertitur hoc in risum, cantatur Io Io, *Euge euge.* ignis lætitiæ excitatur: clamant omnes dignum & iustum est. De his id quod Semei quodam die in Dauidem fuga vitæ suæ consulente d  
pecto.

2. Reg. 16.

pectore enomuit maledicto, dici adsolet: *Egrede, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus uniuersum sanguinem domus Saul, &c.* Si quam ferant calamitatem lætatur mundus, non secus ac subrustici, dum caput lupi alicuius capti, vel interfecti, vicatim & domesticatim persicæ innixū defertur, lætari soliti sūt, sed nec baiuli indonati recedūt. Nesciunt se ab alijs, dum incommodi aliquid patitur, irrideri. Et sic quid gaudij quæso habere possunt? Nonne iniqua prorsus sunt conditione, in quos omnes odio feruntur acerbo? Verè igitur his caræ hæc inhumanitas atque immanitas, ob quam tot molestijs, tot afflictionibus urgentur, immo ob quæ ipsam mortem subinde incurrunt.

*Quid in  
epp. Heroi.  
ep Dido-  
nis.  
Salust in  
con. Cati-  
lina.*

*Exerces pretiosa odia & constantia magno,*

*Si dum me fugias (aut ledas &c) est tibi vile mori.*

Annon hoc est velle succumbere sub tasce Elephanti, modo ipse necetur, vt Eleazaro contigit, Elephas? Annon hoc est ignem in sui exitium extinguere? Sic in Catalina Salustius: *quoniam quidem circumuentus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam.* Aut velle mori, vt Samson, modo Philistij ruina conterantur & comprimantur penitus: *morietur anima mea cum Phylistijs.*

I I.

**QVOD IMMISERICORS DEI IRAM  
prouocet, & Deum sibi reddat ad-  
uersarium.**

**O**Mnes autē istæ angustia: fructus sunt & redditus, quos iis, qui zelo vindictæ ad aliorum perniciem nihil non tentant & conantur, persolunt homines. Quid etiam mercedis à Deo habeat eorum superbia & implacabilitas dispiciamus. Re pensulatius considerata video, quod de his quinque vel sex modis supplicium sumat: nimirum eorum vitam abbreviando, aut infelicem reddendo, & hic est primus: eos amicorum suorum albo ex-  
pun-

pungendo, hoc est secundus: non communicando  
ijs gratiam suam, vel eam subtrahendo, hic est ter-  
tius: eos ab altaribus suis repellendo, nec audientiam  
iis faciendo, & hic est quartus. Eorum peccata  
reuoocando seu ad suppurationem redeant iubendo,  
& hic est quintus: Illis cœlum claudendo, & hic est  
sextus. O damnosam inhumanitatem! ô arroganti-  
am perniciosam! Seo hos sex inclementiæ, quem  
tanti faciunt nobiles ac duellorum concitatores, fru-  
ctus, solertius excutiamus.

Dixi primò quod ob eam Dominus Deus aut vi-  
tam abbreviet, aut reddat infelicem: Probo, nam  
fomnia imprimis, molestiæ, cordolia, quibus ob cau-  
sas à nobis prædictas imperuntur & videntur, vitam  
humanam omnium medicorum sententia contra-  
hunt. In hanc sententiam etiam omnium Physico-  
rum facile princeps propendet Salomon: *Animus*  
*gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exsecat ossa.* *Prou. 17.*  
Huic inter alias causas. Dij & beati immortales di-  
cuntur, quod contenti viuant & sine tristitia: Et ali-  
qui dicuntur viridi esse & vegeta valetudine, mira  
specie & corporis habitudine, eò, quod in dies viuant  
bonos dies ducant, ad instar Regeri boni temporis,  
nihil illis cordi sit, nihil de debitis persoluendis sol-  
liciti. Et facetus pœta Martialis dixit, quod inter  
alia quæ vitam faciunt longiorem & florentiorem,  
sit spiritus sedatus & tranquillus, vacas omni mo-  
lestia, & qui sine lite maneat:

*Vitam qua faciunt beatiorum,*

*Incundissime Martialis hæc sunt:*

*Lic nunquam; toga rara; mens quieta, &c.*

*Mart. l. 10*

*epig. epig.*

Et antiquus ille scriptor Pacuius, versu quodam  
insinuat molestias esse & tristitias, quæ senium in-  
ducant, mortemque citius hominibus consciscant;  
*corpuseq; mecum, inquit, tali maxore, errore, macroue senes.*  
Et planius adhuc, disertius & facetiùs Plautus, quan-  
do ut agnum macie confectum, & pelle tantum ac  
ossibus constantem exprimat, curiosum illum vocat  
& solitudine pressum:

*Etiam agnum misi*

*Eu.*

*Eu. quo quidem agno, sat scio*  
*Magis curiosam nunquam ullam esse bestiam.*  
*Me. Volo ex te ego scire quis sit agnus curio.*  
*Eu. Qui ossa atq; pellis totus est, ita cura macer.*  
*Quum extrainspicere sole etiam vino licet,*  
*Ita u pellucet quasi laterna tunica.*

Igitur sollicitudo, ut vult Plautus, exsiccet homines, & humore radicali consummato, mors sequatur necesse est.

Porro homines vindictæ auidi, immites & immisericordes sollicitudinum ac pœnarum multitudinem circumueniuntur, ut plus satis comprobauit, unde sapere vita mulctentur oportet, & hoc Deo ita disponente. Deinde bonitas ipsa diuina, his succidit vitam filium citius, aut ex improuiso hinc eos euocat, ne iurata aut promissa homicidia, admittat, vel certè violenta morte tolluntur ab ijs, quibus exitiū mouebat, & machinabantur, & sic in eam, quam ipsis parabant foueam prolabuntur, & potum quem offerre volebat, ebibunt: *Incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem eius iniquitas descendet.*

*Psal. 7.*

*Virg.  
Bucol.*

*Pallas quas condidit arces*

*Ipsa colat.*

Equidem Propheta Dauid manifestè hunc in modum loquitur: *Viri sanguinum & dolosi, non dimittunt dies suos. Noli amulari ut maligneris: quoniam qui malignantur exterminabuntur.* Dei constitutio & decretum est antiquum, post die diluuij Noe pronunciatum: repetitum & confirmatum à Christo, in Sancto Petro, nimirum: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Exemplum ipsius Cain, primi totius mundi homicidæ suffecerit, qui tandem à Lamech interfectus est, nam bestiam esse ratus, dumosum & frondosum, prostravit. Vixerat autem Cain vitam miseram, & terroribus plenam, & quod promittus erat, summa cum formidine præstolabatur.

*Virg. in  
Bucol.*

*Tales quod meruerunt, semper expectant, Virgilius.*  
*Torua leana lupum sequitur, lupus ipse capellam.*

*Ad generum Cereris, sine cade & sanguine, pauci  
Descendunt Reges, & sicca morte Tyranni.*

Secundo expunguntur ultores & iniuriæ vindices  
ex albo amicorum & seruatorum Dei, quod verum est  
quandiu in tali statu persistunt. Deus siquidem eos  
dumtaxat in suorum filiorum catalogum refert, qui  
mâsuetis animalibus sunt perfimiles, utpote ouibus,  
agnellis, arietibus, quæ in iram non sunt procliuia.  
Talis fuisse dicitur Rex Charislaus, fuit quippè tam  
mansuetus, ut etiam in improbos, & impios motus  
iræ non posset concipere: hæc quoque animalia ad  
vindictam sunt tardissima: *Pasce agnos meos, pasce oves  
meas.* Dicebat Christus Petro, agnos dicit, non leo-  
nes, solus etenim Christianus qui innocenter viuit,  
integrè, religiosè; ac multa tranquillo & elato per-  
fert animo, nec ultor vult esse iniuriæ, dignus est nu-  
mero suorum electorum adscribi, dignus qui libro  
vitæ inseratur, dignus librum aperire & soluere septè  
signacula eius, ut in eum referatur: *dignus est agnus a-  
perire librum, & soluere septem signacula eius.*

Nunquam huic libro leones ascribentur, aut si ad-  
scripti fuerint, aut adscribentur, oves namque sunt  
in baptismo, & secundum præsentem iustitiam, si-  
mulatq; in leones immutabuntur, & larvam erexe-  
rint, ac ouinam pellem excusserint: *Veniunt ad vos in  
vestimentis ouium,* de libro hoc electorum delebun-  
tur. Et ubi cum alijs ad iudicium conuenerint, &  
Christi dextram cū ouibus occupauerint, Dominus  
faciet quod die quodam fecit Diogenes, qui iocan-  
do philosophari, officio iudicis ac tortoris fungi, ac  
dente theonino alios solitus erat arrodera. Hunc  
philosophum memorant quadam nocte voce clara  
& elata in hunc modum dixisse: *Heus homines, venite  
qui homines estis: sic Christus in die magnæ solen-  
nitatis: Si quis sitit veniat ad me.* Et alias: *Venite ad  
me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Cum  
verò ingens hominū turba ad Diogenem accessisset,  
fustibus eos expulit dicēs: *homines, nō purgamēta voca-  
ui.* (tan-

Matth. 7.

Diog. La-  
ert. in li. 6.  
de vitis  
philos.  
Matth. II.

(*tanquam purgamenta huius mundi facti sumus usque  
adhuc*, ait beatus Paulus ferè in eundem sensum) non  
homines eos qui sceleribus essent onusti, reputans,  
sed sapiètes & piè sanctèq; viuentes, quorum percen-  
tuus est numerus. & vix è millibus vnum reperias.

*Qualem vix repperit vnum*

*Millibus è multis hominum consultus Apollo.*

Eodem modo quando supremus ille Iudex in tuba  
& in voce Archangeli clamabit, suumque terribile,  
*Venite*, personabit. *Venite mortui ad iudicium*, nunquid  
& fustem corripiet, quo iracundos istos homines,  
vindices, duellatores, bestias potius & feroces leo-  
nes, quam homines & agnos, eijciat, excludat, exter-  
minet, & sempiternis cum demonibus flammis co-  
coquendos addicat: In ipsos intonabit illud: *ite ma-  
ledicti in ignem aeternum*. Diceretque eis, se non vocale  
raptores, inhumanos leones, & vrsos inexorabiles,  
aut tigrides implacabiles; sed agnos, oves, arietes,  
homines patientes & mites ad instar agnorum, sui  
similes, qui nunquam in sua passione submurmura-  
unt aut obstrepunt, *sed tanquam ovis coram tonante  
obmutuit*.

Vult igitur Dominus Deus in suo consortio ag-  
nos, aut columbas: nam & his nominibus suam ex-  
ornat ecclesiam, & quamuis animam particularem:  
*Vna est columba mea. Oculi tui columbarum. Veni colum-  
ba mea*: Neminem vult candido suo electorum libro  
adscribere, nisi columba referat similitudinem: *Esse  
te simplices sicut columba*. Nisi qui sit sine felle, & ne-  
mini noceat sicut illa: nisi qui amnistia perfectiora  
Atheniensium iniurias sibi illatas, & obliuione volun-  
taria conterat vt columba: de qua dicitur, & in dies  
singulos videre est, quod etiam si quis è nido primos  
suos pullos exportet, statim tamen alia incubat oua  
in eodem nido, ac excludit ea. Eodem modo semper  
iniuriarum in nos admissarum memoriam debemus abijcere  
*Vsque septuagies septies*, quamdiu inter viuos nu-  
meramur, etiam singulis diebus, etiam singulis ho-  
ris.

Rursus columbæ statim placantur : nam plumbeus iras gerunt. statim peracta velitatione, se exolculantur inuicem, & fortior refurgit amor.

Qua modo pugnarunt iungunt sua rostra columba. Terentius in And. act. 3. Scen. 3. *Amanium ira amoris redintegratio est.* Ouid li. 2. de arte.

Etiã Dominus in suo electorum catalogo alios non vult homines, quam placabiles, quam qui iras columbinas, irasque plumeas habeat, non recipit eos qui iras gerunt plumbeas, oblongas, & quæ concoctionis sunt difficillimæ. Plautus ubi supr.

Vult Deus Noe columbas, quæ statim in arcam reuertantur, non coruos sanguine adusto & cholericis denigratos & cadaueri inhaerentes. Hoc est, homines vult Deus, qui cū semel à ratione desierint, & quasi extra se fuerint (homo quippè, vt sapiens quidam ait, extra corpus suum est, cum irascitur) statim ad seipos redeant (memineritis eorum quæ alias in illud: in se autem reuersus, à nobis dictum est) nec cadaueri adhaereant. Pub. M. de virt.

Hoc est non foueant animum se vindicandi, & moribus proximum dilaniandi, & hoc tanta cū ferocitate, vt quis dicat vtrumque bestiam esse & oppugnantem propter furorem, & patientem propter patientiam, qua armatus iusq; deq; habet quod ei ab agente irrogatur. Vide tom. nostru de panit. flg. prodigi ser. 7 p. 1.

Deus bone quam deplorandus est eorum status, qui digni nō sūt libro huic manu Dei cōscripto inseri & inscribi? A memoriali & pugillaribus societatis celestis expungi quam miserum? Immodò quod quis inscripsit aliquando ei fuerit, & postea deleatur, ipsius Dei manu propria, quid dici potest luctuosius? talis duplici pudore suffundatur necesse est: ne incipiat cum rubore nouissimum locum tenere.

Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes. Ouid l. 5. Trist. 6. leg. 7.

Sanè Moyses hoc plurimifaciebat, quando quidē nihil maius ad Deum placādum ac efficacius esse putabat, pro peccato à populo Israelitico admisso, qui populus sexcentorum erat hominum pugnatorum absq; foeminis & impedimentis, quā Dominum Deū his affari verbis: *Obsecro, peccauit populus iste peccatum*

X  
maxi

*maximum. Fecerunt q̄, sibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dale me de libro tuo, quem scripsisti.*  
 Et S. Paulus qui pro fratribus volebat anathematizari. Et quare non? Si olim loco summi honoris ponebatur, cum quis in album ciuium Romanorum referrebat, & aliquando quidam in illud se ingerere furtim nitebantur. Si proci & amantes inter magnos honores connumerant, quādo eorum nomina libro alicuius honestæ Dominae inscribuntur. Et homo honestus quando in albo amicorum alterius excellens hominis collocatur. (sicut non exigui honoris apud me locum habebat, cum vel vnā epistolam à charissimo meo Lipsio accipiebam) quanto optatius nobis debet esse & desiderabilius, vt in libro Domini Dei nostri inferamur.

Deindè Dominus noster ac saluator Iesus licet magna charissimis discipulis suis promississet, vnde ingenti merito perfundi debebant lætitia. Vt quod essent super serpentes & scorpiones ambulaturi nō secus ac super rosas aut violas, immò absq; nocumēto omnē Satanæ potestātē fracturi, tamen subiecit eos in hoc non debere gaudere, sed in eo quod nomina sua scripta essent in cælis, nempe in aureo beatorum libro, vt hinc nos instrueret quanto perē nobis in eo enīdum sit, vt etiam adscribi valeamus: *Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur gaudet autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis, per magnū igitur hoc est quando quidem tanto honori & tātā præfertur potestati.*

E contrario. Qui nō inscribuntur, aut intelligunt se indignos tali honore, vel inscriptos quidē fuisse, sed suis demeritis erasos esse est quo merito indoleat & deposito omni gaudio summū i) mœrorem capiant. Perinde est ac si Dominus aliquis exautoraretur, & armis cū dedecore exueretur, ac à nobiliū consortio disunctus, ad gregem infimæ conditionis hominum relegaretur: *meus me ordo irideat: Asini me mordicus scindat, boues incurserit cornibus.* Dauid propheta quāsi hoc faciat nō obscure insinuat, dicēs quosdā cōsecle-

Luc. 10.

Plant in  
 Aulula-  
 ria.

rato

atos homines de libro vitæ delendos: *Deleantur de libro viuentium. & cum iustis non scribantur.* At animæ crudeles, inexorabiles, implacabiles, vindictæ amarices, nunq̄ huic libro vitæ inscribentur, vel si inscriptæ fuerint, tandem expungantur, & inestimabile dānum! ò ferox vindictæ appetitus quatum his miseris animabus adfers nocuenti: quam es perniciosus! quam exitiosus! Tertio hæc inclementia & immisericordia remoram gratiæ diuinæ nobis cōmunicandæ iniecit, & efficit ne in nos descendat colūba illa, quæ quodam die, nimirum in Christi baptismo videte S. Ioanne Baptista e cœlo super ipsius Christi caput mansit, & si in nos descendat, hæc tamen crudelitas eam proinus eijcit, ac eadem nulla interposita mora abscedit & auolat, hoc est gratia Sancti Spiritus nec vult, nec potest eiusmodi inhabitare animas. Dubitatisne? Propheta Isaias testis est, cuius ore sic præpotēs ille Deus loquitur: *Super quem requiescit spiritus meus, aut ad quem respiciam, nisi ad pauperculum. & contritum spiritu & tremementem sermones meos?* Isai. 66

Ad hæc si columba libenter cum hominibus conuersatur, apud eos nidificat, ouis incubant, excludunt pullos, eosq; enutrit, sic Dominus Deus: *deliria enea esse cū filijs hominum.* Ita est, sed cū filijs hominū, non cum filijs leonum omni humanitate exutis. Ita est, sed cū ijs qui sine felle sunt & rancore, ad puerorū instar, *quasi modo geniti infantes.* Dicitur, & sic testatur Plinius, quod osculo columbæ concipiunt, saltem hoc modo suum excitent amorem: sic Spiritus S. ab eiusmodi animabus concipitur, quæ totum mundū perfecta charitate exosculantur.

Qui fieri potest, vt Spiritus sanctus qui est ipsa bonitas eique attribuitur, sicut patri omnipotentia & filio sapientia, in animabus malignis ac crudelibus sedem colloget ac domicilium? Qui potest fieri, vt Spiritus sanctus qui vnctio spiritualis vocatur, eas inhabitet animas, quæ eò omnia sua consilia inflectunt, vt se vleiscantur, & aduersarios suos conterant penitus & opprimant?

Sicut similis simili gaudet, & aues vnus coloris simul volitant, aues concolores simul volant. Et vnus artis opifices facile conueniunt: beatus Paulus cum esset scenofactoria artis, & Athenis Corinthum se referret in domo Aquilæ & Priscillæ, erant siquidem eiusdem artis, hospitio exceptus est. Sic spiritus bonitatis & clementiæ gaudet bonorum & elementiam consortio. *Non in commotione Dominus, ait Elias, non in locis tumultuosis, sed in aura, in sibilotenui: Et post ignem sibilus aura tenuis.*

3 Reg. 19.

Ambro.

Varro de  
re rustica  
lib. 3. cap. 1.

Hæc sancta columba nuncium defert & litteras secretorum Dei, vt olim columbæ theatrales Romanorum (de quibus Varro:) aut vt columbæ Ægypticæ & Syriacæ. Hæc colūba quæ auribus cordis instillat vt scribere, dicere & viuere debeamus, vt olim auri Gregorij magni inspirabat, & quæ in medio cordis nostri nos sine murmure informat & edocet: *Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem. Docebit vos omnia & suggeret vobis omnia quacunque dixero vobis.* Hæc, inquam, sancta columba docere non vult in locis tumultuosis, in quibus nil nisi rixa, contentiones, percussiones sunt & sanguinis humani effusiones, sed in academijs docere vult pacatis & tranquillibus, ac ab omni tumultu semotis: *In pace factus est locus eius.* Quando in medio Apostolorum & aliorum confedit, illi non minus corde, quam corpore coniuncti erant & consociati, in pace erant, sine tumultu, vel cum eo duntaxat, qui ab eorum poterat orationibus excitari.

Varro de  
re rust.  
lib. 3. ca. 7.

Columbæ mundæ sunt & mundicie amantices, nec immundis cibis vescuntur, cadauere nullo: & omni solitudine finem è nido eijciunt, & vt idem faciant pullos suos edocent, teste Aristotele. Eodem modo Spiritus S. qui specialiter sanctus appellatur inter tres sanctissimæ Trinitatis personas, & totius sanctitatis est origo, in anima immunda & subdita peccatis haudquaquam requiescit, qualis est anima crudelis, implacabilis, & sanguinis humani sitibunda. *Non habitabit in corpore subdito peccato, Accipiet nullas sordes.*

*Sordida turris aues. Dulcedinis est spiritus: Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauū. quomodo igitur suam sedem in anima feroci, in anima felle & amaritudine plena fixerit.*

Si apes in eum locum non cōueniunt & cōuolant in quo Echo habetur, hoc est, vocis vel soni repercussiones, nec ibi mellificāt. Quomodo Spiritus sanctus animabus nostris illabetur vt suorum charismatum & gratiarum dulcedinem degustemus, quæ assiduum multuantur, & plena ac aspera voce nō nisi iniurias percrepant, & reperunt, nec solū ad instar Echus, quæ se ipsiusculè minus soni vel vocis refundit, quam acceperit, sed plus sapius quam iniuriarum, & contumeliarum perpeffarum veritas ferat; de culice Elephantum faciunt, de vnitatem numerum ingentem.

Hæc sancta columba dum gemit, etiam gemendū esse pro peccatis a nobis admissis nos instruit. *Ipsè Rom. 8. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

Quomodo hæc columba mansuetudinis amatrix, & pacis nuncia, hic, inquam, Spiritus sanctus eas animas in quibus habitat, cooptare potest, quas nunquā vitæ transactæ pœnitent, & quæ nullius criminis se conscias esse putant, vel si pœnitent, gemuntque, hoc fit quod necdum inimicis suis satis gemitus occasionem præbuerint: aded sunt implacabiles, vt adduci non possint, ad oscula pacis & concordie conferenda. *Salutate inuicem osculo sancto. Hi homines quomodo 2. Cor. 13. se discipulos illius caelestis magistri esse veditare possunt, qui diuina labia sua impijssimi Iudæ traditoris labijs permisit contegi? Tales igitur odit & execrat animas Spiritus sanctus, nec earum patitur consortium.*

Columba tanto accipitris aius carniuoræ ac bellicolæ timore percellitur vt peruigil, es agat excubias Visa eius vmbra citissimo seu volatu refert, & in suum inuolat antrum. Columba mystica, Spiritus S. yellerne iis assistere hominibus, qui ad instar accipitris viuunt, bello omnes lacescentes, & diuexantes, non secus ac accipiter minutas aues? minimè gētū.

Ut Spiritus sanctus, sic & Pater & Filius: nam ad o-  
lias non veniunt animas, nec in alijs habitant, quam  
in ijs, quæ mandatorum suorum sunt obseruantissi-  
ma: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit & Pater  
meus diligit eum, & ad eum veniemus & apud eum man-  
sionem faciemus.* Et quomodo Deus pacis, princeps pacis.  
Deus qui in hoc nasci noluit mundo, nisi pax esset  
placidissima ac generalissima, & omnium armorum  
tumultus penitus sopitus? *Dum medium silentium to-  
nerent omnis, omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus  
venit.*

Deus, qui serid suis iniungit discipulis ne prius do-  
mum quampiam ingrediantur quam dixerint *pax  
huic domui* Deus qui in cælos noluit ascendere, nisi  
prius inter Deum & homines pace composita. Quo-  
modo Deus pacis cum sit, inhabitaret animas tam  
bellicosas, tam turbulentas, tam seditiosas, tam san-  
guinarias? Vbi pax, ibi Deus, ait pusillus grex, immodicum  
oraculum diuinum: *idem sapite, pacem habere, & Deus  
pacis & dilectionis erit vobiscum.* Pace Deus, vt magno-  
te ferrum, in animam attrahitur, palea succino, aquæ  
folis æstu.

Si tanta bonitatis est supremus ille rerum parens,  
vt quoties in peccatores animaduertere debet, ingem-  
iscat: *heu consolabor de hostibus meis?* ait per Prophe-  
tam. Si dum Ierusalem euertere & solo adæquare de-  
bebat, illachrymatur. Immo 40 aut 42. annis ante  
illius ciuitatis excidium: *Videns Ierusalem fleuit super  
illam.* Si quoties iustitiæ suæ effectus obueniunt à la-  
chrymis non potest temperare, & animi sui statum  
non potest non inflectere, vt quando vidit Lazarum  
iam mortuum, & iam foetidum, quo verus peccati  
Adæ effectus designabatur, *infremuit spiritu: turbauit  
semetipsum: fleuit.* Si sit alienum opus ab eo, vindictam su-  
mere, quis eum in eas venturum animas, quæ vindic-  
tæ æstu incenduntur, dicere præsumat, quæ non nisi  
sanguine pascuntur, quæ sanguinis humani effusio-  
ne ac laniena, vt canes omnis, & vultures cadauera  
oblectantur.

Credite quod si agnus brucus tonitrua pertimescit: agnus Dei, qui sustulit peccata mundi. multo magis odit, aspernatur, execratur dissensionum & tumultuum humanorum procellas. Deniq; vnaquæq; Sanctissimæ, ac indiuiduæ Trinitatis persona, a multis annorum centurijs per Prophetam Isaiam prædixit, non super alium se aspecturam, quam *super pauperulum, & contritum spiritu & tremētē sermones suos.* Pauperulus est, & contritus spiritu, qui flexibilis est, placabilis, exorabilis, & in quem illud congruit: *Misericordia motus, hæc de tercio.*

Isaia 66.

Quartò summus ille rerum rector Deus immites & immisericordes ab altariibus suis remouet & arcer, eorum preces non exaudit, oblationes rejicit, etiam si magnæ sint illæ & pretiosæ. *Si ergo offers munus tuum ad altare, ait ipsa veritas, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo & tunc veniens offeres munus tuum.* Vt enim infidelium victimæ, sic & eorum qui sunt sine misericordia, non possunt non Deo esse abominabiles: *Victimæ impiorum abominabiles.*

Hoc adumbrabatur & præsignificabatur in veteri testamento, quando præcipiebat Dominus Deus, vt omnes aues quæ ad uncos haberent vngues, præda & raptu viuerent, ab eius sacrificijs amouerentur, eo quod carnibus pascerentur, & auium mundarum sanguinem effunderent quo vescerentur. Quis etenim non videat quod figura hæc Dominus Deus nos instruere voluerit, eas animas in eius conspectu immundas esse, & indignas, quæ sibi in sacrificio offerantur, quæ cholericæ sunt, & quæ non nisi rancore fouent, ac expetunt vindictam?

Immo minus sunt sacrificijs dignæ quam aues istæ carniuoræ & prædæ inhiantes: nã vindicta hominibus a Deo prohibetur: nõ prædatio auiibus: rursus eorum vindicta magisterio & dominio liberi arbitrij eorum de subternitur: at hæc prædatio auiibus est cõnatura-

Y 4

lis: Quere

Quem fundunt sanguis humanus est, & sibi similiū quem fundunt aues beluinus est, & plerunq; animalium diuersæ speciei; nam mea quidem sententia nec milui, nec vultures sese inuicem vorat & deprædatur, sicut nec lupi. Aues sunt mansuetæ & placidæ, quas vult sibi offerri Dominus Deus: *duos turtures aut quos pullos columbarum.*

Inter quadrupedia verò quæ in sacrificijs postulant, sunt vacca, vituli, capræ, & ante omnia arietes & agni, ac specialiter agni anniculi. Rex enim animalium mansuetorum est agnus; ut hinc discamus homines eos, qui moribus sunt facillimis & suauissimis, quique iam ad iniurias & contumelias occalluerunt, posse dominum liberè oraturi & sacrificaturi accedere.

Quid etiam denotasse arbitramur, quod in veteri testamento iusserit Deus sel ab ijs victimis quæ illud habebant auelli, antequam in holocausto cremarentur? Quid causæ est, quamobrem mandato Dei Nazarei, qui specialiter eius obsequio mancipati erant, debuerint se iuramento obstringere, quod nunquā vinum, aut acerum esset gustaturi, nisi quia, quicumque cupiunt se ad pedes altarium prosternere, ut se Deo offerant, aut quippiam aliud, sine amaritudine accedere debent, sine rancore, & sine earum iniuriarum acrimonia, quæ in ipsos coniectæ fuerit? Eam ob causam, Saluator noster prius coram discipulis, ac ipso Iuda traditore quam crucis altare adiret, flectere genua voluit; Et cum in altari crucis esset, pro ijs à quibus immolabatur cum tanta instantia orare, ut eius sacrificium non potuerit non esse multo acceptabilius.

Quod sacrificium Cain aded fuerit Domino Deo abominabile, causa sine dubio est, quod adhuc ira in fratrem permotus esset, ab eo quippè articulorum quorundam atheismi arguebatur; offerebat etiam Domino Deo non pinguiora & meliora, sed viliora & peiora, arbitrabaturque omnem oblationem Deo factam esse superuacaneam, & quamcunq; ipsi Deo sufficientem.

Non est quod quis aberret (dilectissimæ animæ) si adhuc aliquid nobis fellis est, quo spiritus cundo ad altare commoueatur, preces nostras non æquis auribus excipiet Deus, sed eas respuet & auersabitur. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Sed qua fronte a Deo creatore tuo victimis tuis audebis tuorum criminum indulgentiam efflagitare, & pacem postulare, si ramum oliuæ in vna manu habeas, in altera strictum gladium, aut manuale tormentum cõtra inimicum tuum, quo cum interficias iam paratum & dispositum? *Homo homini seruat iram, & à Deo quarit medelam?*

Ignoscendum planè est, nisi velimus ab altaribus diuinis eijci, excludi, exterminari, & si ad ea, tanquam ad asylum & refugium contra offensas, velimus trãsfugere: *demus alienis erroribus veniam, ut nostris impetremus.*

Eccl. 31. *Relinque proximo tuo nocentite, & tunc deprecanti soluentur peccata tua.* Hinc ecclesia catholica pacem mittit, & sanctum pacis osculum ad populũ, antè sanctam cõmunionẽ Et certò canone prohibet ne homines litigiosi ad sacros admittãtur ordines.

S. Ioannes Chrysostronus dicit, quod mysterium hoc pacis signet nos omninò puros esse debere, etiam à leuioribus culpis & cõtentionibus: *Inhumanus accedat nemo, nemo crudelis & immisericors. Hoc enim mysterium nõ à rapina tantum verum, & ab omni vel tenui inimicitia purum esse penitus iubet.*

*Chr. hom. 60. ad pop. Antioch.*

S. Ioannes Eleemosynarius, illustris ille Patriarcha Alexandrinus, quondam nobis reliquit memorabile exemplum: nam cum quodam die sacrum faceret, & in memoriam rediret, quod quidam clericus animo esset in ipsum offensore, eo quod ob demerita ipsum à diuinis suspendisset, rectè cum à sacris donis velum auferretur, Diacono iniunxit petitionẽ coniunctam resumeret, & tantisper recitaret donec sese ad altare referret. Ille interim tanquam naturæ necessitate vrgeretur (verè siquidem summa anxietas est, & horribilis ventris dolor, cõscientiæ remorsus) discessit ab

altari, & praecepit clericus ille altarium adesse. Quod cum adfuisset ad eius pedes protinus S. ille Patriarcha se deiecit, & ab eo veniam videntibus omnibus petijt: Hoc facto commotus clericus etiam se ad eundem Patriarcham genua prodoluit. Et cum fratri esset reconciliatus, redijt ad altare, & magna cum alacritate & fiducia cecinit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

*Scilicet in  
vita eius  
v. 1.*

O exemplum aeternam memoria dignum, hoc instrumitur liquidissime quod inutiliter is Deo sacrificium offert, qui fratri suo bellum infert. Deus eam hoc tam pridem nobis per Prophetam suum procius Evangelicum Isaiam verbis expressissimis ad modum cuiusdam dialogi praenunciavit. Et hoc eo in loco ubi Jacob, seu populus Israeliticus a Deo petebat,

*Isa. 58.*

quare permisisset eos ieiunare, & dignatus non esset eos benignis oculis adspicere? Quare permisisset corpus suum macerari, & simulasset se acerbis: *Quare ieiunauimus, & non aspexisti, humiliuimus animas nostras, & non respicisti?* Quibus Dominus in hunc modum respondet: *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & mea relinquitur. Et omnes debitores vestros respicitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nunquid tale ieiunium est, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Approbo ieiunia, sed quando carnis appetitus pecuinos refrenant: quando anima sobrietate, parcitate, ac corporis sinceritate redditur temperatior, magis sobria, sapientior, piabilior, & ad misericordiam propensior. At ieiunia vestra litibus & contentionibus permixta sunt. Discedite igitur, nolite sic ieiunare, nolite in proximos immittes & implacabiles esse, si vultis vt vos exaudiam.*

*Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Hoc est, vos creditores & offensus, euilem absolutionem liberaliter vestris debitoribus tribuite, & ijs qui in vos iniuriosi fuerunt remissionem indulgete. Eos hoc prelo, quod conscientias aggrauat, eximite, & umore*

vindicta vestra liberate. Tunc erumpet quasi mane lumen vestrum. Et sanitas vestra citius orietur. Tunc inuocabitis & Dominus exaudiet vos, clamabitis & ecce aderit.

Vide Hier. Ofor. pa. r. ad hunc locum. I. Ier. 28.

D. Bern. ser. 3. in Psal. Qui habitat: nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas verba ipsius. Ecce in die ieiunij inuenitur volumus vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie, nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, ut audiat in excelsis clamor vester. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi: dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes: dimitte eos qui confracli sunt liberos, & omnis dirumpe. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam, iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabo & Dominus exaudiet, clamabis, & dicit: Ecce adsum. Hæc de quarto.

De quinto dicimus quod peccata fauorum hominum, sanguinariorum & truculentorum etiam si remissa prius fuerint, tamen propter eorum ingratitude, ad computationem reuocentur. Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Huius quod dicimus parabola illius serui, qui debebat Regi decem millia talenta fidem facit luculentissimè. Sed ad aliud inconueniens intolerabile veniamus.

Ecc. 28.

De sexto quam damnosa sit, exitiosa, ac perniciofa hæc inhumanitas & crudelitas vel hinc fit perspiciu, quod aditum, ad regnum caelorum omnino præcludat. Sic attestatur Propheta David forma dialogi cuiusdam dum ad instar discipuli interrogat, ut magister Deus responderet: Domine, sic discipulus, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Respondet magister Qui non egit dolium in lingua sua: nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Qui igitur his contraria operantur, ad illud non subleuabuntur. Si ita se res habeat, quò tandem in omnem æternitatem sint perrecturi, cum

Vatablus annot. 5. ad Psal. 14.

cum tantum hæ duæ æternæ mansiones futurae sine Paradiso nimirum & inferno, quisquis facile conceperit. Dominus exaltabit mansuetos in salutem. Quia etiam Dominus ac Saluator noster parabola Virginum fatuarum hoc nos docuit euidentissime: nec enim aliam ob causam repulsam passæ sunt, quam quod oleum, hoc est misericordiam & clementiam, non habuerint in lampadibus suis. Hinc factum est, ut clamantibus, & petentibus sibi ad domum nuptialem dari ingressum, dictum sit: nescio vos: sic ferreis dicitur, immitibus, implacabilibus hominibus.

Sed quid aliud etiam innuit redemptor noster in vna suarum beatitudinum dicens: beatos esse mites quia hereditabunt terram? terram dico, aut corporis nostri quam inhabitat anima: mitiores siquidem, & in proximum humaniores, carnem spiritui obedientiorem & subiectiorem habituri sunt: aut hanc

*Matth. 5.* quia hereditabunt terram? terram dico, aut corporis nostri quam inhabitat anima: mitiores siquidem, & in proximum humaniores, carnem spiritui obedientiorem & subiectiorem habituri sunt: aut hanc

*Sal. ad* *Cesarem.* Qui benignitate, ac clementia imperium temperauerit, his candida. *Ælata omnia: etiam hostes aequiores, quam alijs ciues.* Vitam etiam hic ad multos perducunt annos, cum ob summam animi, qua fruuntur tranquillitatem, tum etiam ob securitatem, nec enim aduersariorum formidine concutiuntur. Vel denique certam viuentium, ad quam mites in ea perpetuo mansuri, assumentur. S. etiam Basilus hæc Christi promissionem pertractans, paucis quidem sed acutis verbis asserit. *Cælos enim Ierusalem non esse bellatorum spoliū, sed mansuetudine prædatorum hominum speratam hereditatem.*

Quid? quod & ipse Tragicus Seneca illud non minus ferè Christianè, quam nos, eloquitur?

*Quisquis est placido potens,  
Dominusq; vita seruat innocuas manus,  
Et incruentum mitis imperium gerit,  
Animoq; parat, larga per mensus, diu  
Felicis aui spatia, vel cælum petit,  
Vellata felix nemoris Elysij nota.*

Et ut ingenuè loquar, rationi admodum consentaneum

ranum est, vt pius ac clemens Dominus suum eiusmodi hominibus pietatis, ac misericordiae expertibus obstruat paradisum: Rei siquidem sunt laesa maiestatis, ipsius Dei auctoritatem, & maiestatem vsurpantes, seque de inimicis suis propria auctoritate vindicantes, contra ordinationes, & inscriptiones expressissimas, mille & mille locis publicatas, & affixas. Si etenim maiestas humana dum violatur, violatori vitam auferit, aut à patria per exilium perpetuum vel ad tempus, eijcit: Nunquid ratio postulat, vt animæ illæ immanis crudelitatis reæ laesæ maiestatis, vita priuètur æterna, ad quam erant, nisi peccatum eis sensum ademisset, destinatae? Adhuc minoris est seueritatis vnum in suum non admittere regnum cum in eo nõ sit: quam vnum qui in eo sit, in exilium pellerè. Par quippè est hic & ibi ratio. Quid facerent eiusmodi spiritus si beatitudine donarentur, eorumque potestas accresceret, si dum hic vixerunt tam portentosa fuerunt audaciae ac praesumptionis? Pomum discordiae, inter ipsos caelicolas perpetuò, nunc ob hanc, nunc ob illam causam, iactitarent, nuptias caelestes perturbarent, non secus ac pomum, quod Eris dea discordiae inter Deos Deaque, dum publicè in mensa sese exhilaratèr, cum hac inscriptione, proiecit, *trium pulcherrima*, nam omnes illos conuiuas commouit, & postmodum, totum orbem bello Troiano, cuius origo hoc fuit pomum.

Vid. Lucianum.

Spiritus illi non quiescerent: os distorquerent, nullo non tempore fronte essent caperata, mutirent, infrederent, steriderèt dentibus, ac in alios vt canes irruerent, imperu violento: *foris canes, foris canes*. Eumenides essent & furiae caelestes, quibus boni in caelis, vt mali in abyssis infernalibus exagitarentur:

Virg.

*Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.*

Quid? an tales animæ in caelos importarentur? Plebs ipsa & infima multitudo sibi imaginatur, quod daemones ipsi eiusmodi respuant homines, Nunquid intellexistis quod de milite quodam demortuo, qui sub Chiliarcho quodam seu tribuno militari, stipendiarius

dum fecit, nostra ætate, denarrari solet? Dicitur quod cum miles illius fuisset legionis seu regimenti quod omnibus terrori erat, ex hac vita abreptus in inferos detrusus est. Ibi cepit turbas concitare, & vtilitas fuerat in mundo hoc, se gerere, tanquam magister & alter Rhodomontius nunc in hunc, nunc in illum irruebat; & vt ad pulsandos verberandosq; homines fuerat exercitissimus, ita ibidem faciebat, Vbi Lucifer hominem ea non asperitate dumtaxat, sed feritate, quam ne immanissima quidem ferarum omnium fera possent attingere, suis consulendum esse rebus, ratus, illum inferno deturbavit. Simulq; ferid inhibuit ne vnquam illius legionis miles in infernale consortium admitteretur. Ita vt cum & ipse Chiliarchus e vita excessisset, nec ab excubijs infernalibus suscipi posset: cepit tormentis bellicis infernalibus illa loca, vt susciperetur, impugnare & diuerberare.

Dicetis Æsopica hæc sunt ludiera, ad forum cogitata sunt hæc omnia, Quis dubitat? Sed non intelligitis Dominum Deum voce populi significare velle, quod Rolandos istos furiosos, qui orbem vniuersum territant, etiam impijssimi homines odio habeant, horreant, execrentur, quanto magis ipsa diuina bonitas? Si illi quibus cum his truculentis hominibus magna est conuentio, vix audent in suam eos admittere societatem, qua ratione suprema illa bonitas cui prorsus repugnant, eisdem in suam cooprabit & adsciscet gloriam?

*Qua conuentio Christi ad Belial? Qui agnus ille beatissimæ Virginis filius, posset cum lupis his habitare: Habitabit lupus cum agno? An permittet, vt accipitres caniuori & turbulenti inter dulces & mites columbas in omnem æternitatem sortiantur mansionem? Patieturne filios suos pacificos, mites, misericordes, cum his bellicos ac trucibus hominibus in æternum vitam agere?*

*Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur.*

*Matt. 9.*

Cum hominibus dico, quorum vix in sepulchris  
ossa quiescunt?

*Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.*

*Qui face Dardaneos ferroq; sequare Nepotes.*

Cum hominibus, qui in medijs adhuc, quibus eru-  
tiantur flammis, acri certamine inter se decertant,  
ossa ossibus concutiunt, vt Ezeocles & Polynices fra-  
tres facere dicuntur? Nequaquam, (animæ dilectis-  
simæ) Hominibus itis implacabilibus in cælo locus  
non est, sed mansueris dumtaxat, flexibilibus & ad  
condonandum propensis, & ijs, qui quasi infantes, si-  
ne felle sunt & cholera: aut si aliquo iræ motu fue-  
rint correpti, vt infantes statim placantur & tran-  
quillantur.

Oraculum Christi est, sic suos alloquentis discipu-  
los: *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini* *Matt. 18.*  
*sicut paruuli, non intrabitis in regnum calorū.* Vere igitur  
misericors est, qui quasi infans difficilimè irascitur,  
facilimè sedatur, citissimè misericordia mouetur, et-  
iam si is Religiosus sit nihil habens proprium, aut  
pauper, cui nec pecunia est, nec panis què in eleemo-  
synam eroget. Si etenim pauperes offensi citò ad mi-  
sericordiam cōmoueantur, si suis inimicis beneuole-  
tiæ signa exhibeant, verbis eos alloquantur pacificis  
ac mollibus, vt eos ad pœnitentiam alliciant S. Bern.  
eos appellat misericordes: *Sunt quidam misericordes,*  
*ait, de his, que ad ipsos non pertinent: qui scandalizantur,* *Ber. ser. 40*  
*quod non datur omnibus abundanter: sic tamen, vt ipsi ne*  
*in modico quidem grauentur, qui si misericordes essent, de*  
*suo facere deberent misericordiam, si non possent de terrena*  
*substantia, de voluntate bona darent eis, qui contra eos for-*  
*tasse peccare videntur: darent dulce signum, verbum bonū,*  
*quod est super datū optimum, vt eorum mentes ad paniten-*  
*tiā reuocarent. Denique his omnibus, quos in peccato esse*  
*cognoscerent, compassionem impenderent, & orationem.*  
Ecce non pluribus constat, vt quis sit misericors, &  
vt talis cæli assequatur beatitudinem.

Igitur

Igitur maesti este animo, ó Christiani, pro virili parte, totoque molimine in huius excellentissima virtutis misericordiae exercitium incumbite. Imitemini bonum illú patremfamilias, illius erga filium suum prodigum clementiam vobis ob oculos proponite, ne propter voluptatulam, quæ comes est vindictæ, cruces animabus vestris perpetuas in hac vita adiungatis, & in alia tormenta & cruciatus sine fine duraturos vobis desponseris.

### CONCIO DVODECIMA.

*Græca.* Thema. Καὶ ἐσπλαγγίσθη.

*Vulgata.* Et misericordia motus est.

*Syriaca.* Et misertus est eius.

Factâ breui repetitione, prout fert mea consuetudo, præcedentis sermonis, talis fuit propositio.

- |                              |  |
|------------------------------|--|
| Dicemus<br>hodie-<br>no die, | I. Quod mirum in modum conducat anima, & quomodo si quis misericors sit. & in pauperes largus & beneficus. Quod etiam corpori conferat, bonorumque temporalium multiplicationem adferat. |
|                              | II. Quod commodum hoc sit & salutare in moris articulo, & post mortem.   |
|                              | III. Inuestina contra Christianos pietatis expertes & auaros, unde fit ut tales existant.  |
- Aue.

I.

QVOD MIRVM IN MODVM CON-  
ducat anima, & quomodo, si quis misericors sit. &  
in pauperes largus & beneficus. Quod etiam corpori  
conferat, bonorumque temporalium multi-  
plicationem adferat.

Paulus

**P**aulus Apostolus, magnus ille gentium Doctor, ad pedes Gamalielis cognitione scripturarum quantum ad Iudaismum imbutus, & postea instructus in tertio cælo ad pedes Iesu Christi Crucifixi, quantum ad Christianismum, magnificis laudibus pietatem effert, quamvis paucis verbis dicens: *Corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem, ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futura. Fidelis sermo & omni acceptione dignus.*

1. Thim. 4.

Nunquid insignis pietatis hæc laus est, quod eam omnibus corporalibus exercitijs anteponat? Quod ad omnia utilis sit? Quod sit ambi dextra? Quod in omnibus non secus ac vinum, vt sic loqui liceat, vel butyrum omni prodest condimento, adiumento homini sit? Quod contra maleficia venena valeat, & morbos omnes ad instar herbæ moly, per Homerum laude ornata, per Mercurium iuuet, & sic appellatæ, *πρόσ τὸ μολύνει τὰς νόσους*, hoc est, à sedandis mitigandisque morbis? Quod Dominus Deus huius virtutis studiosis & cultoribus duplicem remunerationem promiserit, temporalem & æternam? Quod huius virtutis laudes & encomia (ne quis Apostolum vel sine deliberatione, vel certè hyperbolicè locutum arbitretur) quasi sigillo quodam munire voluerit, & illud adiungere: *Fidelis sermo & omni acceptione dignus?* Nescio quid de hac virtute dici possit aut plenius aut magnificentius. Hæc laus sufficiens est, qua animi sublimes & erecti, ad eam amplectendam omni contentione concitentur.

Plin lib. 25. cap. 40.

Cæterum quia nobis cum his sermo est quibus nec laconismus sufficit, nec sola verba, nisi etiam quæ dicimus rationibus stabiliamus. Hodierno die aliquid adhuc paraphrasticè hac de re differemus. Scio quosdam hæc interpretari de pietate erga patrem & matrem cui longævam vitam promisit Dominus super terram. Alios (& hi optimè) hæc exponere de pietate erga Deum, de religione & cultu Dei, de timore & reverentia ei debita, quæ est fundamentum & complementum omnium virtutum ac bonorum omnium

Isa. 33.

scaturigo. *Pietas ad Dominum thesaurus tuus.*

Alios denique hæc intelligere de misericordia etiam erga proximum, eo quod Dominus Deus vel maxime opera misericordiae nobis velit esse commendata, immodò protestatur sibi ipsis sacrificijs esse gratiora, & iecundum huic vulgarem loquendi modum, etiam Deus bonus vocatur & pius, hoc est misericors & adiutor, Plebs etiam græca utitur hoc vocabulo *ἐλεησύν*, quo misericordia significatur. Quia igitur iam simplicem populum instruimus, eiq; ac prædicamus, popularem sequemur interpretationem, dicemusq; quod pietas in quam tot laudes congerit Apostolus, sit pauperum compassio, & quo eis succurrimus, subsidium.

Nunquid secundum D Pauli sententiam, elemosyna vobis orandi exercitio aut ieiunandi, (non quod velimus hic more hæreticorum orationi aut ieiunio obtemperare) præferenda videtur? Nam impemis minori dispendio oratur, leguntur rosaria, septem Psalmi penitenciales, vigiliæ mortuorum, nec ob hoc quis in suis facultatibus ruinam accepit, nec inde aliquod corporale subsidium in pauperes dimanat. Multis opulentis & diuitibus rosaria sunt, familiaria & precum pijs libellis communiterventur, (consuetudo equidem pulchra & laudabilis si suis comitibus stiparetur, ) sed qui manum pro pauperibus marsupio apponant rarissimi sunt. Sed, ô miser, quid vestris eget Dominus eiusmodi deuotionibus? Quid eget vitulis labiorum vestrorum seu orationibus? Isa. 1.

*Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit Dominus? plenus sum.*

*Pfal. 49. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.*

*Quoniam mea sunt omnes fera sylvarum iumenta in montibus & boues.*

*Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terrarum & plenitudo eius.*

Ecquid vestris indiget ieiunijs si ab omni humanitate, remoti in proximos fueritis immiser-

ricos.

*Vide Io.  
Hessel in  
in 1. ad  
Thim. 4.*

recordes? Quid accrescit ei si macilentiores fueritis? An putatis cerebri vauitatem, stomachorum inaninum latratum, facierum ad instar ceræ virgineæ, pallorem, aut genuum infirmitatē placere altissimo? Aut ei cordi esse, existimatis, si ab omnibus hominibus tanquam viucentes martyres habeamini? Ei gratior esset, & acceptior vnica eleemosyna, pauperibus erogata, omnibus istis, non quod vt nouatores, velim hic carnis macerationem & stimuli carnis per ieiunium compressionem obliquè perstringere.

Deinde quis nesciat plerosque esse, qui ieiunent quidem, sed sine ita in reatione, sed, vt tanquam Pharisæi ab hominibus videantur? Quidam etiam ieiunant, fateor, sed per modum medicinæ, ac diætæ, quia nimirum, præcedentis diei crapulam necdum edormierunt & exhalant. Ieiunant nonnulli, ita est, sed vt, dum corpus macie extabescit, gracilescit, macrescit, fraudantq; genium, turgescat marsupium, vinum panemque suum conseruent. Ieiunant & alij, potissimum virgines paellæ, sed ne tanto sint robore, tanto robore, tam crasso corpore: sed extenuato ad instar iunci gracilis, facie pallida, & quem vocant Dominarum, colore.

Orat quis persæpè, Deum laudat zelo ardentissimo, sed quid inde? quid in pauperes redundat emolumentum? Eleemosyna verò nusquam est infructifera, & ex ea ad multos manat vtilitas, ad recipientem eam imprimis, & ad regentia Christi membra: Deinde ad largitorem multis & varijs modis. Ad hæc eleemosyna est orationis & ieiunij condimentum: quod verum est si quod ori subitahis ieiunando, in refectionem pauperis conuertas elargiendo. *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quam thesaurus auri condere.* Dicebat Angelus Tob. 12.

Quam præclara magnus ille Papa S. Leo huius nominis primus, de hac re in hunc modum disse-  
xit?

*Tob. 12.  
Leo ser. 2.  
de ieiun.  
decimo  
mensis.*

*Ieiunium nostrum misericordys pauperum subpleamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis, abstinencia ieiunantis.*

Faciamus vt S. nosler Bernardinus adhuc puer, cū etenim aliquando deficeret panis, (vt plerumq; etiam diuitibus contingit) nec posset eius nutritrix pauperibus eleemosynam largiri, suam accedebat materiam, eamq; hunc in modo alloquebatur. O mater, tera. *Demus pauperibus, quod mihi in cana præsaretur.* Nimirū potius optabat, sua priuari præbenda, quam pauperes sua defraudarentur eleemosyna.

Nos illud in pauperes conferamus, quod dum ieiunamus consumēremus. Hoc à nobis exigit Dominus Deus, nihil vtilius quam hoc facere, homini nihil conuenientius. *Conueniens homini est, hominem seruare voluptas.* Hoc unguentum demulcet, si non caput Iesu Christi Domini nostri, saltem eius pedes, qui pauperes sunt. Unguentum est, quo melius aut pretiosius non inuenitur teste Bernardo. *Bonum est unguentum contritionis, ait, quod de recordatione peccatorum conficitur, melius deuotionis, quod fit de recordatione beneficiorum Dei. Porro utrumque vincit unctio pietatis.*

*Bernard.*

Vt oleum supernatat omnes alios liquores, ita eleemosyna orationi præstat, ieiunio, contritioni, deuotioni. Sic quippe de charitate B. Apostolus: *Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc: maior autem horum est Charitas.* Ac si apertius dicat: bonæ quidem sunt hæc omnes virtutes, sed tamen harum mater est Charitas, quæ opera misericordix exercet, quæ effusè profert eleemosynam: eleemosyna siquidem gracè, perinde sonat ac latinè misericordia, & quod illi eleemosynam, nos misericordiam vocitamus. In quam id potest quadrare, quod de forti muliere scriptum legimus: *multa filia congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas:* Vnicuique virtuti suus fructus inest, sed nullus tam copiosus, vber & amplius, quam misericordix. *Pietas ad omnia valet.* Hæc quidem in genere dicta sunt, nunc in particulari quantum animæ vtilitatis ac corpori adferat, immò vt

*1. Cor. 13.*

*horum est Charitas.* Ac si apertius dicat: bonæ quidem sunt hæc omnes virtutes, sed tamen harum mater est Charitas, quæ opera misericordix exercet, quæ effusè profert eleemosynam: eleemosyna siquidem gracè, perinde sonat ac latinè misericordia, & quod illi eleemosynam, nos misericordiam vocitamus. In quam id potest quadrare, quod de forti muliere scriptum legimus: *multa filia congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas:* Vnicuique virtuti suus fructus inest, sed nullus tam copiosus, vber & amplius, quam misericordix. *Pietas ad omnia valet.* Hæc quidem in genere dicta sunt, nunc in particulari quantum animæ vtilitatis ac corpori adferat, immò vt

*Proverb.*

*31.*

*multa filia congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas:* Vnicuique virtuti suus fructus inest, sed nullus tam copiosus, vber & amplius, quam misericordix. *Pietas ad omnia valet.* Hæc quidem in genere dicta sunt, nunc in particulari quantum animæ vtilitatis ac corpori adferat, immò vt

viam

viam seruat & præmuniat ad bona fortunæ acquirenda, ostendamus.

Primo igitur hominem à futuris peccatis præseruat. Et qua ratione? quia semper pauper elemosynam excipiendo dicere solitus est: Deus tibi vitam bonam tribuat & longam. Bona autem vita est vita sancta & immaculata; nam & ipsa elemosyna per se pro nobis Deum sine voce orat & sermone: longe tamen intelligibilius ac sapientius quam nos possemus orare: nec enim aliud pro nobis petit, quam quod sit nobis vtile, ac conueniens. *Conclude elemosynam in corde pauperis, & hac pro te exorabit ab omni malo.*

Eccl. 29.

*Dij tibi. si qua pios respectant numina, si quid vsquam iustitia est, & mens sibi conscia recti, Præmia digna ferant!*

Ad bonam etiam vitam multum adiumenti adferunt pauperum, à nobis adiutorum, vota & desideria, quæ pro nobis Deo offerunt, & ad Deum effundunt; plus siquidem possunt quam voces & clamores dum vel derelinquantur, vel opprimuntur. Adhuc eò quod: Sicut Pantacrastæ, antequam ad lucem veniant, oleo sua corpora inungunt, ne facile arripi queant & comprehendi: sic oleum hoc spirituale efficit, ne dæmones in animas nostras impetum faciant, easque corripiant. Hocne fortassis scriptura insinuat quando ait: *date iustitiam. pro date elemosynam,* nam iustitia fortificat vehementer & corroborat hominē munitioibus & propugnaculis contra peccata, contra eorum machinationes & occasiones? Eccl. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis,* ait Ecclesiasticus.

Rursus elemosyna peccata iam perpetrata redimit, quoad culpam & penam meritorie scilicet, & iure conuenientiæ: Hoc est efficit erga Deum, ut nobis suam communicet gratiam, & media quibus peccatorum remissionem consequamur, & satisfactionē integram aut partialē pœnarum culpis debitarū. Hac veritate plenæ sunt scriptura. Nāquid Dominus Deus per Prophetam suum Isaiam dicit: *Ita, Subuenite oppresso, Isa. 1. iudicate pupulo. defendite viduam. Et venite & arguite me dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi*

Dan. 4.

nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculæ, velut lana alba erunt. Propheta Daniei hoc consilio Nabuchodonosor homini sordibus peccatorum contaminatissimo dedit: Peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Tob. 4. Elemosyna ab omni peccato. & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Tob. 12. Elemosyna à morte liberat, & ipsa est, qua purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam aeternam.

Luc. 12.

Magister noster cælestis dicit: Date elemosynâ, & ecce omnia sunt mundavit. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, ait David.

Michael  
Glycas  
par. 4.  
annal.

Michael Glycas celebris historographus in suis annalibus de Zenone Imperatore refert. Quod cum is deflorasset virginem, mater puella, in stâci beatissimæ virginis supplicabat ut tantum scelus impunitum relinqueret, tandem vox supernè audita est, quæ hunc in modum respondit. Cupimus nos quidem iniuriam tuam factam ulcisci mulier, verum Zenonis dextera nos id facere nequaquam sinit.

Idem auctor paulò ante narrat quod tempore sancti Gregorij, & Imperatoris Leonis sanctarum imaginum hostis acerrimus, cum quidam grandis ætate homo, omni copiarum genere abundans, ac in pauperes admodum liberalis, sed solutus in luxuriâ, diem clausisset extremum, dubitabatur à quibusdam num in numerum beatorum adscitus esset necne; quidam dicebant liberalitatem erga pauperes cum vita sancta coniunctâ esse debere: alij quod hæc liberalitas spongia esset, aqua, qua peccatorum sordes abluerentur. Romanus Pontifex & Sancti Episcopi Deum rogarunt ut hac de re possent instrui. Quidam heremica reuelatione diuina didicit quis esset huius effæminati hominis status. Nam ex vna parte vidit paradysum: ex altera parte ignem terribilem & flammæum, & animam defuncti in medio vtriusque stantem, & lachrymis indulgentè vberimis. Postea Angelum vidit qui animam hæc lachrymis suffusam accedebat, dicebatque: *Cur tantopere ingemiscis? Beneficentia in pauperes tua te flammam* hysq.

*Discite liberari.* Ecce quantum adferat emolumentum in pauperes effusa elemosyna. Porro quid utilitatis corpori adferat elemosyna non incuriosè discit endū. Cui, quæso, in dubiū venire potest, eos, qui vt Christi Iesu membra subleuent, ac suis miserijs incommodisque eximant, sumptibus non percuti apud Deū mereri, vt in sana conferuentur & firma valetudine, conualecant, si morbo urgeantur, & ab omni quo cōflantur malo, emergant? Quod si Loth suiq; tempestiue fuerunt ac supernè præmoniti Sodoma excederent, & quinq; illarum urbium in luxuriam omniaq; peccata solutarum incendium deuitarent, quis hoc a Deo donatos fuisse beneficio ob hospitalitatem, quā tribus Angelis exhibuerāt, quos non nisi peregrinos arbitrabantur, & quos è Sodomitarū rabie eriperāt, addubitarit? Hoc Regius Propheta David videtur testari euidentissimè. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manum inimicorum eius. Dominus opem ferat illi, super lectum doloris eius: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Psal. 40.

Quā mellita hæc verba? quam excellentia mitium & misericordium priuilegia? Nonnè digna sunt, quæ in portis Xenodochiorum litteris aureis inscribatur, & bullæ aureæ impressæ, in diuitū archiuis, vt nimirū quotidie ab ijs legantur, ponantur?

His equidem verbis promittit Propheta Dominū Deū se cum infirmo, qui misericors fuerit & beneficus, non secus se habiturum, quam obstetrix soleat cum fæminis in puerperio existentibus, aut sorores nostræ leucophæ, ordinis S. Francisci, quæ infirmis adesse solitæ sunt, nimirū componet Deus ipsius lectū, plumas & culcitram voluet reuoluetque, cervicali disponet, lodicem ac cooperturam omnem extendet, vt assolent filia: istę charitatis, paucis in hoc incubet, vt pristinae sanitati restituantur, ac quiescat mollissimè. *Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Præclare quidam: Habet in aduersis præsidia, qui in secundis*

*commodat.* Qui alteri benefacit, eidem beneficiet, qualis moneta, tale cambium: mel pro melle & è contrario fel pro felle, & rudi afinæ, rudis afinarius.

Sit nobis exemplo senior ille Tobias, qui quod toto vitæ suæ decursu misericordiæ operibus inuigilasset, mortuos sepeliisset, pauperibus bona sua distribuisset, ac filio idem faceret, præcepisset, visum in suam iam prouecta ætate Angeli ministerio recepit.

Immo maleficia, veneficia, & id generis mala, his mitibus & misericordibus hominibus parum nocenti adferre possunt, cum eorum domus ac corpora pauperibus vt propugnaculis quibusdã munitissimis, aut militibus seu amuletis circumuallentur, & præferuentur. Immo farentur ipsi venefici & veneficæ, quod qui pius est, benignus & misericors, non possit suis veneficijs & sortilegijs lædi, etiam si omni sit scelere coopertus. Bodinus ait, quod si maleficus eleemosynam petat, ab eo qui eã dare potest, si in donatus abeat, is qui dare recusauit, magnũ subit periculũ ne veneno inficiatur, præsertim si ignoret eum quem reiecit esse maleficum. Amuletum equidem bonũ, & facilẽ, ac hiscẽ temporibus perquam necessariũ, in quibus malefici & maleficæ in ore omnium sunt, tantusque est eorum numerus, vt ijs carnifices discescant, iustitia in facultatibus ruinam accipiat: vt profusis sumptibus, quos facit conuiuere compellatur, ac supplicijs erogandis quiescere. Date igitur eleemosynam, & sic armis communiemini, non secus ac Achilles, inuulnerabilibus.

Quod ad bonorum temporalium augmentum atinet, notius hoc est, quam vt dici hic debeat, nihilominus, ne quid intactum relinquamus, id ipsum comprobabimus. Quid rogo signat vulgare illud proloquium, quo dicitur eleemosynam apud Deum vsuram exercere in hoc mundo sublunari, & in altero cælesti, nimirum, nisi quod eam dantibus diuitias inuehat, vt vsurarijs datæ ad vsuram pecuniæ?

Virg. 1.  
Æneid.

Officio nec te certa esse priorem Paniteat.

Prouerb. 19. Exneratur Deo, qui miseretur pauperis.

Hinc

Hinc S. Cyprianus diuitibus solebat dicere: *Patri Cypr. de monia tua Deo foenera, da pauperi terram, vt accipias reg- habitum, da micam vt accipias totum, ait Chryfologus. Pa- Virginū.* rum pro infinito, ouum pro boue, vas aquæ frigidaæ pro nectare, frustellum panis pro ambrosia & cœli manna. Hoc etiam probè intelligebat S. Augustinus, *Aug. de verb. do.* dicens pauperum agrum admodum esse fertile, & *ser. 25.* citò reddere fructum colentibus eum. *Fœcundus est ager pauperum, citò reddit donantibus fructum.*

Eleemolyna semen bonum est, quod cadens in terram aliquando trigefimum fructum reddit, aliquando sexagesimum, nonnunquam centesimum. Idem Augustinus in epist. *Si vis esse mercator optimus, foenerator egregius, da quod non potes retinere, vt recipias quod non poteris amittere.* Semen in granario seruatum aut serinio quid prodeste nisi granum frumenti cadens in terrâ mortuum fuerit, ipsum solum manet. Vt terra feracior est alia & fertilior, sic denarius pauperibus donatus, plus reddit commodi, quam asseruatus, vel in alios vsus distractus & expositus.

Ipsè Domini nostri & Saluatoris eleemosynæ, semel aut iterum suis auditoribus exhibitæ, quæ sanè præstantes fuerunt & miraculosæ, hoc ipsum satis cõmonstrant. Cum etenim auditores satietate omnes expleri essent, plus cibi restabat, quam esset appositus. Quinque hominum millia saturarat quinque panibus, & duobus piscibus, collecti sunt & impleti duodecim fragmentorum cophini. Satiauerat quatuor hominum millia, sine faminis & infantibus, septem panibus & aliquot pisciculis, *Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.*

Legitur de S. Bonifacio, quod adhuc puer totum matris suæ frumentum pauperibus distribuerit, mater vero horreum ingressa, & cernens frumentum deesse, filiū asperius re darguit, seq; ipsam pugno dolore ta cta, cæcidit. Bonifacius Deum exorauit, & in instanti horreum frumento impletum est. Et hoc occasio fuit, cur mater deinceps illum commoneret eleemosynis dandis insisteret.

Idem postea ad Episcopatus dignitatem assumptus, cetero Constantini nepotis sui presbyteri decem scutos aureos, quos ex venditione sui equi habuerat clam eripuit & pauperibus elargitus est. Cum autem eius nepos intelligeret suam cistam depraedatam esse & compilatam, ira in Episcopum exarsit Bonifacius templum ingressus à Domino Deo precibus quam potuit intensissimis petijt, dignaretur aliquid, quo furori nepotis obitum iri posset, impartiri, subito in sinu suo duodecim scutos aureos reperit tanquam recenter cufos. Hos nepoti reddidit dicens: Scias te non futurum Episcopum, me ex hac mortali vita abrepto (hos siquidem nummos aureos cogerat presbyter ille, ut mortuo Bonifacio, illis pro episcopatu obtinendo negociaretur.)

*Rodolphus  
agricola  
in eius vi-  
ta.*

Hæc quidem exempla sufficerent, sed non possum silentij nube liberalitatem S. Ioseph obtegere, & quasi prodigiosam quam a Deo accepit remunerationem. De ipso scriptum legimus, quod cum in solitudine secessisset, ac locum in cuiusdam fluminis ripa elegeret, vinco contentus discipulo, quartam panis vincti partem, quæ habebat pauperi petenti donavit Rutilus reuertenti eidem sed in habitu emerito, ne agnosceretur, semel, bis & sæpius, toties S. Ioseph panem suum distribuit, ut nihil planè panis sibi ac socio suo, sed firma dumtaxat in Deum spes, superesset. Discipuli sui animum consolatione erigebat, ne propter cibum animo concideret, seruos se esse & famulos illius quæ animalia etiam ipsa satietate expleat. Ecce duas naues sine gubernatoribus ad suum litrus appellere conspiciunt eiusmodi victualibus, quibus vtebantur onustas. Vnde Deo ter Opt. Max. quod pro vincto pane tantum refunderet gratias, ut potuerunt, egerunt maximas.

Memoria reperite, oleum viduæ Saraptenæ & farinam tempore famis multiplicatam, quod Prophetam Dei pro posse cibo refecisset. Quid non nê & hoc ipse fabula poetica insinuant? cum Philemō aiūt, & Baucis senio iā confecti, & misericordia moti, hospite

tio exceperunt duos Deos patrem & filium, Iouem & Mercurium, qui incogniti erant & in forma humana vagabantur, eorum tuguriolum in ipso Deorum discellu uersum fuit in templum ditissimum & augustissimum, & illius templi denunciati sunt custodes & presbyteri perpetui, cum etiam eorum vinum Dij in mensa prius multiplicassent:

*Interea quoties haustum cratera replevi  
Sponte sua, per seque, uident succedere uina,  
Attoniti nouitate pauent*

*Ouid lib.  
8. metamorph.*

Dixisses nuptias illas esse, quae in Cana Galileae fuerunt celebratae. Illud in confessio est, compilationes & praedationes minus esse frequentes, ubi pauperibus succurritur: quod & de leditionibus dici potest, haec siquidem mala solent affluere ingenti anno nae caritate fauente. Recenset Montanus quod cum duo syluestres homines ad Regem Carolum nonum essent adducti, uidereturque inter nos homines obesos, praepingues, bonisque omnibus circumfluentes, alios uero in ipsorum portis mendicantes, macie confectos, & inanissimos, non poterant non satis mirari horum pauperum patientiam, & qui fieret quod non in ipsos diuites iruerent, ac eorum domus igne absumerent.

Extrema paupertas mater est omnium malorum: *sceleri procliuus egestas*: Mater omnis artis ac astutiae tam bonis in rebus, quam malis. *Ingeni largitor uenter*, ait Persius. Sic in necessitate omnia esse communia dicuntur, quodque tunc alienum capiens suum iurae naturae accipiat, conuenit inter omnes. Gothi quodam tam acerbo in eos ferebantur odio, qui immisericordes erant, ut igne & flamma eorum domus absumendas indicarent, qui hospitalitate, quae est quoddam eleemosynae genus non exercebant. Eleemosynarius nomen est excellens, & cuius fama pauperum uocibus longè lateque uagatur per orbem: *In memoria aeterna erit iustus ab auditione mala non timebit.* Hor. l. 1. carm.

*Viuet extento proculius auro.  
Notus in fratres animi paterni.  
Nullum aget penna meruente solui.  
fama superstes.*

Iuuerat scilicet Procul eius iste fratres suos Scipionē  
& Mucrenam, impedijs bellorum ciuiliū attritos,  
& spoliatos, partito patrimonio.

## I L

QVOD ELEMOSYNA PROSIT IN  
*morte, & post mortem.*

Illud etiam dixerim, misericordiam mirum in mo-  
dum nobis in extremo mortis periculo cōstitutis ac  
corā iudice astantibus prodesse. Testatur hoc B Hie-  
ronym. in epistola ad Neporianū euidentissimē: *non  
memini, ait, me legisse, mala morte mortuum, qui libenter  
opera charitatis exercuit. Rationem huius ibidem adsi-  
gnat: habet enim multos intercessores, & impossibile est  
multorum preces non exaudiri.*

Et quid aliud Regius Psaltes, & postea Rex ipse dico-  
re voluit, quando eum beatum pronunciauit, *qui in-  
telligit super egenum & pauperem*, & deinde addidit: *In  
die mala liberabit eum Dominus?* Ecquae dies illa mala,  
nisi dies separationis animæ à corpore? *Et cū addidit:  
uniuersum stratum eius versaſti in infirmitate eius*, nōne  
exprimere voluit, Deum corpori solatiū aduulſiſſe, &  
animas cōscientiæ requie tranquillasse in ipſo mor-  
tis ac dæmonis conflictu acerrimo?

*Val Max.  
lib. 1. c. 8.*

Valerius Maximus cōmemorat quod cum Simo-  
nides corpus demortui cuiusdam hominis in litore  
maris existens, iniecta humo contexisset, præmonitus  
est ab illo mortuo ne sequenti die nauigeret, & sic a-  
lijs in eius præſentia subuersis creptus est à naufragio.  
Idem alias in Cranone ciuitate Theſſaliæ à morte re-  
pentina, inter omnes alios qui cum eo erant, exēptus  
est. Cum siquidem cubiculum in quo erant ruinam  
minitaretur, egressus est, ut duos homines. incogi-  
tos, è quibus inquirebatur, alloqueretur, qui tamen  
prius quam eos conueniret Simonides euanuerunt.  
Ipſo autem absente corruit ædificium, ac Scopā hos-  
pitem suum vna cum alijs conuiuis oppressit. Porro  
Simonides non alium huius beneficij autorem fuisse  
sibi imaginatus est, quā eundem, cuius corpus terra  
reddiderat, & quod propter illud beneficium vitara  
etiam

etiam suam conseruasset.

Etiam de quodam narratur, quod quoties cœmeterium pertrāsiret, solitus fuerit orare pro defunctis, ac suum *de profundis* recitare. Cum vero quadam nocte percemeterium iter faceret, suum que *De profundis*, ut eius mos ferebat, esset inchoatus, ac adfuerunt inimici, qui eum trucidare vellēt, ecce plures instanti mortui, tanquam homines armati ei se coniunxerunt, eumque tutati sunt, tanto verò timore eius aduersarij cōsternati sunt, ut & eū intactū relinquerent, ac se fugæ præcipiti darent.

De alio adhuc animabus defunctis addicto & deuoto legitur, quod quadam nocte quatuor fuerit facibus accensis in domum suā deductus, quarum due præcedebant, sequebatur alia dua, ubi domum venisset, ei dictum est: Vade in pace, nos qui te sumus comitati inuisibiles, sumus de mortuorum numero, tibi que id beneficij exhibuimus, propter orationes tuas, quas assiduò pro nobis effundis, quo pede cepisti pergas deinceps, hic pro defunctis diebus orabat singulis, & sæpe ab aduersarijs suis de medio subleuatus fuisset, nisi defuncti eius patroni fuissent & defensores.

Si igitur hæc charitas defunctis exhibita, & que minoribus sit expensis, hominē sæpè à morte liberat, quomodo non patrocinetur etiā homini eleemosyna, cum nō nisi sumptibus fieri queat: Quæso nōnè eleemosyna ei, qui eam largitur, in morte succurret cum pauperibus vitam conseruet? Nonnè in actibus Apostolorum legimus discipulam illam Christianam nomine Thabitam per S. Petrum à morte ad vitam fuisse reuocatam? & quare? *Duxerunt Petrum in cœnaculum, & circumsteterunt illi omnes vidua stentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas.*

Quod etiam eleemosyna post mortem prosit ac in die iudicij, omnem extra cōtrouersiam est. Admissio-nalis paradisi est eleemosyna ei qui hic exhibet eam. Et ut quidam ait: *Sola defunctorum comes misericordia.* Et David ait: *Lucundus homo, qui miseretur & cōmodat ab audicione mala non timebit.* Et plus satis testatur i-

Art. 9.

Matt. 29.

psic

*Matt. 25.* ipse Christus apud Matthæum, quando dicit quod potissimum in iudicio opera misericordie discutentur exactissimè: *Nudus eram & operuistis me. Infirmus & visitastis me. In carcere eram & venistis ad me. Esuriui & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram & collegistis me.* Opera illorum sequuntur illos, nimirum tanquam famili Dominum suum: Vel certe præcedunt tanquam faciales, præcursores aut legati, & ante aduertum Domini sui, cum supremo illo iudice de pace pertractant.

Thesauri sunt Hispanici & possessiones à longo tempore paratæ, atque hinc in cælum transportatæ, ut ibi vitæ viuam, sempiternam. Tâquam facultates sunt & pecuniæ cistis ante Philippum Macedonæ Regem deportatæ, quibus sine magna sanguinis effusione expugnatur cæleste propugnaculum. Ut Spartana ciuitas non nisi auro; sic cælum nõ nisi elemosinâ acquiritur. Huius regni possessores, nimirum pauperes, hæc ratione corrumpuntur, ut nos in illis introducât. His canibus Dux Sabaudia Deo charus venatur, rapitq; hanc prædam. Hoc præsignificare voluit Salomon, quando *in ingressu oraculi fecit duo ostioli de lignis oliuarû* Ecquid enim aliud parabolicè docebat, nisi quod, qui templum illud æternû ingredi desiderat opera misericordie exerceat necesse sit. Etiam tartaræ Virgines non habentes oleum exclusæ fuerunt. *Qui sequitur misericordiam, aut Salomon, & iustitiam, inueniet vitam & gloriam.*

Troiani etiam in huius vitæ & gloriæ spè injectabantur vnde Carthaginensibus dicebant:

*At sperate Deos memores fandi atque nefandi.*

Antiqui quoque Gallianæ equam fidei luce restaurarentur, eiusmodi opera defunctis prodesse satis intellegebant: Gillos, ait Valerius Magnus, *memoriâ proditum pecunias mutans qua his apud inferos redderentur, dare solitos.* Itaque audiamus & omni animi coniectio e consilio Christi obtinerepemus dicentis. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; ut cum descenderit recipiant vos in æterna tabernacula.* Et ut alibi consulti,

*ibid.*

*Munif  
lib 1 Cos  
mograph.  
3. Reg. 6.*

*Val Meg.  
lib. 2. c. 6.*

*thesaurizemus nobis in celo.* Cistas nostras auro turgidas fidelibus committamus milionibus (nam facultates quas requiris, in caelestes thesauros manus pauperum deportauerunt, dicebat B. Laurentius) Laccis celum aureis superemus; manus Iudicis aureo vnguento illiniamus; Et tam affluenter demus, vt Synanche & angina Demosthenica prepeditus, nihil habeat quod contra nos eloquatur, crucibus nostris & vaccis allectus, a sententia condemnationis in nos ferenda auocetur.

I I I.

*INVECTIVA IN CHRISTIANOS CRV-  
deles & immisericordes, & unde tales sint.*

Quæ cum ita se habeant, grauibus & asperis verbis exagrandi merito sunt Christiani auari, tenaces, raptiores & immisericordes, qui aliorum miserijs compati nesciunt, nec illorum egestati numulo aliquo succurrere didicerunt: nam in veritate magistro suo Iesu Christo dedecori sunt, quasi hoc nunquam eis præcepisset. Cum tamen nihil sit, quod consilio, promissis, minis, exemplis, sapius nobis inculcet & commendet, quam hanc erga proximum misericordiam. Parum etiam Christianismi honori consulunt, dum illud facere renuunt, quod ipsi infideles & barbaræ nationes præstant studiosissimè.

Dicitur quod Celta, natio Gallica, nunquam pauperibus portam intercludebant, & permittebant usque ad ipsam conuiuarum mensam accedere. vt ibi ab vnoquoque elemosynam exposcerent, qua obiecta ad portam qua erant ingressi reuertebantur. Nec Aegyptijs fuere portæ, quibus pauperes ab ingressu & a petendis elemosynis arcerentur. Habent & Turcæ sua hospitalia & Xenodochia, in quibus regiè tractatur pauperes, siue Christiani illi sint, siue Iudæi, & in quibus triduo permanere conceditur.

Athenienses dū aculeatis verbis aliquē vellēt perfringere, dicebēt illi, & hoc loco insignis cōrumelie, quod nun-

Dion Cas-  
sius de  
Nerua.

nunquã pedẽ intulisset in tẽplum misericordia, in q  
& nemo ingrediebatur nisi benignus esset & misericors,  
& hoc adhuc Senatus nutu & permisso fiebat, quide-  
cernebat num quis dignus esset an indignus. Nerus  
Imperator Romanus aliquando liberaliter suis pau-  
peribus ciuibus aliquot milliones, quibus sãe neces-  
sitati succurreret, elargitus est Senatores cõstituit  
quires, prædia, possessiones coemerent, & inter pau-  
peres dispartirent, Omne suum mobile ex charitate  
diuendit.

Cimon Atheniensis diebus singulis cõuiuium pa-  
rabat, ad quod pauperes turmatim confluebant, fa-  
mulis præcipiebat, si quem scirent pauperem, cum  
pecunia secretò iuarent. Sepes suorum prædiorum  
confregit ut vnusquisq; eorum esset particeps Immo  
vix inter Iudæos ipso mendicus inuenitur. Vix inter  
eos, qui se reformatã esse religionis vendicant, præ-  
sertim in sui principio & feruore.

Facessat facessat seculum nostrum ferreum & æne-  
um, in quo charitas penitus sine hærede mortua &  
extincta, & pietas sine testamẽto è viuis in perpetuũ  
excessisse videtur. Nunc verissimum est illud Prophe-  
tæ: *Non est veritas, non est misericordia, non est in scientia  
in terra.* Vix homines sumus, ita omnis humanitas &  
mutua beneuolentia à nobis exulauit, ut in quasi in  
lupos, & canes videamur transformati. Potius cibus  
& potibus obruimur ac ingurgitamur, quam ut iis  
pauperes refocillemus.

Et tamen dicimus nonnunquam q̃ mundus se ad  
meliorem, ut aiunt, frugem recipiat. Sed in quo? Quia  
fortassis nunc sæpius ecclesiæ & sacramenta frequẽ-  
tantur, ac suscipiuntur q̃ annis superioribus. Deo laus.  
Extant & modò plures libelli deuoti quam præde-  
cessorum nostrorum temporibus. Plura iam recita-  
tur rosaria, quam etate superiori, benè optimè. Con-  
cionibus pluribus intenti sumus quam maiores no-  
stri, ita est.

Sed quod in charitate, in misericordia, in eleemo-  
syna, in hospitalitate, in pecunijs gratis, & sine vsura  
mutu.

mutuandis progressus faciamus; non video, nego, immò in his maiorù laudes videmus obterere, nec aliter fieri posse videtur nam omnia in conuiuiorum ac vestimentorum luxum effunduntur. Omnia lapidibus pretiosis, argento & auro ornantur & circumuestiuntur: *gemmis auròq; reguntur omnia: Pars minima est ipsa puella sui*, nec quæ habemus sufficiunt status & conditionis nostræ conseruationi. Huc accedit quod quisq; Laicus æquè ac Clericus suos semper pro virili adaugere conetur reditus & proventus.

Vbi nunc Sanctæ Elizabethæ, quæ se bonis exuat & ad miserandam fortunam redigant vt pauperibus solatio sint? Vbi sancti Martini, qui chlamydes suas in duas fecerunt partes, ac alteram pauperibus tribuant? Vbi Sancti Francisci, qui se vestibus adhuc nouis denudent, quibus nobiles vestiant pauperes & honestos? Vbi sancti Ioachimi & Sanctæ Annæ, qui tertiam bonorum suorum partem erogent pauperibus: Vbi sancti Nicolai qui tria marsupia plena auro & argento per fenestram pauperis viri tertio iniiciant, vt tres eius viri filie iam prostituta tribus honestis viris dentur in matrimonium.

Quotusquisque est, qui, vt Epiphanius Episcopus Salaminæ mendicis sui Episcopatus proventus distribuat? Vbi illi sunt de quibus Tertullianus: plus elemosynæ damus, & plus expendimus pauperibus dando in plateis, quam vos in vestris consumatis ædibus? Vbi nunc noua eriguntur & fundantur hospitalia? Omnia nostra hospitalia, ac Xenodochia rudeta sunt, & antiquæ maiorum nostrorum ruinæ, testes suæ pietatis, sed nostræ impietatis nunciæ. Arbitramur nos actum quendam heroicum fecisse, si hospitalia ab ijs erecta facta tecta conseruemus. Et quod peius est, non desunt animæ tam crudeles ac inhumanæ, quæ pauperum bona dissipare audeant ac deuorare.

Vt paucis expediam, deuotio nostra consistere videtur in quibus nescio signis exterioribus & actibus speciem deuotionis habentibus, in recitandis multis

rosarijs, multis orationibus dominicis, quod quidem non improbo, sed hoc non potissimum à nobis exigit Dominus, quid igitur? *misericiãdã volo, & nõ sacrificiũ.*

Faciendum illud est, hoc non omittendum, vñ tantum longè acceptabilius est, & magis necessarium, quã sit alterũ. Tot orationes pauperibus benefactis, Religiosis, nobis, quibus nihil est quod pauperibus erogemus relinquite. Laxate marsupia vestra, nũmos extrahite, eisque tribuite. Vos quibus affatim suppugnant opes, minus orate, plus date, non dico nihil orate, omnes quippè debemus orare; sed orate rarius misericordiã opera exercete frequentius. Ne tanti sitis precatores, quanti esse debetis eleemosynã largitores.

Sinite Magdalenas & cœlesti contemplationi addictos deditosque ad pedes Iesu Christi. Ipsius diuina doctrina pascantur, cum eo prolixis & frequentibus orationibus agant & loquantur. Vos autem vitæ actiua homines, Marthæ instar, ministerio & seruitio Iesu Christi incumbite; eius membra pascite, vestite, colligite. Matronæ, virgines Marias, & Moniales permittite in suis cellulis & oratorijs sæpè & diu Dominum Deum orare. Vos interea vestras facultates expédite, vt Tabitha illa, in vestibus procurandis pro viduis, orphanis & pauperibus. Emitte vnguenta pretiosa, vngite Iesum Christum in hospitalibus, in monumento, nimirum Iesu Christi pauperes, cum tribus illis sceminis in die festo Paschæ. Vngite eius pedes, hoc est pauperes, qui in terris hic versantur. Iterum repeto, minus orate plus date. Nolo vt tanti sitis deprecatores, si ob id efficiamini datores remissiores.

Pro vobis orabunt eleemosynã vestrã, ait spiritus diuinus: *Conclude eleemosynam in corde pauperis. & hæc pro te exorabit ab omni malo. Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit.* Multum orare, & parum eleemosynę dare, est Deum duplici molestia afficere: vna nimium petendo, alia

altera quod petit ei denegando, tanto quippè petit affectu & præcipit: *Quo mihi multitudinem victimarum (& precum) uestrarum? plenus sum, laboravi sistinens.*

Scitis (ò animè dilectissimè) vnde hæc in nobis tenacitas proueniat ac inclementia, hæc tanta manuum rigiditas, vt eas in pauperes extendere non valeamus? paucis iam dixi, sed ne minus notaueritis, planius dicam & apertius. Ratio huius est quod nimis studiosè & sollicitè corpori, quæ grata sunt, indulgeamus, & vt ei nihil desit, diligentius prouideamus: immò adlaboramus pro virili parte, vt plus excessus habeat & superfluitatis quam, exigat necessitas. Ex hac etenim omnium bonorum exundantia euenit, vt nesciat quis quid fames sit aut sitis, quid nuditas, & defectus.

Et ex consequenti hoc obringit, vt talis esurientibus non compatiatur, afflictis, nudis, defectuosis, peregrinis, & id genus hominibus miseris non condoleat. Ferè siquidem accidit, vt qui inhospitali fuere, infirmorum miseratione, vt dici solet, commoueantur. Testis versus iste celebris, qui omnium in ore versatur, ex quo Dido quodam

dam die afflictos & supplices Troianos detorsit: *Virg. 1. Æneid.*

*Non ignara malis, miseris succurrere disco.*

*Homo indigens, misericors est,* ait Salomon: *Qui orbem peragrarunt vt Ulysses, peregrinos miserarunt. Qui in mari fluctibus exagitati fuere & tempestatibus, compariuntur nauem conscendentibus. Prou. 9.*

Præterea ex hac rerum affluentia ac omnium excessuum superfluitatumque immoderato studio, (sive in conuiuijs & symposijs frequentioribus & sumptuosioribus; sive in ædificijs amplis, magnificis, superbis, & id genus similibus,) fit, ferè necessariò, vt quis in auaritiã & rerum cupiditatem proruat. Et quamuis hæc rerum abundantia misericordiam cordis non excludat, tamen superfluitatum curiosa nimis perquisitio pietatem præpedit, ne re-

ipsa quis pauperibus opem ferat, ijs cibum tribuat, eos vestiat, redimat, &c. hæc quidem superfluitates omnia bona deuorant & abligunt.

Excessus nostri voragines sunt pannatorum, argenteorum, fabri ferrariorum, laniariorum, *(barrarumque macelli, dicit quidam)* ac omnium bonorum nostrorum quamuis abundantissimorum. Vnde fit, vt tam auari simus, tam tenaces & restricti in pauperum necessitatibus subleuandis. Et è contra in excessibus coaceruandis prodigi, quæ prodigalitas, parit in nobis erga pauperes inclementiam, parit & excessus, vt quidam ait, elatio animi, portentosa auaritia, in vestibus prodigalitas.

Vt mare ne pedem quidem terre, extra suos limites excurrere acquirit, quin tantum tem alibi perdat: Sic homines hi non possunt in suis superfluitatibus esse prodigi, nisi in suis elemosynis distribuendis sordidi sint & auari: Quod dicit ille epulo nihil sit Lazaro elargitus, fortassis non tam ex immisericordia hoc factum est, quam ex penuria: metuebat quippè ne si effusas faceret elemosynas, vestimentis suis confarcinandis, & conuiujs sumptuosis celebrandis, sumptus deessent. *Induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.*

Demamus igitur superflua & præscindamus, & statim affatim suppeditabunt quibus pietatis & cordis & operis fiat manifestatio. *Magnum vestigial per simonia.* Quod si voluntariè aliquid de luxu nostro noluerimus detrahere, consultissimum, mea quidem sententia fuerit, vt antiquorum Romanorum leges sumptuariæ & vestitiaræ, ac etiam leges Lycurgi reuiuiscant, iisque ad modum seruandum compellantur homines. Etiam vt lex illa, quæ olim inuolabiliter Romæ obseruabatur iterum præualeat, qua præcipiebatur ne quis publicè conuiuium prius celebraret, quam omnibus suæ vicinæ pauperibus prouidisset.

Adde

Adde quod luxus noster miseriam & cordolium pauperum adaugeat, quippe alios vident opibus ad luxuriam plenissimos, se autem omnibus diuitijs nudatos, omnium rerum egenos. *Aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent?* Hoc est pauperibus insultare, hoc est eos irritare, & exasperare, eorum cupiditatem accendere, dolorem augere. *Quod non vidit oculus, cor non dolet.*

2. Cor. 11.

D. Ber.

Præterea hæc in pauperes asperitas & immisericordia etiam ex eo videtur emergere, quod curiosius peruestigemus qui eleemosynis digni sint, qui indigni: nam obtingit sæpiuscule, vt in iudicando, ac dignos ab indignis secernendo aberremus, atque hac ratione frequentissimè digni repelluntur, indignis bolus datur: Vt igitur instar Christiani, ciuilis ac humani hominis loquar, in eam pro labor opinione, vt existimem indifferenter & sine delectu omnibus egenis auxiliatrices esse manus porrigendas: nec enim hominum meritum, sed imago Dei in ipsis consideranda est & spectanda, ratione cuius ijs charitativus honor debetur & reuerentia, quippe nobis similes sunt & connaturales:

*Homo sum, humani à me nihil alienum puto.* dicebat quidam profanus. Vnde quicquid in eò modi naturam humanam tangit, me tanquam huius corporis membrum & partem etiam tangat oportet. Præclare D. Hieronymus: *Natura enim respicienda, non persona: qui enim dat indigenti peccatori, non quia peccator est, sed quia homo est, non peccatorem, sed in ius nutrit.* Nec hoc ignorabat Aristoteles, quãdo succurrebat, & eleemosynas etiam sceleratis hominibus deferebat. Cum verò die quodam redargueretur, quod nefario cuidam homini eleemosynam impartitus esset, respondit: *Non homini dedi, sed humana sorti.* non homini, sed toti massæ humanæ, cuius ille pars est: non homini sed humanitati, aut humanæ speciei.

Hier su- per Eccl. 12

Diog. Laert. l. 3. de vitis. Philos. s. 1.

Hic obseruandum est, quod, quoties pauperi charitatis beneficium impendimus, toties Christo in suo

*Matt. 25.* membra impendamus, sic ipsemet interpretatur: *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, michi fecistis.* Sic totum reipublicæ Romanæ corpus se violari ducebat, si vel minimus illius civis violaretur. Hoc reipsa etiam Christus ostendit, qui nocte sequenti diem illum, quo S. Martinus partem suæ chlamydis, pauperi Ambiano dederat, *dimidiata illa veste indutus apparuit hanc mittens vocem: Martinus Casochemenus hac me veste contexit.*

Atque hinc evertitur infusa illa, & impia Manichæorum hæresis, qui asserabant non nisi cum magno delectu & discretionem eleemosynam esse dandam, sed nec licere dicebant, ut Christiano etiam illam humiliter petenti, tribueretur, eo quod fulcrum esset & favor mali Dei. Sed stupidissimus hic error, responso indignus.

*Aug. trac. contra Adam. 6.17.* Non tamen hic protus moderatum improbum est amem eorum, quibus facienda est eleemosyna, præsertim quando dantium facultates tam copiosæ non sunt, ut ijs satisfaciant omnibus egenis, tunc si quidem delectus haberi potest, ne relictis dignis, præferantur indigni, benedictionemque, ut Iacob, fraudulenter anticipent. Sanè per sæpè contingit, ut dum hominum pigrorum & ignavorum grex, alias ipsis pantacriastis robustiorum, ac ad quævis faciendâ, & portandâ aptissimorum toleratur: veri pauperes & mendici negligantur, repullamque patiatur: vel quia illi hos præveniunt, vel quia eleemosyna omnibus non potest donari.

Hoc do consilij magistratibus: nimirum in his suam interpoant auctoritatem & antiquas leges iam abolitas reuocent, ac stabiliant tam Iustiniani Imperatoris, (qui sanciebat, ut hi validi mendici opificibus traderentur, quorum officium, est villitati seruire publicæ: nempe pistoriibus, hortulanis & alijs eiusmodi, mechanicis, operarijs, famularentur, ac enutrientur, ut hac ratione desidiam fugerent,

& vitæ

& vitæ actiuæ assueferent. ) quàm Caroli Magni, quæ incipiebat: *Mendici per regiones vagari, &c.* Vel certe consilium & discretionem Attici antiqui Episcopi, & celebris Eleemosynatij imitentur, qui dum trecentos nummos aureos Calliopo Nicenæ ecclesiæ Presbytero transmitteret, etiam litteras adiunxit, in quibus hæc inter alia erant inserta: *Velis in eos con-* So. 1.  
7 hist. eccl.  
c. 25.  
*ferre, non qui ventris causa quasi mercaturam per totum vita tempus, mendicando exercent, sed qui mendicare erubescunt.* Et in hoc ministerio, dicebat idem, ne sectam, vel religionem cuiuspiam scrupulosus perquiras; nec sedula inquisitione indages num in materia fidei in nostram conspiret sententiam, solum in eam curam incumbere, vt famelicis cibi tribuantur. Et hoc misericordiæ officium ijs etiam exhibebat bonus Episcopus, qui sui non erant Episcopatus.

Sed nec abs re hic fuerit D. Ambrosij, de hospitalitate sententiam memoria repetere, eamque quibusuis, bonorum operum generibus accommodare.

Ne dum hospitis alicuius delectum curiosiorem adhibemus, ipsa remittatur charitas; verba B. Ambrosij hæc sunt: *Non tamen eadem cautio receptoris mandatur hospitij: ne dum hospes eligitur, hospitalitas ipsa minuat.*

Præterea non vulgariter reipublicæ profuerit si mendici isti, qui se totos inertiae dant & desidiae, cum tamen viribus corporeis præstent, laboribus, vt propugnaculis, ac munitionibus pacis ac induciarum tempore, quale nunc Dei munere est, excitandis destinentur: quippè tales dosuuariorum ac fossorum officia possunt obire, nec enim magnam hæc industriam requirunt, nec tunc excusationem possunt obtendere, qui se omnium artium incios esse dicunt & expertes.

Oprandum quoque foret, lex illa Ægyptiaca, & aliorum gentilium de integro reuocaretur, quæ  
decer-

decernebat, ut de quinquennio in quinquennium omnium domicilia visitarentur diligentissime, vnicuiusque opes & facultates perlustrarentur, qua arte pararet disquireretur. Nam hac ratione bonorum temporalium cæcæ cupidini obviaretur, ac via visceraque misericordiae pauperibus & egenis panderetur. Interim remedijs his propositis quisque quod


Iesus Christus tanto verborum pondere faciendum commendat ac præcipit, toto contendat adimplere conatu.

*Liber Collegij Soc. Jesu*  
**FINIS.**  
*Pad. Verborum.*






ium  
vni-  
a ca  
poru  
ifce  
erco  
od









Th

3308

